This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`



Digitized by Google

Const: 20 p.
2° L. germ. 6a -3

Schilterus

Ex libris

Joephi Sedlmayr AA: LL: et Phlae Mgstri
J. U: L: Eminent: et Ser.mi S. R. E. Card:
Bavar: S. R. J. Princ: et Eqi Fris: Ratisb:
et Cod: Consil: Aul: et Cam: Act: Rev.mi et
Cels.mi S. R. J. Princ: et Abbat: ad S: Emeram:
Ratisb: Conis: Cancel: Praet: et Feud: Praef.

2° L. germ. 6a

N. 50.

1750.

Digitized by Google

JOANNIS SCHILTERI
JCti olim Argentoratensis

THESAURUS ANTIQUITATUM TEVTONICARUM, ECCLESIASTICARUM, CIVILIUM, LITERARIARUM.

TOMUS TERTIUS,

Exhibens

GLOSSARIUM AD SCRIPTORES LINGUÆ FRANCICÆ ET ALEMANNICÆ VETERIS.

In quo

Vocabula & Formulæ obsoletæ, aut obscurioris significationis, aut usus rarioris,

Alemannica & Francica imprimis, sed & Gothica, Anglo-Saxonica, Longobardica,

Ex vetustissimis quæ haberi potuerunt tam editis quam MSS.

Libris, Legibus, Statutis, Chartis, & Documentis, ad res Divinas pariter & humanas pertinentibus explicantur.

Origines & variæ significationes reteguntur, Leges, Mores, & Antiquitates Teutonicæ passim recensentur & illustrantur.

Glossis insuper a P. BERN. PEZIO publicatis, THOMÆ REINESII Vocabulario Theotisco, DIECMANNI, STADENII, SCHERZII, PALTHENII, & aliorum Observationibus insertis.

Cum

PRÆFATIONE.

ULMÆ,
Sumptibus DANIELIS BARTHOLOMÆI & FILII,
MDCCXXVIII.

Digitized by Google

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS.

A Gellius Lib. XIII. N. A. c. X.

Labeo Antiſtius, juris quidem civilis diſciplinam principali ſtudio exercuit, & conſulentibus de jure publicè reſponſitavit, cæterarum quoque bonarum artium non expers fuit. Et in Grammaticam ſeſe atque Dialecticam literasque antiquiores altioresque penetraverat, Latinarumque vocum origines rationesque percalluerat. Eâque præcipuè ſcientiâ ad enodandos juris laqueos utebatur. Sunt adeò libri poſt mortem ejus editi, qui Poſteriores inſcribuntur: quorum librorum tres continui, triceſimus octavus, triceſimus nonus & quadrageſimus, pleni ſunt id genus rerum, ad enarrandam & illuſtrandam linguam Latinam conducentium.

Digitized by Google

LECTORI BENEVOLO
Joannes Frickius
S.

JAmdudum feſſus eſſe debueram præfando, qui toties in hoc opere Tuam, Lector, patientiam fatigavi, ut omnino verear, ne quis mihi præ faſtidio ferme deficiens vetus illud occlamet; *ohe jam ſatis eſt!* Et, ne quid diſſimulem, tardior nonnihil acceſſi, eo quod jam à SCHILTERO ipſo confecta ſit luculenta de Originibus Linguæ Teutonum præfatio, quam huic Gloſſario præfixam habes; cumque de ratione adcurati novis & inſignibus curis laboris hujus, Clariſſ. EDITOR, quanquam paucis & modeſte, tamen quæ ad rem ipſam ſufficere exiſtimabat, ſuccincte pleraque enumeraverit. Videbatur ergo non ſatis conſultum, onerare velle volumen novo præfamine, quo carere facilius orbis literatus potuiſſet. Interim, ne deeſſem monitis amicorum, qui aliud vel ex lege concinnitatis ac decori urgebant; tum & rogatus à Bibliopola, Optumo viro, parui tandem, curam ſimul tamen ſedulam adhibiturus, ne te mea loquacitate offendam.

Digitized by Google

Opus ipſum Gloſſarii meo ſane encomio non eget, quippe quod interna ſui præſtantia, rerum æque ac vocum Teutonicarum ubertate, indagationis & explicationis felicitate prorſus in hoc ſtudio ſingulari neminem non allicit, neminem non cordatorum in ſui etiam admirationem rapit. Ecquis enim non ſtupeat laborem B. SCHILTERI, qui glacie ad eum diem fracta à nemine, perrupit tamen per tot invia linguæ rudis, aſperæ, incultiſſimæ, velut per horridas omnium aſpectu ſylvas absque ductore feliciter, novoque nos docuit exemplo, virtuti nullam viam eſſe inviam: porro ut aliis iter poſthac redderet facilius, immenſa diligentia libros, chartas, monumenta ſine numero vetuſta Teutonum, ferreo labore perlegit, devorato facile immani tædio; tum e ſingulis, quæ indigebant interprete, aut quæ ad ſcopum pertinere ſunt viſa, congeſſit, explicuit; nec non quæ ſparſim ab aliis viris doctis obſervata collegerat, apte diſpoſuit: ubique tum linguæ, tum rebus Germanorum, Legibus, ritibus, moribusque facem accendens: atque ita viam aliis planam ſatis, & millenis inſerviturам uſibus ſtravit. Ceterum non id eo accipi ſenſu debet, ac ſi primum & ſolum ubique ita in hoc opere Schilterum verſari putaremus, ut neminem habuerit quidquam antehac vel leviter tentantem, vel progreſſum aliquousque; nihilque omnino aliorum ante ſe virorum doctiſſimorum induſtriæ debuerit: Abſit tam inepta jactatio. Nimis apertum candidumque pectus gerebat Schilterus, quam ut in ipſo, quod nunc edimus, Gloſſario fileret Viros de patriis, i. e. Teutonum antiquitatibus explicandis præclare meritos, per quos profecit: Germanos, Gallos, Anglos, Batavos, Danos, Sueonasque. Verum, uti Joſephus Scaliger olim recte vereque de Arabica lingua plus ſemel ſcripſit; tantam illius eſſe ubertatem, tantam difficultatem, ut ſi poſt plurimos Arabum libros abs ſeſe labore impigro perdomitos, poſt collectam abs ſeſe vocum ejus linguæ phraſiumque ingentem multorum millium farraginem, in novum rurſus incidat ſcriptorem, tum ſe aliquando in alium pene orbem translatum ſibi videri: adeo multa occurrere difficillima ſuperatu: ita, quæ ad explicandam veterum Francorum Anglo-Saxonum, Danorum, Sueonum & Gothorum linguam ſparſim ab aliis ante Schilterum, aut etiam ex inſtituto ſimili pulcre ac erudite congeſta ſunt aut annotata; tu tamen mecum fatebere, Lector, glaciem nondum ubivis fractam dare, multo minus pandere talem viam, quæ chartis

ve-

Digitized by Google

vetuſtis, & monumentis quæ hoc Theſauro prodeunt, ſufficiat. Hæc eſt eritque gloria Schilteri; Hermetes per avia confragoſa, & incognita mille viarum optimos hoc Gloſſario dediſſe.

Viciſſim tamen mirum non eſt, ſi ea propter non in omnibus forte ſatisfaciet lectori omni, aut erraſſe nonnihil ipſemet quandoque deprehendetur: Homo erat, & humanæ infirmitatis ſuæ tam gnarus, ut humilius eo nihil eſſet. Multa forte reliquit aliis addenda, aut rectius enodanda: quid tum? Non eſt adeo difficile, addere aliquid inventis. Laudatiſſimam hic operam poſuit Editor, ELIAS FRICKIUS, frater & collega meus, qui ut & Schilteriano nomini conſuleret, & publico prodeſſet pro viribus, inſtituto ſaluberrimo loca auctorum Teutonum allegata evolvit accurate, atque adpoſuit; tum & Scherziana, Paltheniana, Diecmanniana, Arnoldina, Reineſiana, mille præſtantiſſima obſervata, ſuo quodque loco, inſeruit; ut & Gloſſas Monſeenſes magni ponderis, ab eruditiſſimo P. Bernardo Pezio primum erutas; tum Keronis integri, caſtigatis Goldaſti gloſſis, voces omnes cum Latina explicatione dedit: denique nihil omiſit, quod ad ornandum opus pertinens omnino potuit reperire. Bona tibi fide, Lector, adfirmo, plurimis vigiliis conſtitiſſe viro optimo laborem, noctes atque dies inſumtos impigre, quot numerari nihil attinet: ſed queis tamen judicium abs te non iniquum, ut ſperamus, merebitur. Plura non poſtulat Vir modeſtus, cetera minime his dicatus laboribus; ſed ſacris: queis nunc redditum ſe totum poſthac conſervabit; ſubſecivum tempus hucusque tantum magno motu avelli ſtudiis ſacris potuiſſe ipſe miratus.

Habes quæ ſufficere jamdum poſſent. Sed non omittendum adhuc illud; Gloſſarium hoc Schilterianum, æque ut Cangiana Latinitatis & Græcitatis mediæ Gloſſaria, aut ut Anglo-Saxonicum Henr. Spelmanni, rebus etiam abundare. Vin' ſpecimen? Evolve, quæ de Nobilitate eximia congerit vir ſummus, ad vocem *Adel*: quæ de vexillis Imperii, aliisque ad v. *Ban* & *Banier*: rurſus quam late pateat nomen *Ban*, nunc dignitatem ſummam & diadema; nunc proſcriptionem publicam feralem ſignificans; aliaque, fuſe ex hiſtoriis & chartis variis illuſtrata. Jam quid commemorem ea quæ de

Digitized by Google

judiciis Teutonum ſub voce *Mal*, alibique ; de judicibus Gravionibus ſ. Comitibus. p. 403. de Tutoribus atque pupillis p. 604. ſqq. de Landvogtis ad *Suevos* p. 780. de Juramentis veterum Celtarum & Francorum quæ in judicio non à ſolis admittebantur, ſed manu tertia & quarta, p. 257. de Dea Hertho vel Hertha, p. 455. ſq. de Freya, Venere p. 607. de Monetis fuſe p. 615. ſeqq. de Jure mercium à naufragis colligendarum olim apud Normannos magna æquitate conſtituto ſub nom. *Varech*, quaſi *Var-recht*. p. 799. ſqq. de Jure & more armorum atque inſignium, ad *Wapen*. p. 826. ſqq. de Titulis honorum Imperatoribus, Regibus, Ducibusque olim datis. p. 791. ſq. Tranſeo alia magno numero præclara : etiam quæ nonnunquam Cl. Editor adjecit, v. g. de Monogrammate veterum Impp. Germanicorum, ad *Handtzaichen* p. 425. de Germanorum veterum delubris, templisque ad *Haruc* è Diecmanno p. 435. alibi epiſtolam Chriſt. Arnoldi integram bonæ frugis pleniſſimam p. 604. ſq. &c. Omnium minime vero ſilenda, quæ ſubinde inſerit Schilterus ſua etiam aut amicorum de variis rebus quæſita, reſponſa, cogitata, obſervata : e quibus eminent quæ de Alſatiæ denominatione, finibus, Dominis variis, Comitibus Oetingenſibus, Werdanis, Salmenſibus, &c. tum de Landgraviis, & Landgraviatu bis magna ſedulitate & ſtudio accurato congeruntur p. 28. ſqq. & rurſus p. 849. ſqq. nec minus pulcra, quæ de Alemannis congerit diſtincte p. 22. ſqq. Satis hæc, ni fallor, idonea ſunt ad ſalivam tibi movendam : maxime, ſi illud adhuc unum addidero, multas paſſim chartas Imperatorum, aut Principum Comitumque, multas antiquorum formulas è ſchedis vetuſtis inſeri, uti commodo variorum, ita tuo etiam, ni fallor, adplauſu Lector, non coacto nec corrogato, ſed lubenti, atque benevolo : addita voce, quam M. Tullius adamabat ſibi adclamatam : *Bene, Præclare.* Ita ſane merent manes & labores Schilteri. Vale, Lector : & Theſauro Teutonico lætus fruere nobiſcum.

Scrib. Ulmæ, d. xi. Aug.
cIↃ IↃ ccxxviii.

I N.

Digitized by Google

I. N. D. N. J. C.

JOHANNES SCHILTERI PRÆFATIO

Ad

GLOSSARIUM ALAMANNICUM.

§. I.

DE origine ac constitutione linguæ Alamannicæ & in universum Teutonicæ aliquid præfaturis, necesse est, ut rem ab incunabulis linguarum arcessamus. Postquam Noachidarum gens intra centum propè annos à diluvio illo universali in innumerabilem excrevisset multitudinem, totâ Orientali plaga à montibus Ararat, ubi arca Noam cum sua familia deposuerat, h. e. inter mare Caspium & Pontum Euxinum in summitate montium Armeniæ, ut ex Beroso refert Joseph. *l. 1. contra Apion.* usque ad Gangem saltem & Indiam, (eatenus enim Asia Herodoti adhuc ætate habitata, τὸ δὲ ἀπὸ ταύτης, ἔρημον ἤδη τὸ πρὸς τὴν ἕω, οὐδ' ἔχει οὐδεὶς φράσας ὅιον δὴ τι ἐςί.) adimpletâ: sicuti *universa terra unius labii & sermonum eorundem* fuit, ut Moses loquitur, ita & unum populum constituerat hactenus sub paterno Noæ imperio per orientem. At pronepos ejus ex Chamo, Nemrodus vivente adhuc proavo, *Cœpit esse potens in terra*, primamque migrationem instituit, quumque hoc duce maximæ novorum colonorum copiæ *proficiscerentur de Oriente, à Gange fortè, invenerunt campum in terra Sennaar, & habitaverunt in eo, fuitque principium Regni Nimrodi Babylon, & Arach & Achad, & Chalane, in terra Sennaar.* Atque quum porrò colonias exinde deducere fœcundia hominum cogeret, ante discessum consilium inierunt non modò de monumento communis originis gloriæque, sed & de Monarchiâ universali Babylonicâ (Nemrodo auspice & imperatore per universum terræ orbem, quæ Patriarchæ Noæ ingrata & DEO adversa atque ad apostasiam directa fuit visa) constituenda, *Dixitque alter ad proximum suum: Venite faciamus lateres, & coquamus eos igne. Venite faciamus nobis civitatem & turrim, cujus culmen pertingat ad cœlum, & celebremus nomen nostrum, antequam dividamur in universas terras.* Finem hujus operis superbum, ipsi etiam gentiles Historici Alexander Polyhistor & Abydenus agnoverunt, quorum ille tempore Syllæ vixit, testis est Cyrillus lib. I. contra Julian. Alexander sic scripsit, interprete Borbosio: *Sibylla refert, adhuc omnibus mortalibus uno ore loquen-*

Origo linguarum.

Genes. XI, 1.

Gen. X, 8. XI, 2. sq.

quentibus nonnullos eorum turrium inusitatæ magnitudinis extruere cœpisse, ut in cœlum adscenderent, &c. Abydenus: *In ea dicunt primores ac eminentes robore magnitudinéque supinius elatos, seque diis meliores ac fortiores contemptim jactantes, præcelsam turrim extulisse, ubi nunc est Babylon: jamque propius cœlum ventum esse*, &c. At quid de hoc superbo & giganteo quasi instituto DEUS O. M. senserit, idem Moses porrò refert: *Descendit autem DOMINUS, ut videret civitatem & turrim, quam ædificabant filii Adam. Et dixit: Ecce unus est populus, & unum est labium omnibus, cœperuntque hoc facere, nec desistent à cogitationibus suis, donec eas opere impleant.* Sed & quo remedio hunc ausum voluerit cohibere, mox exponitur: *Venite igitur, descendamus, & confundamus ibi linguam eorum, ut non audiat* intelligatve *unusquisque vocem proximi sui. Atque ita divisit eos Dominus ex illo loco in universas terras, & cessaverunt ædificare civitatem* & turrim isthac ratione cœpta, *Et idcirco vocatum est nomen loci ejus*, quem Nemrodus nihilominus exstruxit, *BABEL, quia ibi confusum est labium universæ terræ, & inde dispersit eos Dominus super faciem cunctarum regionum.* Confusionem istam linguarum temporariam fuisse, vero est similius, singulos enim ædificantes Turris Babyloniæ affecit, ut non perceperit *unusquisque* vocem proximi sui, quamdiu ædificarunt, & in ipso opere: cæteri populi, qui apud Noachum in Oriente remanserant, confusio illa non affecit; sed neque eosdem ædificatores extra opus istud, aliàs enim nec inter unam domum aut familiam communicatio fuisset, multò minus consultatio & decretum, in quam quisque populus plagam discessurus esset. Quamprimum igitur cessarunt ab isto perverso opere, cessavit etiam confusio, & iterum primævâ linguâ usi, ita ut divisio populorum non à divisione linguarum, sed vice versâ divisio linguarum â populorum divisione provenerit, quod & Mericus Casaubonus *Comm. de Lingua Hebraica statim in pr.* egregiè demonstrat, cum quilibet populus dialectum suam sibi fecerit, & ita transmutaverit successu temporis, ut mox quatuor linguæ cardinales emersisse visæ fuerint, Orientalis & primæva, reliquarum matrix, deinde Meridionalis seu Æthiopica, tertiò Occidentalis sive Celtica & denique Septentrionalis Scythica, ut ex Scymno Chio mox patebit. Quarum quælibet matrix plurium aliarum dialectorum & tandem linguarum facta fuisse cernitur. Hinc utique omnium linguarum radices ex primæva Orientali Hebræa, & ejus dialectis, Chaldæa, Persica, Arabica, Syriaca haud malè nec infeliciter arcessuntur. Porrò migrationibus & commixtionibus populorum, itemque commerciis & bellis una atque altera lingua magis magisque quàm aliæ fuerunt immutatæ. Philo Judæus *libro singulari de Confusione linguarum.* & J. C. Scaliger *Exerc. CCLIX. Sect. I.* Salianus *Epit. Annal. Eccl. pag. 78. n. VI.* aliique variè dissentiunt.

Athanasius Kircherus Lib. III. Turris Babel. Sect. I. c. 1. pag. 131. quintuplex linguarum universalium genus statuit, Hebræum, Græcum, Latinum, Teutonicum & Illyricum. Sed hoc sequioribus seculis utique accommodum fuerit: sed si primordia rerum & linguarum inspiciamus, sicuti id hîc debet fieri, certe *Latina* lingua non est coæva Græcæ, sed ex Græca orta dialectus Græcia magnæ, uti vocabatur olim Italia. Sed nec *Græca* lingua est matrix primæva, quum ex aliqua quatuor Cardinalium hæc ortum duxerit, & sine dubio Asiatica seu Orientali, quam Javanicam dixeris, unde Jonica dialectus vetustissima. *Illyrica* lingua Kirchero dicitur, quæ Scythica est denominanda, Illyricum enim Celtæ & Teutones primò occuparunt, & serò demum iis migrantibus, Scythæ Illyricum possident. Æthiopicam seu Africanam ad Hebræam quidem referre possumus, sed sicuti cæteras omnes.

§. II.

Atque cæteris Noachidis nunc semotis, de filiis JAPHET refert Moses porrò: *Gen. X, 2.* *Filii Japhet: Gomer, & Magog, & Madai & Javan & Thubal & Mosoch & Thiras. Porrò filii Gomer: Ascenaz & Riphath, & Thogarma. Filii autem Javan: Elisa & Tharsis, Cethim & Dodanim*, (alias: Rhodanim, I. Par. I, 7.) *Ab his divisæ sunt insulæ gentium in regionibus suis, unusquisque secundum linguam suam & familias suas, in nationibus suis.* Liquet ex his in unius Japheti familia seu gente non unam exortam linguam, sed per plures fuisse linguas divisam & hinc in totidem nationes, in quot linguas. Similiter enim etiam de cæteris dicitur, veluti: *Hi sunt*

Non una lingua Europæa univers.

Digitized by Google

sunt filii Cham in cognationibus & linguis & generationibus terrisque & gentibus suis. Itemque: *Isti sunt filii Sem secundum cognationes & linguas & regiones in gentibus suis.* Denique ut non præcisè LXXII. linguas, pro numero familiarum vel capitum potius tum numerare licet: ut quidem habent Excerpta ex priore libro Chronologico Eusebii & Africano & aliis Breviatoris barbari pag. 46. Minimè verò pro numero LXXII. Interpretum, ut Goldasto visum & Opitio: ita plurimæ illæ succesſu temporis singulæ in plures iterum dialectos dispartitæ fuerunt, quæ dialecti seculorum lapsu ita ab invicem & à matrice sua discrepare observantur, ut itidem in diversas linguas recessisse videantur. Itaque notatu dignum est, Gentium atque Nationum divisiones fundari in linguarum differentiis: utrasque porrò alias apud veteres, alias hodie esse. Una lingua in plures dialectos divisa una manet, quousque vulgò alterius dialecti homines alteros intelligunt. Pariter una gens in plures nationes divisa, ut Teutonica, una manet, quousque diversis dialectis sese invicem intelligunt. Posteaquam vero dialecti istæ lapsu temporum adeò discrepant flexionibus & pronunciationibus ipsisque verbis, ut alter alterum vix amplius intelligat, tunc communiter pro diversis linguis habentur, & pro diversis nationibus, etsi origo eadem maneat & linguæ priscæ & gentis. Sic hodie Gens Teutonica quæ temporibus Taciti fuit una habita, non amplius una habetur, sed diversæ nationes, ut Germanica, Belgica, Suecica, Danica, quia dialecti harum nationum in linguas transmutatæ, ut alter alterum vulgò non intelligat, etsi matrix una omnium sit, & altera primævæ proximior, quàm altera. In hanc sententiam Meric. Casaubonus *de Ling. Angl. vet. sive Sax. pag. 155.* Linguas alias esse matrices ait, alias traduces: matrices autem alias ἁπλῶς & simpliciter; alias κατὰ τι, & ut vulgo dicunt, respectivè. Itemque alias esse legitimas & genuinas matrices; alias ex casu & ex parte tantum; ut Hispanica & aliæ hodiernæ.

V. Gesneri Mithrad. Præfat.

V. §. 23.

§. III.

Ex dictis porrò judicari licet de quorundam sententia, quod inter terras & regiones, *Scythia omnium primò habitata sit.* Fragmentum Catonis de Originibus Annianum: *Equidem principatus originis semper Scythis tribuitur: à quibus auctis colonias per orbem missas ferunt.* Et Annius in Berosum, Lib. XV. quatenus scilicet in tractum illum Armeniæ Noa ex diluvio primum subsidit, qui ab ejus posteris ad Scythiam orientalem relatus fuit: sed & eatenus admitti possit, *Nullam*, non tantum *ferè*, sed penitus nullam nec *Europæ nec Asiæ* imò nec Africæ nec Americæ *gentem esse, quæ non à Septentrione promanaverit:* ut enim vidimus ex Armenia dilatata est versus Orientem primò Noachidarum gens, unde postea migravit Nemrodus cum coloniis ad Euphratem, & sic linguarum confusione Babylonica factâ, contigerunt reliquæ migrationes pro diversitate familiarum in omnes terrarum plagas: ut hinc minus verisimile sit, ex una aliqua gente totam Europam habitatam, & unâ linguâ h. e. Scythicâ omnes Europæos usos, ex qua Græca, Germanica, Persica, Gallica, & aliæ: imò veritati historicæ id adversari non difficile fuerit ostendere.

Scytharum regio & lingua.

Boxh. & Horn.

§. IV.

Inspiciamus Parentem Historiæ Herodotum, quem ex vetustissimorum Scriptorum naufragio unicum ferè fata nobis servarunt, eumque & gentis & linguæ Scythicæ peritissimum & αὐλόπλην. Qui μάλιστα θαυμαζόμενος Luciano teste fuit, ut libri ejus Musarum nomen impositum & Thucydides ejus æmulatione excitatus fuerit ad hoc studium. Nec morantur amplius Eruditi Harpocrationis Sophistæ, Strabonis & aliorum quorundam obtrectationes, quum fabulas sese ipso fatente veris verique similibus quidem intermisceat, sed non absque dijudicatione. Jos. Scaliger Animadv. in Euseb. pag. 97. *Anni LII. quot nempe vixit dulcissima illa* τῆς Ἰάδος Μούσα, *vetustissimus omnium sotutæ orationis scriptorum, qui hodie extant, scrinium originum Græcarum & Barbararum, auctor à doctis nunquam deponendus, à semidoctis & pædagogis, & simiolis nunquam tractandus.* Is *Lib. IV. pag. 256. ex H. Stephani cura*, propriam Scytharum confessionem laudat, qua ingenuè professi, se νεώτατον ἁπάντων ἐθνέων, omnium

Herodoti laus.

Scyth. prima sedes in Asia.

Digitized by Google

omnium noviſſimam gentem eſſe; atque primam ipſorum ſedem non in Europa, ſed in Aſia fuiſſe juxta Maſſagetarum gentem, ad mare Caſpium, intra Araxem atque Oxum; eos porrò à Maſſagetis Araxe transmiſſo pulſos, invaſiſſe Cimmerios veteres terræ Scythicæ Europææ incolas, atque occupaſſe illam ad Pontum Euxinum terram, quæ à Græcis Scythia appellata, & gens Scythæ, quum à Perſis *Sacæ* dicti, (V. Plin. 7. 17.) ſuâ vero linguâ *Scoloti:* ex quibus & hoc liquet, perperam Scytharum nomen ex Germanico idiomate deduci, quod ne Scythicum quidem eſt, ſed Græcanicum. Quod & Fl. Joſephus *lib. I. Antiq. Jud. c. VII.* confirmat, referens Scythas prius *Magogas* appellatos à filio Japheti; Μαγώγης δὲ τὲς ὑπ' αὐτῷ Μαγώγας ὀναμασθέντας ᾠκησε, Σκύθας δὲ ὑπ' αὐτῶν (ἑλλήνων) προσαγορευομένους, i. *Magoges viro Magogas à ſe denominatos condidit, qui à Græcis vocantur Scythæ.* Cimmeriorum autem, (qui in Aſiam tum profugi Cherſoneſum condiderunt, ubi tempore Herodoti Sinope Græca urbs ſita fuit, in Paphlagonia ad Pontum Euxinum) reliquiæ quædam & monumenta in veteri patria & Scytharum regione manſerunt, veluti mare Cimmerium, portoria, regio quædam ſpeciatim Cimmeria ibi cognominata, itemque bosphorus Cimmerius. Refertur hæc Scytharum ex Aſia migratio ad A. M. 3315. ante C. N. 633. Olympiad. 36. U. C. 118. quum in Regno Judæorum Joſias Rex eſſet, & Ancus Martius Romæ. Hæc igitur eſt origo Scythiæ Europææ, cujus magnitudinem idem graviſſimus auctor graphice deſcribit *lib. eodem quarto pag. 292.* ſcilicet in longitudine 4000. ſtadiorum, totidemque in latitudine, ab Iſtro ad Boryſthenem & inde ad Mœotidem paludem. Quamobrem vix eſt, ut ab hac gente univerſus Septentrio fuerit poſſeſſus, aut iſta lingua eò extenſa: ne quidem ſi conterminos populos ad Scythas velimus referre; ſiquidem ſequentibus ſeculis eò relati, ut ſpeciatim quoad Sauromatas ſive Sarmatas ex Joſephi lib. VII. de bell. Jud. c. XXIII. liquet. Qui etiam cap. XXVII. gentem Alanorum Scythas eſſe, juxta Tanaim & Mœotides paludes refert.

p. 258.

§. V.

p. 292. *Gentes confines non unius linguæ.*

Confines porrò Scytharum idem Herodotus recenſet, uti ſe habuerunt tempore expeditionis Darii contra Scythas; hos nempe: Tauros, Agathyrſos, Neuros, Androphagos, Melanchlænos, Gelonos, Budinos & Sauromatas. Horum porro quidam Scythica linguâ uſi, quidam Græca, quidam propriâ, eodem teſte. Igitur nulla dum fuit Scythica lingua, à qua Græca poſtea prognata, quippe quæ tum jam ſatis fuerit vetuſta, aut à quâ reliquæ Europææ omnes ortæ, nam quidam ut Androphagi propriâ uſi: ſimiliter Amazones, quarum linguam ſocietatem cum iis ineuntes Scythæ addiſcere non potuerunt, ſed Amazones Scythicam, igitur perperam altera ad alteram refertur. Atque tempore Herodoti nullam tum ex Scythia coloniam verſus Septentrionem in Europam tranſiiſſe opidò patet ex iis, quòd ait, ultra ſolitudinem Scythiæ poſt Boryſthenem Androphagos degere, ſeparatam & nequaquam Scythicam nationem, ſupra hos verò ἔρημον ἤδη ἀληθέως, καὶ ἔθνεα ἀνθρώπων οὐδὲν, ὅσον ἴδμεν; potuiſſet autem id ab ipſis Scythis, cum quibus propterea converſatus fuit, facilè comperiri. Porrò ex altera plaga à Scythia usque ad Argippæos ſive Calvos, ſeptem gentes numerat, totidemque linguas; quod verò ſupra Calvos eſt, nemo, inquit, pro comperto referre poteſt: nam montes editi & prærupti tranſitum interdicunt, quos nemo tranſcendit. Macrob. 2. de Somn. Scip. c. 7. De *Hyperboreis* & Cimmeriis equidem hominibus, quorum Heſiodus & Homerus meminerint, & Delii plurima ad ſuperſtitionem gentilem facientia narrent, neque Scythas quicquam, neque alios ullos illic incolentium memoraſſe, præter Iſſedones, quanquam vix hos quoque; tandemque concludit, ſuâ ætate, (vixit autem ſub Xerxe & Artaxerxe condiditque hiſtoriam ſuam Thurii in Italia Olympiade LXXXIII.) Europam à nemine inveſtigatam fuiſſe neque per Orientem, neque qua ad Aquilonem vergit, ut an mari claudatur, & ἀσκίρρυλος ſit, cognitum fuiſſet.

p. 263. *Hyperborei incogniti ferè.*

§. VI.

Scytharum coloniæ in Aſiam lib. I.

Tantum igitur abeſt ut in Sueoniam aut Teutoniam Scythæ colonias tunc miſerint, ut contrà potius in Aſiam eas duxerint, atque in Ægyptum uſque peni-

Digitized by Google

penitrarint: unde & Curtius *L. VI. C. 2.* ait, eos condidiſſe Parthos. Sed & Strabo refert Maſſagetas Scythis annumeratos, repetitis ſcilicet poſtliminii jure priſcis ſedibus per colonias & ſubjugatis Maſſagetis. Atque Getæ illi, & Tyragetæ, Tyræ fl. accolæ, confines Scythis & Thracum fortiſſimi, (quique jamdudum antequam Gothi *p. 297.* ex Scandia in Scythiam colonias duxerunt, ipſi colonias in Aſiam duxerant, an. Mundi 2978. Euſeb. Calviſ.) ſubacti tum fuere à Dario, haud quicquam cum Gothis & Sueonibus commune habuerunt, non magis quàm Maſſagetæ in Aſia: neque ulla tum aut fama fuit, aut hiſtorica narratio, Zamolxin in Sueoniam penitraſſe & Leges *p. 289.* ibi tuliſſe, ſed Herodoti ætate nulla Thracum colonia in Septentrionem ultra Oceanum pervenerat, ut fabulæ ſint, quæ referuntur ex Chronicis Suecicis, Scythas & Getas à Japheto ortos Gothos & Sueones fuiſſe, ipſosque Hyperboreos, atque de prima ex Scandia Sueonum migratione ad A. M. 2200. quum iſta ætate Scythæ adhuc in Aſia priſcas ſedes tenuerint. Sed habentur tales fabulæ etiam in noſtris Chronicis & vetuſtis libellis, quibus majorem habere fidem, quàm auctoribus ab omni ævo probatis atque αὐτόπταις anile eſſet. Ex quibus & illud comprobatur, quod Japheti poſteri, Celtæ, non per Scythiam in Scandiam primò delati, ſed magis verſus meridiem per Illyricum in hanc terram deſcenderint, eamque adhuc vacuam occuparint, unde αὐτόχθονες dicti, unde poſtmodum Tuſci in Italia, & Cimmerii in Arctoo, de quibus Homerus. Atque confirmat hanc noſtram ſententiam *H. Conring. de Antiq. Stat. Helmſtad. p. 54.* aſſerens: Scandinaviæ incolas ex Germaniæ Cisbalthicæ locis vi aut neceſſitate in extimum Septentrionem pulſos eſſe: non autem aliunde vel ultro iſtuc iviſſe: eſſeque facillimam omnium ex noſtra Germania viam in Scandinaviam: ex Fennia & Moſchovia perquam impeditam. Nec aliud perſuadet Rob. Sheringam. *de Anglor. gent. orig. c. VII.*

§. VII.

Ex his jam ſatis ni fallor, conſtat, linguam Scythicam non eſſe linguam communem gentibus Europæis, neque etiam pro matre linguæ Teutonicæ ea agnoſcenda eſt. Levis certe eſt conjectura, multa vocabula Germanis, Latinis, Græcis & aliis per Europam nationibus communia ſunt, igitur à communi fonte eam ſimilitudinem profectam, h. e. à communi aliqua linguâ, matre Græcæ, Latinæ, Germanicæ & Perſicæ, ex qua illæ veluti dialecti proficiſcantur, & quam Scythicam vocavit Boxhornius. Nam & Orientales cæteri cum occidentalibus nationibus quædam habent vocabula communia, igitur una omnium fuerit lingua, & cæteræ dialecti tantum? contra quam ex Sacro Codice antea firmavimus. Ex eadem tali hypotheſi ſuperioribus annis quidam linguam Polonicam & Sarmaticam ex Germanica petiit, & alius nuper ex eadem Gallicanam. Sed hoc eſt genio indulgere, & judicio abuti: non minus ac ii, qui ex Suecica lingua aut Teutonica omnes alias cum Becano derivare conati, quem graviter arguit *J. Lipſius cent. III. Epiſt. XLIV.* Atque idem apparebit, ſi voces Scythicas adhuc reliquas examinabimus. Idem Herodotus *Aiorpatas* Scythicè vocari Ama- *p. 294.* zones, h. e. viricidas, *aior* enim vir, & *pata* occidere eſt. Quid hæc ad noſtram vel Celtarum veterem linguam? non magis ac ſequentia. *Arimaſpos* Scythice vocari *p. 264.* confines iis populos unoculos, ab *arima*, unus, & *Spu*, oculus. Hippocrates ſive auctor de morbis, *butyrum* Scythicum refert vocabulum, quod nos quidem etiam uſurpamus, ſed recepimus ex Latina, nec Keronis ætate cognitum Alamannis, qui butyrum Alemannicè reddit *Ancka*. Idem auctor ut & Dioſcorides *hippacen* Scythas vocare caſeum equinum, quod ad Græcam accedit. Sicut & πάς h. e. pater Scythis, Græcis ἀββᾶς, Papa: Gothis *Atta*. Hinc iisdem *Papæa* DEUS dictus, referente Celſo. *Abios* verò Philoſophos ſuos vocarunt, *Strab. lib. VII. Stob. Serm. V. de Temp.* Sic *Parthus* exulem Scythis notat, auctore Juſtino. Jornand. *De Reb. Get. c. VI.* ſcribit: *Hodieque linguâ Scythica Fugaces, quod eſt Parthi dicuntur, quia ſuos refugere parentes.* Ivo Carnot. Chronic. *Parthi, Aſſyriorum Medorumque temporibus, domeſticis ſeditionibus Scythiâ pulſi, inter Orientales populos obſcuriſſimi fuerunt.* Porrò *Air*, ſpeciem calami aromatici, teſte Scaligero. Et ſi quæ aliæ ſunt, quæ parum affinitatis cum noſtra habent. Denique quum tempore migrationis Scythicæ gentis in Europam, quod ſupra expoſitum, jam tum Celtica regio à Celtis populoſitate gauderet, ut & Græcia à Græcis, quomodo dici aut fingi

Digitized by Google

poterit, Celticam aut Græcam linguam à Scythica ut matrice ſuâ oriundam? quum utraque ſit antiquior Scythicâ, in Europa certè. Ut haud digna ſit *Becani* fabula refutatione de origine *Francorum* à liberis Scythis Herodoti, quam profligavit *Jo. Iſaac. Pontan. L. 2. Orig. Franc. c. 5.*

§. VIII.

Plane CeltoScythæ, intermixti Celtis, & Theotiſcis, adſcitâ quoque lingua. Plutarchus in Vita Marii Cimbros ait ſe CeltoScythas vocare. Walafridus Strab. cap. VII. *Si quæritur, qua occaſione ad nos veſtigia hæc Græcanitatis advenerint,* (veluti quod Kirche à Κυριακὴ) *dicendum eſt, Barbaros in Rom. Rep. militaſſe, & multos prædicatorum Græcæ & Latinæ locutionis peritos, inter has beſtias cum erroribus pugnaturos veniſſe, & eis pro cauſis multa noſtros quæ prius non noverant, utilia didiciſſe: præcipuéque à Gothis, qui & Getæ, cum eo tempore quo ad fidem Chriſti, licet non recto itinere perducti ſunt, in Græcorum provinciis commorantes noſtrum, id eſt, Theotiſcum ſermonem habuerint; & ut hiſtoriæ teſtentur, poſtmodum ſtudioſi illius gentis divinos libros in ſuæ locutionis proprietatem transtulerint. Et fidelium fratrum relatione didicimus, apud quasdam Scytharum gentes, maximè Tomitanos, eadem locutione divina hactenus celebrari officia.*

Vandali. Hinc Wandalorum nomen, & eorum Ducis Wandali, cujus C. Tacitus meminit. Wandalus enim quum emigrantem, coloniam ducentem denotet, Wandali dicti fuerunt illi Celtæ, qui in fines Scytharum emigrarunt, & his mixti linguam CeltoScythicam h. e. Vandalicam & Slavonicam condiderunt, moribus quoque & inſtitutis à Celtis recedentes. Unde contigit, ut ſequioribus ſcriptoribus, Plutarcho & Plinio Scytharum nomen tam latè pateat, ut Germaniam quoque involvat, obſervante H. Junio *in Batav. c. 9. p. 143.* & ante ipſum Regino *Chron. an. 889.* Poſtea Vandali ob ſummam annonæ egeſtatem reverſi ad Francorum & Germanorum terras conjunctis virib. Rhenum trajecerunt, per Gallias in Hiſpaniam penetrarunt, teſte Procopio *l. 3. Belli Vandal.* Atque hac ratione demum admitti poterit aſſertio Abrah. Mylii *de Lingua Belgica cap. XX.* Getarum, Maſſagetarum, Thracum, Scytharum, & genus & ſermonem cum Celtico promiſcuum fuiſſe. Neque aliter ſeſe Nicephorus Gregoras intelligi voluerit *lib. 2. Hiſt. Rom. t. de Scythis*, quum ait, *Scythas in Europam effuſos Mœotidis paludis latera ad occaſum ſpectantia occupaſſe. Deinde multis ſeculis poſt (poſtquam Celtia à Celtis dudum poſſeſſa) alii ut ex ampliſſima regione prima Scythia avulſi, in duas partes ſunt diviſi, quarum una, Sarmatis Aſianis everſis, ad Caſpium uſque mare excurrit: qui patrii etiam nominis obliti Sarmatæ, Maſſagetæ, & Melanchlæni atque Amazones vocabantur. Alteri verò verſus Europam, & omnem Oceani viam pervagati, Sarmatarum & Germanorum nomina ſibi vendicarunt. Denique in Galliam quoque impreſſione facta, eaque ſubacta, Celtæ & Galatæ ſive Galli ſunt appellati.* De Vandalis & Gothis hæc vera ſunt: Sed Celtarum & Galatarum nomina longè antiquiora, quam aut Germanorum, aut iſtæ Scytharum aut Celto-Scytharum irruptiones.

§. IX.

Celtarum ſedes. p. 114. Celtarum ſedes quæ tum fuerit, idem Herodotus bis annotavit, primò in Euterpe ſeu libro II. Nilum iſtro ſeu Danubio comparans, ait: Ἴστρος ποταμὸς ἀρξάμενος ἐκ Κελτῶν καὶ Πυρήνης πόλιος, ῥέει μέσην χώρην τὴν Εὐρώπην. οἱ δὲ Κελτοὶ εἰσὶ ἔξω Ἡρακλείων στηλέων· ὁμορέουσι δὲ Κυνησίοισι, οἱ ἔσχατοι πρὸς δυσμέων οἰκέουσι τῶν ἐν τῇ Εὐρώπῃ κατοικημένων. τελευτᾷ δὲ ὁ Ἴστρος ἐς θάλασσαν ῥέων τὴν τοῦ Εὐξείνου πόντου, διὰ πάσης Εὐρώπης, τῇ Ἰστριανοὶ Μιλησίων οἰκέουσι ἄποικοι. L. Valla ita reddidit: *Iſter fluere incipiens à Celtis atque urbe Pyrene (Celtæ autem ſunt extra cippos Herculis, Cyneſiis finitimi, omnium in Europa ad occaſum habitantium ultimi) mediam Europam ſcindit; totamque permenſus quam Iſtriani Mileſiorum coloni incolunt, mari Euxino finitur.* Fons Danubii ſive Iſtri notiſſimus eſt in ſolo videlicet Alamannico Germaniæ magnæ trans Rhenum in Comitatu Furſtenberg, *Thon Eſchingæ.* Itaque per Celtas intelligit Herodotus populum, ubi Danubius oritur, qui & Galli, Helvetii, atque Teutones appellati, poſtea Germani, itemque Alamanni. Jornand. de reb. Getic. c. XII. *Danubius, qui in lingua Beſſorum Hiſter vocatur,*

Fons Danubii.

Digitized by Google

vocatur, in Almanicis arvis exoriens LX. habet à fonte suo flumina ad ostia in Pontum vergentia. Bessos Thraciæ populum, ut Getas, fuisse constat.

§. X.

Perperam itaque C. Stephanus vel Nic. Loydius *in Diction. Hist.* apud vetustissimos Græcos Celticam eam tantum Galliæ partem fuisse, quam mare mediterraneum alluat, nam eam tantum novisse. Atqui Herodotus vetustissimus Græcorum Celtas ultra Rhenum in Alamannia locat. Idem pergit; *Gallis expulsis Celtas istam regionem occupasse.* Nec hoc verum: aut enim Celtæ & Galli unus populus, aut Celtæ illam Galliæ partem occuparunt, cui nomen suum dederunt, & quæ Garumnâ, Sequana & Rhodano continetur, Francia postea nuncupata, ut idem alibi habet. Aliter Lud. Morerus in diction. Historico de Celtis: *Les plus anciens auteurs Grecs, comme Herodote, donnent ce nom indifferement aux Goulois, & aux Alemans. Ceux qui ont conſideré de plus prés ce nom, comme Polybe, Diodore, Plutarque, Ptolomée, Strabon, Athenee, Joſephe, &c. ne le donnent qu'aux Gaulois originaires.* Sed vide sis H. Junii *Batavian cap. XXII.* atque quæ acceptio accuratior sit videbimus postea. Nunc §. 17.
ad Herodotum, cujus ætate Gallorum gens sub Celtis comprehensa velut una *Celto-Galli.*
natio in plures populos distributa, neque enim eo ævo incognitum Gallorum
nomen in Italia fuit, quum jam tum an. U. C. 163. ad mandatum Ambigati Regis Gallorum, alpes transierint & Mediolanum condiderint, unde & Galliæ Cisalpinæ origo; quanquam sequentibus emigrationibus quarum quinque trans Alpes Cuspinianus *ad S. Ruffum p. 32.* recenset, veluti anno V. C. 361. imprimis verò an. 473. & sqq. sub Ptolomæo Philadelpho, Belgio Brennoque ducibus etiam in Græcia & Asia illustrius Galatarum nomen redditum. Interea verò Celtarum communi nomine venerunt, quippe quum Celtæ omnium Occidentalium nationum ultimi Herodoto dicantur.

§. XI.

Inter Celtas Alamannos propè fontem Danubii Herodotus Pyrenæ urbis *Pyrene civ.*
facit mentionem, quæ haud dubio nobilissimum tunc fuit emporium: & fallor an ejus vestigia, refert adhuc non procul à fontibus Danubii opidum *Puren*, vulgo *Beyern*, medium inter Meskirch & Dietlingen. Nolim equidem fabulam hanc cum Ortelio *in voc. Celtæ*, arbitrari. Aristoteles *de Meteoris Lib. I. c. XIII.* Pyre- *mons.*
nen montem facit prope sylvam Hercyniam, ex quo fluat Danubius, eumque hodie *Brenner* Germanis dici C. Stephanus annotavit: qua de re mox agemus. Celtarum porrò populi Herodoto sunt ὁμορέουσι Κυνησίοισι, finitimi Cynesiis, & *Lib. IV.* ait: μετὰ Κυνήτας, *juxta Cynetas*, ultimi enim Occidentalium eidem sunt ipsi Celtæ, Cynetæ verò vel Cynesii aut Cynetes, vel Cynites, vicini Celtis, Ibericæ nationis populus, qui ultima Iberiæ inhabitarunt, proximi columnis Herculis. De quibus Fragmentum Stephani Byzantini ab Abrah. Berkelio editum: *Iberiæ duæ sunt, altera circa columnas Herculeas ab Ibero flum. dicta. Hanc in multas gentes divisam perhibet Herodotus. Gens hæc Iberica, quam dico maritima trajecti habitare, quamvis una gens sit, diversis tamen nominibus secundum tribus* (φύλα) *distincta est. Primum quidem qui ultimi versum occasum habitant Cynetes appellantur. Ab his adversus Aquilonem tendenti, occurrunt Gletes, inde Tarteſſii. Stephanus de Vrbibus voc. Gletes, & ibi Luc. Holsten. & Pinedo.* Vossius *ad Melam.* Denique collocat Herodotus Celtas ἔξω ἡρακλείων στηλέων, *extra vel supra* *Cadix.*
columnas Herculis, quæ scilicet in freto Herculeo Europam ab Africa separant: atque extensus usque ad Iberum & mare externum sive Oceanum magnum, *Celtiberi.*
Celtarum fuit populus.

§. XII.

Ab Herodoto accedimus ad Aristotelem, cujus quoque mentio modò *Arist. l.*
facta. Namque *Plato* Celtarum mentionem nullam quidem habet, prout ejus *Meteor. 13.*
opera extant, sed contradistinguit tamen Scythas, Thraces & τὰς κατὰ τὸν ἄνω τόπον, *quos gentes superiores* reddit Marsilius Ficinus, *Lib. IV. de Rep. pag. 642.* per quos Celticæ Arctoæ incolas & Hyperboreos videtur intelligere. *Baltriam* Platoni Scandiam

 dici

dici Ferrarius tradit, sed falsò. Aristoteles verò allegato loco hæc habet: Ἐκ δὲ τῆς Πυρήνης, τέλο δέ ἐστιν ὄρος πρὸς δυσμὴν ἰσημερινὴν ἐν τῇ Κέλτικῇ· ῥέουσιν ὅτε Ἴστρος καὶ ὁ Ταρτησσός. ἔτος μὲν ἔξω, ἔξω στηλῶν. ὁ δὲ Ἴστρος, διὰ ὅλης τῆς Εὐρώπης, εἰς τὸν Εὔξεινον πόντον. τῶν δὲ ἄλλων ποταμῶν οἱ πλεῖστοι πρὸς ἄρκτον ἐκ τῶν ὀρῶν τῶν Ἀρκυνίων. τέλο δὲ καὶ πλήθει καὶ ὄψει μέγιστα περὶ τὸν τόπον τοῦτόν ἐστιν. ὑπ' αὐλὴν δὲ τὴν ἄρκλον ὑπὸ τῆς ἑσπέρας Σκυθίας, ἃς καλέμενας Ῥίπας, περὶ ὧν τὰ μεγέθες λίαν εἰσὶν οἱ λεγόμενοι λόγοι μυθώδεις. i. e. *Ex Pyrene, hic verò mons est ad Occidentem æquinoctialem in Celtica, fluunt & Ister & Tartessus. hic quidem extra Columnas. Ister verò per totam Europam in Euxinum Pontum. Cæterorum fluviorum plurima versus Arctum (Ursam) ex montibus Arcyniis. Hi verò & multitudine & altitudine maximi circa locum illum* (unde oriuntur fluvii) *sunt. Sub ipso porro Arcto* (Ursa) *super ultimam Scythiam* (sunt) *quæ vocantur Rhipæ,* (Rhiphæi montes) *de quorum magnitudine valdè sunt quæ referuntur fabulosa.* Operæ pretium est, singula hîc observare; & imprimis Celticam à Scythia etiam hic separari, quod etiam *Lib. VIII. de Hist. animal. c. 28.* ubi de diversitate cœli & situs ejusque effectu circa animalium generationem differit, luculentius dicit: ὄιον ἐν τῇ Ἰλλυρίδῃ καὶ τῇ θράκῃ καὶ τῇ Ἠπείρῳ, οἱ ὄνοι μικροί. Ἐν τῇ Σκυθικῇ καὶ Κελτικῇ ὅπως ἐ γίγνονται. δυσχέρεια γὰρ ταῦτα δυσριγώταλον δὲ ἐσι τέλο τὸ ζῶον, lib. VIII. de hist. animal. 25. i. e. *Sicut in Illyrico & Thracia & Epiro asini sunt parvi: in Scythia & Celtica nulli: valdè frigidæ enim hæ, impatiens autem frigoris est maximè hoc animal.* ubi per Κελτικὴν non sola Gallia intelligitur, sed omnis Celtica usque ad fines Scythiæ. Quod verò hodie in terra Celtica haud desint ista animalia, rationi Philosophi non obstat; cum terra hæc longè cultior ac mitior reddita fuerit, atque tum temporis fertur, quod vel vitium cultus comprobat.

conf. Brower. Annal. Trev. Proparasc. c. 7, 10.

§. XIII.

Tartessus quis.

Deinde fontem Istri sive Danubii ponit ad Pyrenem montem in Celtica situm: atque hactenus conformis est Herodoto, etiam in Celtica fontem Danubii ponenti. Potest porrò mons & urbi nomen dare. Ex eodem verò monte etiam *Tartessum* fluvium oriri ait, eumque fluere ἔξω στηλῶν, extra columnas Herculis scilicet, quorum Aristoteles etiam *libro de mirabil. auscult.* meminit. Jo. Dillen Not. ad Panegyr. pag. 32. *Tria vulgò ferunt in Hispaniæ Regnis esse memorabilia: Pons cui superfluit aqua: Aquæductum Segoviæ volunt dicere: Civitas igne circumdata: Madritum intelligunt, cujus muri sunt ex silicibus. Pons qui ager est, & in quo continuè decem millia pecorum pascuntur: denotant Tartessum vulgo Guadianam flumen, quod septem milliaribus subter terram defluit, & denuo erumpit.*

Tartara Tartessusque petens immergitur orco:
Rursus & infernis ex Styge surgit aquis.

Atque plures Tartessos Eruditi agnoverunt, auctore Bocharto *lib. Geogr.* Tartessus civ. post Gadir dicta, *Priscian. l. 5. p. 127.* Sicuti etiam Herculis columnas non in solo freto Gaditano, sed etiam in Teutonia constituunt, atque Ortelius locum Frisiæ citerioris inter Grœningam & Covordiam ad Occidentem, vulgò *Duvels Cutz.* Sed & Scymnus Chius vel Marcianus Heracleota *in Periegesi v. 187.* constituit Columnam borealem intra mare mediterraneum, ubi Celtæ à Græcia atque Italia separantur.

Τέλων δὲ κεῖται λεγομένη τις ἐσχάτη
Στήλη βορείοις, ἐσὶ δὲ ὑψηλὴ πάνυ,
Εἰς κυματῶδες πέλαγος ἀναπάυσασ' ἄκραν
Οἰκοῦσι, τῆς σήλης δὲ τὰς ἐγγὺς τόπους
Κελτῶν ὁσοὶ λήγουσιν ὄντες ἔσχατοι,
Ἑσπερίτε, καὶ τῶν ἐντὸς εἰς τὸν Ἀδρίαν
Ἱδρῶ καθηκόντων.

Horum (Celtarum) *verò jacet dicta ultima*
Columna Borealis, est vero alta maximè

In

Digitized by Google

In fluctuosum pelagus extendens extrema,
Habitant porrò hujus columnæ proximè loca
Celtarum quicunque siti sunt ultimi,
Venetique & habitantium (quidam) *intra ad Adriam*
Istro (vicini, non flumini, sed Histriæ Regioni Venetæ & Austriacæ hodie jurisdictionis.)

Nam quod de origine fluminis Istri sive Danubii adjicit:

— — λέγεσι δ' αὐτόθεν
Τὸν Ἴστρον ἀρχὴν λαμβάνειν τῆς ῥεύματος.

— — *dicunt verò exinde*
Istrum originem capere fluminis.

Istud refert, sed non approbat Scymnus hîc: Alibi autem ita habet, ut ex Fragmentis Holsteinii constat:

— — ὁ Ἴστρος ποταμὸς
Κατέρχεται ἀπὸ τῶν ἑσπερίων τόπων,
Τὴν ἐκβολὴν πέντε στόμασι ποιούμενος.
Δυσὶ δὲ χεῖζόμενος κ' εἰς τὸν Ἀδρίαν ῥέει.
Ἀμέλει δὲ ἄχρι Κελτικῆς γινώσκεται.

— — *Ister amnis ex locis*
Ad solis occasum remotis defluit,
Pontumque quinque scissus intrat ostiis.
In Adriam quoque altero alveo fluit,
Ab intima usque Celtica sat cognitus.

Unde videtur mihi utique verius, quod Aristoteles per Tartessum fluvium, qui ex eisdem montibus, ex quibus Ister oritur, profluat, non alium intelligat, quam *Rhenum*, qui ex eadem Celticarum Alpium parte oritur, qua Danubius, & in Oceanum magnum, h. e. extra Columnas, sese effundit. Atque convenit cum Philosopho Laonicus Chalcondylas Athenienſis *Lib. II. Rer. Turcic.* Ἡ δὲ Γερμανία ἄρχεται μὲν ἀπὸ τῆς Πυρηνίας ὄρους, ὅθεν καὶ ὁ Ταρτησσὸς ῥέων ἐπὶ τὸν πρὸς Ἑσπέραν ὠκεανὸν καὶ ἔστι μὲν ἡ ἄνω Γερμανία. *Germania incipit à monte Pyrenæo, unde & Tartesius fluvius fluit in Oceanum Occidentalem. Atque hæc est Germania superior.* Et mox: ἔστι δὲ καὶ ὑπὸ Ἴστρῳ Γερμανία ἀπὸ Βιέννης πολέως, ἐπ' αὐλὸν δὲ ἐς Ταρτησσὸν προϊοῦσα χώρα. καὶ ἐπὶ Βραγαντὰς πολεμίους. Interpres: *Dicitur quoque Germania ea regio, quæ ab Istro procurrit, procedens à Vienna usque ad Tartesum flumen, & ad Pragam Boemorum.* Βραγάντας πολεμίους. Interpres legisse videtur Βράγαν τῶν Βοεμιῶν. Sed MSS. Cod. Βράγαντας πολεμίους. Describit hic Chalcondylas Germaniam inferiorem, à Vienna Austriæ usque ad Rhenum & trans Rhenum Bragantos bellicosos continens Brabantos sive Belgas. *V. Lipsi. Epist. 44. cent. 3.* Convenit scilicet Aristoteli & Laonico quod ex Pyrenæo monte & Ister & Tartessus oriatur: sed quod Celticam appellavit Aristoteles, id post aliquot secula Laonicus usitato tum nomine Germaniam vocat; qui & Κελτὰς & Γερμάνας ut Gallos & Germanos jungit. Conveniunt quoque in eo, quod originem Danubii sive Istri & Tartessi fluvii appellant Pyrenem vel montem Pyrenium. Notat hîc Freherus: *Quid Laonico in mentem venit ut Germaniam usque ad Pyrenæos montes extenderet, quos certum est discriminare Galliam ab Hispania, ita ut Alpes Italiam à Germania? Sine ambagibus, Rhenum voluit dicere, patrem fluviorum Germaniæ, quem & pro ipsa Germania ponere solebat antiquitas: cujus propemodum nullus scriptor, qui Germaniæ res attigerit, non meminit: cujus hîc quoque nullam mentionem fieri mirum esset, ubi tamen sit assitarum urbium, Coloniæ, Argentinæ. Sed cur pro hoc flumen illud Iberum? Quid mirum in homine Græco, qui totius Hesperiæ unum tantum montem Pyrenæum, unum flumen Tartesum putavit.* Bona verba quæso! Nec Aristoteles unum flumen Celticæ asserit, multò minus Laonicus. At hoc sciendum, non unicum fluvium Iberiæ vocatum Tartessum: Cæterum Alpes Hesperias

perias ab Iſtro uſque ad quos hodieque dicimus Pyrenæos montes, Pyrenem priſcis appellaſſe. Pergit Freherus : *Nimirum & Nonnus, auctor non paulo eruditior, Rhenum noſtrum Iberum vocat, duobus Dionyſiacorum locis p. 397. & 747. quem locum attigi in Originibus Palatinis cap. 3. p. 18. Dicet quis : At Rhenus non ſe infundit Oceano Occidentali, ut hîc de Tarteſio dicitur, ſed Germanico ? Ita quidem, ſi per Occidentem intelligas Atlanticum : ſed tamen nihil prohibet, quo minus etiam Germanicus dicatur Occidentalis reſpectu Thraciæ aut vicinarum regionum, ubi egiſſe videtur Chalcondylas, quantumvis nonnihil ad Aquilonem declinet. Imò verò, ſi rem exactè conſideremus, mare Germanicum pars & ſinus eſt Oceani Occidentalis, Germaniæ, Britanniæ & Daniæ litoribus clauſus. Sed regeret alius, quid Rheno cum Pyrenæis montibus, à quibus tota Galliarum longitudine diſtat? Reſpondeo : Quid Iſtro cum Pyrenæo Celtico ? unde eum oriri non tantum Ariſtoteles ſcribit loco prædicto, ſed etiam Herodotus in Euterpe. Cum tamen utriusque fluvii origo ſit in Alpibus Rhæticis : quod etiam è Græcis Strabo bene noverat, & Dionyſius Alexandrinus, interprete Priſciano :*

Incipiunt Alpes : quibus exit gurgite vaſto
Oceani rumpens glacialis littora Rhenus.
Hunc prope conſurgit fons Iſtri flumine longo.

Scilicet *Pyrene* priſcis totum iſtud jugum montium alpiumve ab Oriente uſque ad Occidentem appellatum, donec poſtea diſtinctum in Pyrenæos propriè dictos, & Alpes propriè dictas, easque in varias porrò ſpecies diſtinctas. Unde pergit Freherus : *Neque neſcimus, eſſe etiam Pyrenæos Germaniæ, & ſummam partem Alpium, qua Oeniponte Tridentum iter eſt, montem Pyrenæum dici vulgo etiamnum der Brenner. de quo cum plura annotet Ortelius in Theſauro, Baſſi tantum Epigramma adſcribere placet, interprete Stuckio noſtro :*

Saxa Pyrenæi, & depreſſæ vallibus Alpes,
Quæ Rheni fontes haud procul adſpicitis.

Sed hoc emplaſtrum neque Ariſtoteli Herodotove obduci poteſt, propter ἐπίθετον *Celtici : neque etiam Laonico noſtro, ob Tarteſi mentionem, de quo nunquam guſtavit hæc Germania. Sed fatendum quod res eſt ; Nimirum in omni nomine Germanico mirificè cæcutit, hallucinatur, impingit, labitur Græcia. Ut cum Stephanus Byzantius Francos populos facit Italiæ, auctorem dicti adducens Parthenium : cum Arrianus non procul ab Jonio Germanorum ſedes deſignat : quos aliosque lapſus notavit Irenicus Lib. IX. Exegeſ. German. c. 3. & 4.* Sed quicquid de his ſit, iſtud veteres utique defendit, quod Nomina ſint accipienda prout ipſorum ſeculis fuerunt uſitata. Unde nihil turbat epithetum *Celtici*, quum non præcisè Gallia tum eo nomine venerit, nec Tarteſi mentio, qui non ſolum Hiſpaniæ fluvium denotavit. Venit mihi quidem etiam in mentem, quod quum Alpes per omnes ſui partes per totam Celticam ſeſe extendant, & Pyrenæi montes uſque in Celtiberiam porrecti fuerint, magis ſit, ut Iberum intelligamus hîc, qui oriens ex Cantabrorum & Aſtiorum montibus gemino fonte, apud *Dertuſam*, olim Tarteſſum, urbem in pelagus effunditur. De quo Marcianus Heracleota vel Scymnus Chius in Periegeſi *v.* 165. *Poſt illam* (Gadiram) *verò eſt dierum duorum abſolventi navigationem emporium opulentiſſimum,*

Ἡ λεγομένη Τάρτησσος, ἐπιφανὴς πόλις
Πολαμόῤῥυτον κασσίτερον ἐκ τῆς Κελτικῆς

Dicta Tarteſſus, illuſtris urbs,
Fluvio vectum plumbum ex Celtica
Aurumque & æs ferens plurimum.

V. Steph. Byz. *de Urbib. & ib. Luc. Holſten. notæ. pag. 314.* Sed non effunditur hîc in Oceanum aut ἔξω στηλῶν, nec vicinus Iſtro. *Bætin* etiam Tarteſſum vocant Strabo & Pauſanias, qui ortus ex monte argenteo Gadibus extra columnas ſe exonerat in Oceanum : verum hunc Ariſtotelem non intendiſſe veroſimilius eſt : niſi dixeris, Ariſtoteli nomine Pyrenæo & Oroſpedam montem veniſſe. Certè confuſa adhuc tum notitia fuit fluminum Heſperiorum, atque Ariſtotelis ævo notiſſimus Iſter, qui Orientem quippe

Digitized by Google

quippe accedit: post eum Tarteſſus qui occidentem occupat, & idem cum Rheno habitus. Et utriusque origo habita ex montibus Pyrenæis ſive Alpibus, quæ tum promiſcui uſus. Poſtea Appiano teſte major horum fluminum cognitio, qui in procemio: *In Europa fluvii duo, Rhenus & Iſter, præcipui Romani Imperii fines. Et Rhenus quidem in Oceanum Borealem, Iſter vero in Euxinum Pontum influit.* Adhuc tamen Nonnus Rhenum Iberum vocat, ſic Chalcondylas Tarteſſum. Atque *Alben* vocati montes Pyrenæi poſt Carolum M. Fr. de Bell. Hiſp. Caroli, v. 1876. Fragm. Hiſt. ap. Urſtiſ. P. II. p. 84, 43. Cluver. de Germ. Ant. L. ult. c. 2. Willich. in Tacit. p. 419. Rheni fontem hodieque non uſque adeo certum aſſerit Vorpurg. T. I. p. 360.

§. XIV.

His duobus primariis fluminibus Celticæ Ariſtoteles poſtponit reliqua flumina *Harcynia.* non præcisè ex Pyrene monte, ſed tamen ex Alpibus & Harcyniis ſylvoſis montibus, quorum pars Pyrene, originem ducentia. Namque Harcynias totum intelligi, atque earum partem Pyrenem fuiſſe habitam, apparet ex ejusdem Ariſtotelis *libro de Mirabil. auſcult.* ubi ponit τὸν Ἴστρον ῥέοντα ἐκ τῶν Ἑρκυνίων καλουμένων δρυμῶν, *Iſtrum fluentem ex Hercyniis, quæ vocantur Sylvis.* Intelligit autem per reliqua hæc flumina imprimis Albim, Viſurgim, Oderam, quæ ex Hercyniis verſus arctum ſeu Septentrionem fluunt. Hercynium porrò & Sylvas & montes dici conſtat ex Scholiaſte veteri Apollonii Rhodii Lib. IV. ℣. 640. Ἑρκύνιον, ὄρος Κελτῶν ἢ δρυμῶν. Eratoſthenes Cyrenæus, qui extremis Ptolomæi Evergetæ temporibus ſcripſit Geographiam, Hercyniæ Sylvæ mentionem feciſſe, eamque cum quibusdam Græcis aliis *Orciniam* appellaſſe, auctor eſt J. Cæſar *Lib. VI. de B. G. c. XXIV.* Idem Eratoſthenes Γαλατικὰ ſcripſit, h. e. de rebus Gallorum in Græcia quorum aliquot libros laudat Stephanus de Vrbib. Aimoinus L. I. de Geſt. Franc. c. 1. *oritur ab Helvetiorum-finibus, neque quisquam eſt hujus Germaniæ, qui ſe aut audiſſe, aut adiiſſe initium hujus ſylvæ dicat, cum dierum iter ſexaginta proceſſerit: aut quo ex loco oriatur acceperit.* Vid. Iſaac. Pontani *L. I. Rer. Franc. c. 8. fi.* Hactenus igitur Celtarum regio, populus & lingua diverſa à Scythica, atque ipſorum Teutonum: nec tamen Galli tum à Celtis diverſi. Idem Ariſtoteles *Lib. II. de Gener. animal. c. VIII.* eadem de aſinis repetens, neque πρὸς σκύθας καὶ τὴν ὄμορον χώραν, neque πρὸς Κελτὰς τὰς ὑπὲρ τῆς Ἰβηρίας. Ψυχρὰ γὰρ ἡ αὕλη ἡ χώρα. Celtæ qui ſupra Iberiam ſive Hiſpaniam habitant Galli & Galatæ poſtea dicti. *Lib. VII. Polit. c. 2.* Gentes bellicoſas recenſens, imprimis laudat, Scythas, Perſas, Thraces & Celtas, & mox Iberos. Idem *Lib. II. Polit. c. IX.* de Viris militaribus ait iis ferè omnibus accidere, quod ſint mulieribus obnoxii, ἔξω Κελτῶν· ἢ καὶ ἴσως ἕτεροι φανερῶς τετιμήκασι τὴν πρὸς τὰς ἄῤῥενας συνουσίαν: *exceptis Celtis, aut ſi qui alii coitum maſculorum palam receperunt.* Cum quo convenit quod Athenæus *Lib. XIII. Dipnoſoph. p. 603.* de Celtarum amore puerorum ait: *Ex Barbaris* Κελτοὶ, *quamvis pulcherrimas uxores habeant, amore puerili magis delectantur.* Ubi Dalechampius annotat: *Sic Gallos in univerſum olim appellarunt.*

§. XV.

Ab Ariſtotele ſeries temporum nos ad Scymnum Chium & Polybium invitat, Scymnus Chius, qui Olympiade CL. floruit in Periegeſi, (quæ vulgò Marciano Heracleotæ, qui poſt Hadrianum Imp. vixit, adſcribitur,) Europam deſcribens, à Columnis Herculis exorſus, & quidem à Columna Europæa, quam ipſe Μασσιλιωτικὴν, Maſſilienſem, appellat, vicinâ urbi Mæſiacæ, ultimæ Græcanicarum urbium: progreditur ad Gadira Tyriorum coloniam, inde ad Tarteſſum emporium, de quo ſupra, atque

Ἔπειτα, ait, χώρα Κελτικὴ κεκλεμένη,
Μέχρι τῆς θαλάττης τῆς καὶ Σαρδοὺς κειμένης.
Ὅπερ μέγιστόν ἐστι πρὸς δυσμὰς ἔθνος.

i. e. *Exinde regio Celtica dicta,*
Uſque ad mare juxta Sardiniam ſitum.
Quæ maxima eſt ad Occidentem natio.

Atque totum orbem in quatuor dividit nationes,

Τὴν μὲν γὰρ ἐντὸς ἀνατολῶν πάσαν σχεδὸν
Ἰνδοὶ. τὴν δὲ πρὸς Μεσημβρίαν
Αἰθίοπες ἐγγὺς κείμενοι νότῳ πνοῆς.
Τὸν ἀπὸ (ὑπὸ) ζεφύρῳ Κελτοὶ δὲ μέχρι δυσμῶν τόπον,
Θερινὸν ἔχουσιν. τὸν δὲ πρὸς βορρᾶν Σκύθαι.

Et quidem Orientem omnem ferè
Incolunt Indi: ſed Meridionalem
Æthiopes, proximè ſiti Auſtro vento.
Sub Zephyro verò Celtæ uſque ad Occidentem locum
Æſtivum habent: ad Boream vero Scythæ.

Ἰνδοὶ μὲν ἓν μεταξὺ θερινῶν ἀνατολῶν
Καὶ χειμερινῶν οἰκοῦσιν, Κελτοὶ δ' ἀνάπαλιν
Ἀπὸ τῆς ἰσημερινῆς τε δύσεως ἀλός.

Indi quidem inter æſtivos ortus
Et hybernos habitant: Celtæ vero contrà
Ab æquinoctiali & occidentali mari.

Tandem concludit:

Τὰ μὲν ἓν ἔθνη τὰ τέσσαρ' ἐσὶ τοῖς ὄχλοις
Τοῖς πλήθεσίν τε τῶν καθοικουμένων ἴσα.

Hæ igitur nationes quatuor ſunt populis
Multitudinibusque habitantium pares.

Ἡ δ' αἰθιόπων πλείστη σί χώρα καὶ Σκυθῶν
Ἐρημίαν ἔχουσα πλείστην διὰ τὸ καὶ
Τὰ μὲν ἐμπόρια εἶναι μᾶλλον αὐτῶν, τὰ δ' ἔνυγρα.

Æthiopum vero maxima eſt regio, & Scytharum
Solitudinem habens maximam, propterea quod
Emporia ſunt magis eorum, itemque flumina.

Hinc patet, etiam hoc auctore, & communi ſui ſeculi ſententiâ, Celtarum nationem & linguam à Scythica tantum diſtuliſſe, quantum ab Indica & Æthiopica. Sed audiamus porrò eum de Celtis ſpeciatim:

Χρῶνται δὲ Κελτοὶ τοῖς ἤθεσιν Ἑλληνικῶς,
Ἔχοντες οἰκειότατα πρὸς τὴν Ἑλλάδα·
Καὶ τὰς ὑποδοχὰς τῶν ἐπεξενευμένων.
Σὺν μουσικῇ δ' ἄγουσι τὰς ἐκκλησίας,
Ζηλοῦντες αὐτὴν ἡμερώσεως χάριν.

Utuntur vero Celtæ moribus Græcanicè,
Habentes vicinitatem ad Græciam,
Et receptiones peregrinantium.
Cum muſica vero agunt conciones,
Æmulantes eam, lenitudinis gratiâ.

Loquitur itaque de Celtis Ciſalpinis & cum incolis Græciæ magnæ atque Italiæ commercium, jusque hoſpitii habentibus tum temporis. Celtæ enim transalpini tunc adhuc incogniti Græcis, niſi nomine & natione tenus. Horum itaque Celtarum & mores & leges ſine dubio ab interioribus & ſeptentrionalibus Celtis lenitatem jam tum diſtulerunt, ſed & linguæ dialectus mutationem recepit: nec tamen deſiit. Id comprobatur etiam exemplo Galatarum in Aſia ſedes figentium, de quibus Hieronymus

Comm.

Digitized by Google

Comm. in Ep. Pauli ad Galat. teſtatur: eos præter ſermonem Græcum, quo omnis Oriens loquebatur, propriam linguam eandem uſurpaſſe, quàm Treviri. De his porrò Tacitus: *Treviri & Nervii circa affectationem Germanicæ originis ultro ambitioſi ſunt.* Similiter Ephorus apud Strabonem quatuor facit nationes in univerſum, Indos, Æthiopes, Celtas & Scythas, *vid. Brower. Ann. Trev. Proparaſc. c. 7, 10.*

§. XVI.

Polybius porrò de quo *Vorburg.* Vol. 3. p. 97. ubi etiam de reliquis Hiſtoricis ejus judicia, natus fuit anno Olymp. CXLIII. quarto V. C. DXLVIII. Atque deteſtanda eſt vel væcordia græculorum amanuenſium, vel Romanorum invidia, quod origines Celticas à Polybio lib. II. per digreſſionem inſertas, deſcribere & ad poſteros transmittere poſthabuerint. Cæterum auctor hic promiſcuè utitur nominibus Κελτοὶ & Γαλάται & tam de Celtis originariis & transalpinis, reſpectu Romæ, & de cisalpinis & Italiam ingreſſis Romamque occupantibus, & *Lib. I. p. 144.* γαλάται τραυσαλπίνοι Italis dictos ait non ad generis differentiam, ſed loci, quia trans alpes habitent. Etſi alioquin Κελτῶν nomen Celtis originariis, quos αὐτόχθονας cenſet Tacitus proprium videtur, Galatarum verò colonorum emigrantium & diſcedentium. GALATEN enim Celtis idem quod emigrantes denotavit. Kero: *Kalid*, diſcede. *Kelidit* diſcedit. *Kalide*, diſcedat. Gothis *Galeithan* eſt ire, abire. Id quod & Abr. Mylium *de Ling. Belg. C. XXI.* jam obſervaſſe, poſtquam hæc ſcripſi, deprehendo. Itaque *Galaite* vel *Galate* ſunt propriè Celtæ emigrantes, Celtarum coloni, atque Γαλατία Polybio iſta Gallorum cisalpinorum regio *Lib. II. p. 150.* appellatur: Galati vero Regis Gallorum transalpinorum, cujus *pag. 152.* facit mentionem, recentius eſt nomen, nationis longè vetuſtius. Denique coloniam Gallorum etiam in Thraciam usque penetraſſe & ibi ſedes poſuiſſe eos, idem Polybius auctor eſt *Lib. VIII. de Virt. & Vit. pag. 1380.* Celtiberi verò nomen retinuerunt Originarium, de quibus Lucanus Lib. IV.

Polyb.

Galata unde.

—— profugique à gente vetuſta
Gallorum Celtas miſcentes nomen Iberis.

Atque non tantum Polybio, ſed & aliis promiſcuè uſurpantur.

§. XVII.

Porrò non extitiſſe unam aliquam linguam in Europa univerſalem, cujus reliquæ tantum dialecti fuiſſent, itidem ex Polybio manifeſtum fit. Is lib. I. de Syſtemate & corpore illo Celtarum, quod à ſuis popularibus ob perfidiam in propinquos & cognatos ſuos, ejectum fuiſſet, & in bellis Punicis militaſſet, verba faciens, eorum linguam diverſam teſtatur à lingua non tantum Poenorum, atque Autoritum illorum ducem Punice loqui didiciſſe longe militiæ uſu, id quod *Bocharti* opinionem infringit; ſed etiam Iberum ſeu Hiſpanorum veterum, Balearium, Ligurum, Græcorum, Venetorumque antiquiſſimi ad ſinum Adriaticum populi.

Celtica lingua non univ. Europ.

§. XVIII.

Cisalpinorum colonias atque ſedes ad Padum fluvium & Apenninum montem hos recenſet, Leos, Lebekios, Ἰσομβρας i. Inſubres, Cenomanos, Ἀνανας, i. Anianes, Βοιὰς Bojos, Ægónes, & Senones. Cæterum Europæ potiſſimam partem τοῖς ἄρκτοις i. Septentrionibus ſubjacere, inter fluvium Tanaim verſus ortum, & Narbonem verſus occaſum, ubi *Narbonem* itidem fluvium intelligunt Perottus, Caſaubonus, Ortelius. Sed *Jac. Gronovius* urbem contendit, adeò ut non dubitet propterea emendare Athenæum & Fragmentum ibi Polybianum: ſed urbi fluvius nomen dedit, & illa ἡ Νάρβων & Ναρβωνησία, Narbona Galliæ, iſte verò ὁ Νάρβων vocitatur. *conf. L. Holſten. Not. ad Steph. de Urbib.* Narbonem itaque fluvium, qui non longè à Maſſilia & Rhodani oſtiis ad occaſum verſus, indigitat Polybius: nec enim Ortelii emendatio locum invenit, qui Rhodanum ſubſtituit, cum utriusque mentio hîc fiat, atque rectius ipſe Atacem fluvium, hodie *Aude*, intelligi

Lib. II. p. 144. & 150. Lib. III. p. 265.

Narbo fl.

Digitized by Google

Alax ſentit. Celticæ igitur unum terminum verſus meridiem ponit Narbonem; ait: ἀπὸ δὲ τῆ Νάρβωνος ἡ τὰ πρὸς τοῦτον Κελτοὶ νέμονται, μέχρι τῶν προσαγορευομένων Πυρηναίων ὀρῶν, ἃ διαπίνει κατὰ τὸ συνεχὲς, ἀπὸ τῆς καθ' ἡμᾶς θαλάττης, ἕως εἰς τὸ ἐκτός. i. e. *à Narbone & circumjacentem regionem Celtæ inhabitant, usque ad ita dictos Pyrenæos montes, qui ſe extendunt in continuum à noſtro, mediterraneo, mari, usque ad externum, ſive Oceanum.* Cæteroquin quoad terminum verſus occaſum & aquilonem, nihil ipſe compertum habuit, pergit enim: τὸ δὲ παρὰ τὴν ἔξω ἡ μεγάλην προσαγορευομένην, κοινὴν μὲν ὀνομασίαν οὐκ ἔχει. διὰ τὸ προσφάτως καταπλεῦσθαι. κατοικεῖται δὲ πᾶν ὑπὸ βαρβάρων ἐθνῶν καὶ πολυανθρώπων. — Τὸ μεταξὺ Τανάϊδος καὶ Νάρβωνος εἰς τὰς ἄρκτους ἀνήκον, ἄγνωστοι ἡμῖν ἕως τοῦ νῦν ἐστίν· ἐὰν μήτι μετὰ ταῦτα πολυπραγμονήσαντες ἱστορήσομεν. τοὺς δὲ λέγοντάς τι περὶ τούτων ἢ γράφοντας, ἀγνοεῖν, καὶ μύθους διατιθέναι νομιστέον. i. e. *Quod verò ad externum mare, quod magnum vocatur, Europæ ſitum eſt, commune nomen non habet: ideò quod nuper fuit exploratum. Inhabitatur autem totum à Barbaris gentibus & populoſiſſimis. — Quod inter Tanaim & Narbonem in Septemtriones vergit, ignotum nobis adhuc eſt: niſi quid poſthac curioſâ inveſtigatione comperti fuerimus. Eos porrò qui referunt quid de his aut ſcribunt, ignorare aut fabulas concinnare, exiſtimandum.*

§. XIX.

Ex his obſervare licet, Polybio propoſitum fuiſſe, nihil niſi quod accuratè perſpectum & compertum haberet, referre, atque præter Celtarum gentem tam cisalpinam, quam transalpinam adhuc tum Italis ac Romanis reliquam Europam usque ad Tanaim nondum fuiſſe accuratè exploratam: adeoque illis adhuc ignoratum, quousque Celtarum gentes atque terræ ſeſe porrigerent: an una ſit natio atque lingua vel plures. Id quod & Herodotus ſupra §. V. conqueſtus: cum quo & Polybius etiam convenit, quod Celtæ Alpium fuerint incolæ, ubi Iſter originem trahit ſuam, & qui poſtea Alemannorum nomen ſpeciatim aſſumſerunt. Generatim tamen interim Celticam dictam fuiſſe, quicquid inter Scythiam & Iberiam ſitum, ex Ariſtotele conſtat, qui multam operam oleumque has quoque in res inſumſit, Alexandro M. magnas ferente ſuppetias. Quamobrem auctoritate Polybii fruſtra nituntur, qui Alemannos aut Germanos Celtas fuiſſe negant. Certè Alpium principium Polybio conſti-
p. 142. tuitur à Maſſilia & proximis locis mari Sardoo, & finis hactenus verſus mare Adriaticum, In alpibus itaque & transalpes habitantes Celtæ vel Galli non ſunt illi, qui trans Pyrenæos montes habitarunt, in Gallia, quæ hodie cluit, ſed in Alemannia à Rhodano usque verſus Ortum per Alpium tractus, πλεῖστον ἀνθρώπων φύλον, ut *Lib. III. p. 279.* loquitur. Confer ſis H. Junii *Batavium cap. XXII.* ubi non tantum probat de Celtis, quod Germani fuerint, ſed & negat fuiſſe Gallos, in quo poſteriori quidem aſſerto adſenſum cohibeo.

§. XX.

Quamobrem non obſcurum eſt, interioris Celticæ occiduæ & ſeptemtrionalis terram & Græcis & Romanis fuiſſe tum adhuc incompertam, idque ex his cauſis, quod illis Celtis cum Græcis & Romanis nondum fuerint nec commerciorum, nec fœderum, nec hoſpitii jura, unde nec tuto & ſine periculo vitæ ibi licuerit peregrinari & res Celtarum cognoſcere. Bello quidem ſuperatos eſſe Arvernos & Rutenos Galliæ populos à Q. Fabio Maximo, quibus Pop. R. ignoviſſet, neque in provinciam redegiſſet, neque ſtipendium impoſuiſſet, teſtis eſt C. Jul. Cæſ. *Lib. I. de B. G. c. 45.* Cimbros & Teutonos à C. Mario pulſos, refert Salluſt. *de Bell. Cimbr.*

§. XXI.

J. Cæſ. de B. G. At Primus C. Julius Cæſar fuit, qui occaſionem obtinuit, res Celtarum penitus ſcrutari easque poſteris deſignatas relinquere, etſi per tot ſecula magnas mutationes Celtarum natio jam tum habuerit, ut Galli & Celtæ & Germani pro diverſis habiti. Hinc Strabo Gallos negat dicendos ultrà barbaros, utpote mutatos in Romanum morem & lingua & vita. Fuit equidem ante ipſum Galliæ portio in Provinciam redacta, Narbonenſis ſcilicet, quæ & Gallia braccata & quæ καὶ ἐξοχὴν *Provinciæ* nomine, quod hodieque retinet, ſemper appellata: Ammian. Marcellin. Lib. XV. ad fin.

Digitized by Google

fin. *Hæ regiones* (Galliarum) *præcipuè quæ confines Italicis paulatim levi sudore sub imperium venere Romanum; primo tentatæ per Fulvium, deinde præliis parvis quassatæ per Sextium, ad ultimum per Fabium Maximum domitæ: cui negotii plenus effectus, asperiore Allobrogum gente devicta, hoc indidit cognomentum. Nam omnes Gallias, nisi quâ paludibus inviæ fuere, ut Sallustio docetur auctore, post decennalis belli mutuas clades subegit Cæsar, societatique nostræ fœderibus junxit æternis.* Infelix vates, optimus historicus: nemo tamen ante ipsum Cæsarem penitius penitrarat. Ait: *Gallia est omnis divisa in partes tres: quarum unam incolunt Belgæ, aliam Aquitani, tertiam qui ipsorum lingua Celtæ, nostra Galli appellantur. Hi omnes linguâ, institutis, legibus inter se differunt. Gallos ab Aquitanis Garumna flumen, à Belgio Matrona & Sequana dividit. — Eorum una pars, quam Gallos obtinere dictum est initium cœpit à flumine Rhodano, continenturque Garumna flumine Oceano, finibus Belgarum, attingit etiam à Sequanis & Helvetiis flumen Rhenum: vergit ad Septentriones. Belgæ ab extremis Galliæ finibus oriuntur: pertinent ad inferiorem partem fluminis Rheni; spectant in septentriones & Orientem Solem. Aquitania à Garumna flumine ad Pyrenæos montes & eam partem Oceani, quæ ad Hispaniam pertinet, spectat inter occasum solis & septentriones.*

§. XXII.

Hinc primò observatu dignum, *Celtarum* nomen linguæ nationalis proprium & originarium esse, *Gallorum* verò à Romanis usurpatum, scilicet ut Galatarum à Græcis. Atque hoc non ita accipi debet, quasi Gallorum nomen Latinum sit, aut Galatarum Græcum; sed utrumque etiam Celticum est, at non originarium, verùm eorum Celtarum adscitìtium, qui emigrantes ad Romanos atque Græcos ista nomina professi; Gallos sese dixerunt qui trans Alpes egressi ad Padum consederunt, q. d. *Wallen, Walon, wandelnde*, emigrantes Celtæ, coloniæ Celticæ: Atque qui in Græciam & Asiam progressi, vocarunt se suo idiomate *Galaite*, emissos, ut suprà. *Celtarum Gallorum Galatar. nomina.*

§. XXIII.

Deinde ait; *Galliam in tres partes divisam*, unde intelligere est totam antea & ab origine fuisse unam & unius nationis atque linguæ regionem. Quod porrò addit: *Omnes tres partes linguâ, institutis, legibus inter se differre*, id capiendum est non ita simpliciter, sed quod Tacitus de Britannis & Gallis dicit, *durante originis vi* tamen, neque enim aut institutis aut legibus omnimodo diversis usi. Certe Julius ipse L. II. c. 6. fatetur; *Gallorum eandem atque Belgarum oppugnationem esse. hos ubi circumjecta multitudine hominum totis moenibus undique in murum lapides jaci cœpti sunt, murusque defensoribus nudatus est, testudine factâ, portis succedunt, murumque subruunt.* Nec linguis, sed linguâ sive linguæ Celticæ diversis *dialectis* potius: sicuti hodieque Belgæ & Alamanni, Dani & Sueci & sic deinceps. Id quoque vel nomina propria Gallorum & Helvetiorum indicant, quorum indicem exhibet Lugdunensis editio Cæsaris. Et ut Cæsar Helvetios *Gallos* vocat, ita eosdem Celtas antea dictos, ex superioribus constat. Helvetios porrò non aliâ quam Alamannica linguâ usos, vix est qui inficias ire queat. Vetus itaque Gallica, Celtica & Alamannica eadem lingua fuit, à Belgica dialecto differens. Quod inferius Strabo confirmabit. Quam sententiam quod erudite defendit Jo. Isaac. Pontan. *L. VI. Orig. Francic. c. XXIV. p. 610.* idemque *in Glossario Prisco-Gallico.* Et facit huc inscriptio vetus, quam exhibet Abrah. Mylius de Lingua Belgica cap. XX. *Soloduri Helvetiorum, in antiquissima turre opere Romanorum, hæc est inciſa Inscriptio, quam ipse exscripsi:* *Gallia propria.*

In Celtis nihil est Soloduro antiquius, unis
Exceptis Treviris, quarum ego dicta soror.

Itaque quod Gallia à Cæsare in tres partes dividitur, in Aquitaniam, Belgiam, & *Galliam*, id sine omni dubio intelligendum est de *Gallia propria*; quemadmodum in aliarum quoque terrarum ac regionum descriptionibus, veluti Asiæ, Africæ propriæ, i. e. speciatim ac propriè ita dictæ, & similiter de aliarum denominatione observare licet: *conf. M. Velser. Vindelic. pag. 3.* Nihilominus tamen & reliquæ partes ejusdem sunt

Digitized by Google

nationis & linguæ originariæ. Doctiſſimus omnium rerum Germanicarum interpres, Jo. Philippus Vorburgicus, Tom. I. Hiſtor. Rom. Germ. p. 44. ſq. contendit Gallorum veterum linguam diverſam à Germanorum fuiſſe, ideò quod Caligula Cæſar nonnullos ex Principibus Galliæ coëgiſſet ſermonem Germanicum addiſcere & nomina barbarica ferre: Sed pace Manium tanti viri, non perſuadet hoc, niſi quoad Gallos imperio Rom. jam tum ſubjectos & linguæ Romanæ provinciali adſvefactos, & confer quæ ante §. 2. de diverſitate dialectorum dixi.

§. XXIV.

Non obeſt autem noſtræ ſententiæ, quod Julius hîc porrò refert c. XXIX. *In caſtris Helvetiorum tabulæ repertæ ſunt, literis Græcis confectæ, & ad Cæſarem perlatæ, quibus in tabulis nominatim ratio confecta erat, qui numerus domo exiſſet eorum, qui arma ferre poſſint, & item ſeparatim pueri, ſenes mulieresque quarum omnium rerum ſumma erat,* &c. Enimverò iſtæ tabulæ non Græca lingua, quam *Piccardus* Gallis propriam vindicat, ſed literis Græcis linguâ vernacula fuerant conſcriptæ, ſicuti & Gothi Græcis literis ſuam expreſſerunt linguam, & Franci Gothicis, de qua re aliâs. Nobiſcum ſentit Lipſius *ad Tacit. de M. G.* Iſtud verò quod dixi patet ex alio Cæſaris loco Lib. V. de Q. Cicerone ab Eburonibus in caſtris obſeſſo, ait: *Cæſar cuidam ex equitibus Gallis magnis præmiis perſuadet, uti ad Ciceronem epiſtolam deferat. hanc Græcis conſcriptam literis mittit, ne, intercepta epiſtola, noſtra ab hoſtibus conſilia cognoſcantur.* Equidem Lib. VI. ubi de Druidibus agit, eos in publicis privatisque rationibus uti Græcis literis ait, quod & antea de tabulis Helvetiorum dictum: ſed & Druidas à bello abeſſe conſueviſſe, hoc eodem loco tradit, ut intelligatur, epiſtolam Cæſaris per Druidas publicari non potuiſſe. Atque Helvetios quoque his tum literis uſos arbitror eandem ob cauſam, ne interceptæ tabulæ ab illis Gallis, quorum ſedes occupare contenderent, vires ab hoſtibus cognoſcerentur.

Celtoped.

§. XXV.

Nec impedit, quod porrò Cæſar *Lib. I. c. 47.* refert Arioviſtum Germanum, linguæ Gallicæ ſcientia multa jam longinqua conſuetudine uſum fuiſſe, unde diverſitas quidem utriusque dialecti patet, ut vulgò alter alterum non facile intelligeret, ſicut nec Belga, Suecus & Alemannus hodieque: nihilominus tamen una omnium lingua matrix Celtica & Teutonica, ut ſupra §. II. jam tum generatim obſervatum, ſed & ab Iſaac. Pontan. L. VI. Orig. Francic. c. XXIV. p. 610. At inquis, idem auctor. Lib. II. c. 4. & ſqq. de Belgis refert: *Plerosque Belgas eſſe ortos a Germanis, Rhenumque antiquitus transductos propter loci fertilitatem, ibi conſedisſe, Gallosque qui ea loca incolerent, expulisſe, ſolosque eſſe, qui patrum (tum) memoria, omni Gallia vexata, Teutones Cimbrosque intra fines ſuos ingredi prohibuiſſent:* uti hæc Rhemi, qui proximi Galliæ ex Belgis tum erant, Julio enarravere, præcipuos eorum Bellovacos nominantes, Sueſſones inde, eorum Reges tunc Divitiacum, totius Galliæ potentiſſimum, poſt Galbam: deinde Nervios, maximè feros, nullumque aditum ad eos mercatoribus, nihil pati vini, reliquarumque rerum ad luxuriam pertinentium, inferri: quicquid poſſint, non equitatu, ſed pedeſtribus valere copiis. Atrebates, Ammianos, Morinos, Menapios, Caletes, Verocaſſes, Veromanduos, Atuaticos, ex Cimbris Teutonisque procreatos, Condruſos, Eburones, Cæræſos, Pæmanos, qui uno nomine Germani appellantur. Enimverò neutiquam hæc noſtræ ſententiæ refragantur. Sunt utique Belgæ Germani, ſed & Gallos hi expulerunt, ſicut poſtea Belgas Franci. Sed uti non obſtat hoc, quin & Franci & Belgæ ſint Germani, ita nec obeſt, quin & Galli cum Belgis & Germanis & Francis ſint Celticæ originis & linguæ.

§. XXVI.

Sed & verum eſt, quod ait idem Cæſar *Lib. VI. de B. G.* in digreſſione de Galliæ Germaniæque moribus & quo differant eæ nationes inter ſeſe: Germanos multum à conſuetudine Gallorum differre: *namque neque Druides inquit, habent, qui rebus divinis præſint, neque ſacrificiis ſtudent: deorum numero eos ſolos ducunt, quos cernunt, & quorum opibus aperte juvantur. Solem & Vulcanum & Lunam: reliquos ne fama quidem acceperunt.*

&

Digitized by Google

& quæ ſequuntur: Certè ea omnia confirmant atque omnino perſuadent, Celtarum veterum genuinam ſobolem, Cæſaris adhuc ævo, fuiſſe Germanos. Id quod maximè & religionis ſimplicitas comprobat, & nulla Druidum admiſſio. Ipſe Cæſar pro ſua perſpicacia non pro comperto refert, ſed *exiſtimatur*, inquit, Druidum diſciplina in Britannia reperta, atque inde in Galliam translata eſſe. Magis enim eſt, ut eam ex Hetruria aut Thuſcia (vel Maſſilia) eò translatam aſſeramus. Suadet hoc imprimis metempſychoſeos dogma Pythagoreum: Suadent idem literæ Græcæ Druidibus uſurpatæ, atque utraque ex Græcia Magna atque Hetruria transportata: Quæ ex Gallia deinceps in Britanniam ita transplantata, ut hìc magis exculta fuerit, unde verum porrò quod Cæſar pergens ait: *Et nunc qui diligentius eam rem cognoſcere volunt, plerumque illo* (in Britanniam) *diſcendi cauſa proficiſcuntur.*

§. XXVII.

Idem ibi teſtatur, à Druidibus proditum dici, quod Galli ſe omnes à DITE patre prognatos prædicent: ob eamque cauſam ſpatia omnis temporis non numero dierum ſed noctium finiant, & dies natales & menſium & annorum initia ſic obſervent, ut noctem dies ſubſequatur. Atqui eodem modo & Germanos ſpatia temporum finiviſſe & Tacitus teſtatur, & conſtans atque diuturna obſervatio. Sed & quod hoc à Dite patre quem & Plutonem aut Orcum Græci appellant, vel conſtitutum vel in ejus honorem à poſteris inſtitutum fuerit, Druidæ quidam tradiderunt: indeque forte Beroſus iſte Annianus finxit inquiens: *Samothes qui & Dy, Celtas colonias fundavit: neque quisquam illa ætate iſto ſapientior fuit, ac propterea Samothes dictus eſt.* Quæ quaſi ex tripode dicta veneratur Piccardus *Lib. II. Celtopæd. p. 57.* Sed verius eſt, non per Ditem fabuloſum Græcorum Plutonem ac noctis atque tenebrarum dominum intelligi, ſed *Tit, Diet*, vel *Teutum* aut Teutonem, qui & Teutonum ſive Celtarum & Thuſcorum conditor à veriore auctore refertur. Is eſt Cato de origine populorum Italiæ, cujus fragmentum huc faciens nobis aſſervavit Servius.

Simplicior itaque philoſophia veterum Celtarum & Druidum antiquior, à Tuiſcone utique aut Teutone tradita, ab Hebræorum philoſophia eſt arceſſenda, quâ in principio tenebræ fuiſſe docentur ſuper faciem abyſſi, & creata poſtea luce, factum eſt veſpera & mane, dies primus. Hæc ſimplicior philoſophia à Celtis Orientalibus ſive Germanis retenta: quam in Celtis occiduis ſive Gallis Druides philoſophia Græcanica imbuti corruperant. Idem etiam de lingua Celtica primæva habendum, in quam Druides multa vocabula Græcanica intulerunt, ipſosque Græcorum characteres. Acceſſit autem & alia cauſa, quam verbis Cæſaris efferamus: *Fuit antea tempus, cum Germanos Galli virtute ſuperarent, ultrò bella inferrent, ac propter hominum multitudinem, agrique inopiam, trans Rhenum colonias mitterent. Itaque ea, quæ fertiliſſima ſunt, Germaniæ loca circum Hercyniam ſylvam, quam Eratoſtheni & quibusdam Græcis fama notam eſſe video quam illi Orciniam appellant, — Nunc quod in eadem inopia, egeſtate patientiaque Germani permanent eodem victu & cultu corporis utuntur. Gallis autem Provinciæ propinquitas & transmarinarum rerum notitia multa ad copiam atque uſus largitur, inde paullatim aſſuefacti ſuperari, multisque victi præliis, ne ſe quidem ipſi cum illis virtute comparant.* Morum porrò mutatio perpetuo quoque linguæ mutationem ſecum ferre ſolet.

§. XXVIII.

Eodem ævo ſcripſit *Timagenes Alexandrinus* Græcè, Amicus Auguſti, vel hoc ipſo probabilis, inquit *Quintilianus Lib. X.* de eo, quod intermiſſam Hiſtorias ſcribendi induſtriam novâ laude reparavit. Ejus etſi opera interiere, aſſervavit tamen nobis quoddam ejus fragmentum *Ammianus Marcellinus Lib. XV. c. 9.* de origine Celtarum vel Gallorum, Latinè ea & ſuo filo id referens. *Ambigentes*, inquit, *ſuper origine prima Gallorum ſcriptores veteres, notitiam reliquere negotii ſemiplenam: Sed poſtea Timagenes & diligentiâ Græcus & linguâ, hæc quæ diu ſunt ignorata, collegit ex multiplicibus libris: cujus fidem ſecuti obſcuritate dimota, eadem diſtinctè docebimus & aperte.* Hinc & quæ Polybii hac in parte contigit jactura, quam antea queſti ſumus, poterit ſarciri. Pergit Ammianus: *Aborigines primos in his regionibus quidam viſos eſſe firmarunt, CELTAS nomine regis amabilis; & matris ejus vocabulo GALATAS dictos: ita enim Gallos ſermo Græcus appellat.* Rectè Celtas aborigines appellat Gallorum & Galatarum: nec Germani tamen

Digitized by Google

aliunde orti, ut ſupra demonſtravimus. Sed quæ de Galata matre Celtæ regis adduntur, ſuo locò relinquenda, cum eo quod ſequitur: *Alii, Dorienſes antiquiorem ſecutos Herculem, Oceani locos inhabitaſſe confines.* Id quod diductius refert Parthenius coævus Timageni, *de Eroticis* cap. XXX. Veriora in hanc ſententiam Taciti de M. G. c. 2. *Fuiſſe apud eos & Herculem memorant, primumque omnium virorum fortium ituri in prælia canunt.* ait porrò Ammianus: *Draſidæ memorant revera fuiſſe populi partem indigenam: ſed alios quoque ab inſulis extimis confluxiſſe & tractibus transrhenanis, crebritate bellorum, & alluvione fervidi maris ſedibus ſuis expulſos.* Lectionem *Draſidæ* vocis corruptam Valeſius aſſerit, ſed *Druidas* vel *Dryſidas* ſufficit. At Druidum nulla natio, ſed ſecta fuit nationis, de qua antè. Transeat itaque & hæc opinio, donec certa habeatur lectio. Pergit: *Ajunt quidam, paucos poſt excidium Trojæ, fugitantes Græcos ubique diſperſos, loca hæc occupaſſe, tunc vacua.* Convenit forte Dionyſius Halic. Herculem Laomedonte Trojanorum rege occiſo, & Ilio expugnato captivos multos in Hiſpaniam & Galliam ſecum abduxiſſe, & hîc *Alexiam* condidiſſe, circa An. 2715. Sed quis crediderit Galliam tunc vacuam fuiſſe à populis, ultra mille jam tum annos à diluvio? Unde veriſimilior eſt, Ammiano & ipſis Gallis tunc acceptior ſententia, de adventu Herculis in Gallias jam tum populoſas Celtis ſuis, ſed à tyrannide Geryonis & Tauriſci ſuppreſſis: *Regionum autem incolæ id magis omnibus adſeverant, quod etiam nos legimus in monumentis eorum inciſum, Amphytruonis filium Herculem ad Geryonis & Tauriſci ſævium tyrannorum perniciem feſtinaſſe, quorum alter Hiſpanias, alter Gallias infeſtabat: ſuperatisque ambobus coiſſe cum generoſis fœminis, ſuſcepiſſeque liberos plures, & eas partes quibus imperitabant, ſuis nominibus appellaſſe. A Phocæa verò Aſiaticus populus Harpali* (Harpagi) *inclementiam vitans, Cyri Regis præfecti, Italiam navigio petiit, cujus pars in Lucania Veliam, alia condidit in Viennenſi Maſſiliam: deinde ſecutis ætatibus oppida aucta virium copia inſtituere non pauca.* conf. *Gell. Lib. X. c. 6.* & *H. Valeſium* in Not. ad *h. l.* Celtis itaque jam tum primis aboriginibus cis & trans Rhenum conſtitutis, acceſſit colonia Græcanica Maſſilienſium ſaltem Olympiad. XLV. hinc demum Græcorum linguæ primordia in Gallia Narbonenſi: hinc & philoſophiæ Pythagoricæ inſtituta tandem. Sic enim pergit Ammianus: *Per hæc loca hominibus paulatim excultis, viguere ſtudia laudabilium doctrinarum, inchoata per Bardos, & Eubages & Druidas. Et Bardi quidem fortia virorum illuſtrium facta heroicis compoſita verſibus cum dulcibus lyræ modulis cantitarunt: Eubages verò ſcrutantes ſeria & ſublimia naturæ pandere conabantur. Inter hos Druidæ ingeniis celſiores, ut auctoritas Pythagoræ decrevit, ſodalitiis adſtricti conſortiis, quæſtionibus occultarum rerum altarumque erecti ſunt, & deſpectantes humana, pronuntiarunt animas immortales.* conf. Valer. Max. Lib. II. Cæterum de lingua, inſtitutis, legibus & diviſione Celtarum & Galliarum verbis J. Cæſaris uſus fuit Ammianus, unde ea quæ de iis dicta ſunt, non otioſe recoquenda, &c.

§. XXIX.

Sed quò dilabimur? propoſitum nobis erat demonſtrare ex primis probatiſſimisque auctoribus, Celticæ linguæ, cujus præcipua dialectus Germanica hodiè, originem ac dignitatem, eamque à Scythica fœditate & disharmonia defendere. Id quod etiam ſatis quoad hunc ſcopum factum fuiſſe confido. Quamobrem Celticam certè linguam pro Matrice Europæarum habendam eſſe reputaverim. Thomaſſin. *Lib. III. c. XI. ſq. Lib. IV. La Methode d'Etudier. P. I. de la langue Runique, ou ancienne Danoiſe, & de la langue Saxone.* Neque enim ea à Græca ſive Jonica orta eſt, ſed utraque ut ſorores conſobrinæ, quarum Auctores duo fratres Gomer & Javan, adeoque à diverſis Genealogiæ Noachicæ ramis, duæ diverſæ gentes diverſis in plagis conſederunt, ut Moſes Geneſ. X, 5. refert: *Ab his diviſæ ſunt inſulæ gentium in regionibus ſuis, unusquisque ſecundum linguam ſuam, & familias ſuas, in nationibus ſuis.* Quantum ad Græcam attinet, ea ſine dubio ab omnium matre Hebræa ſcil. prognata, quod imprimis liquet, ſi indagantur radices Græcæ linguæ, & ad Hebraicas conferuntur; quam operam adoleſcens tentavi, & Clar. tunc DAUMII cenſuræ ſubjeci, qui non tantùm eam approbavit, ſed etiam ex Arabicis adauxit, ut ex ſequenti Digreſſione apparet.

§. XXX.

DIGRESSIO

De Radicibus Linguæ Græcæ.

Dedu-

Digitized by Google

Deductiones Thematum Græcæ Linguæ, quæ Hebræis in Verbis consistunt.

Josephus lib. I. Ant. Jud. cap. VII. Ἀπὸ Ἰαυάνου Ἰωνία καὶ πάντες Ἕλληνες γεγόνασι. *à Javane ortum ducit Jonia, totumque Græcorum genus.* Duæ primariæ fuerunt gentes Græcanicæ *Jonum* scil. & *Dorum.* Sed *illi antiquissimi*, Javanis utpote nepotes, qui in Latio consedit, & dictus à Latinis Janus. *hi Lydorum coloni:* vid. J. C. Scal. lib. I. Poët. c. XIX. Jonum coloni *Attici* sunt? Dorum *Æoles.* Sed aliis à Javanis filio, Alisa, dicti sunt Alisæi, qui nunc Æoles. Sic Josephus l. c. *Jonum pars in Asiam* reversa: *Æolum in Siciliam* atque *Italiam* migravit. Itaque cognoscitur non tantum universis Græciæ gentes, sed etiam *linguam* earum omnium *ex Asia* oriundam esse. Sic Linguâ Græcâ usum fuisse Jacobum, tradit R. Eliezer & R. Salomo, v. Buxt. Lex. R. סכר (sed id quidem ridicule.) Verum origo Græcæ L. Hebræa magis magisque impendiò sese prodit curioso harum rerum investigatori. Voces Hebræorum cæterorumque orientalium populorum una produci Radice, tribus literis constante, notum & in triviis est. Idem isthuc ipsum in vetusta Javanica lingua protritum fuit. *Verba* enim *Græca ex Hebræis, orta sunt.* Itaque *tribus itidem literis Radicalibus*, quas vocant, *subsistunt. Vocales* verò, quas Hebræi literis substernunt, Græci literis immiscent, itaque earum non habenda ratio in investiganda Radice. Porrò sæpe *unica tantùm litera vel consona extat*, cæteræ vocales dissimulantur, quod fit, quia in Hebræa Radice literæ fuerunt adspiratæ, quas in medio & fine Græci non exprimunt. Nonnunquam tantùm *duæ*, quando scil. eadem litera geminata est, uti Chald. גַּגָּא & גָּא dicitur. In principio verò eadem illis *litera est spiritus tenuis*, quæ Hebr. א. & spiritus asper vel crassus quod ח vel ה Hebræis, qui nonnunquam permutantur. Recte itaque statuitur, h Latinis esse literam, *quia ex Radicis est substantia.* Quæ inferius exemplis erunt illustriora. Javanitæ Hebræum *Kametz vel Patach* Radici subsstratum *ultimum* vel retinent vel in ω mutatum *affigunt* interdum adjuncto α, vel ε, *primum* pro lubitu, nullâ certâ ratione, *mutant vel retinent:* neque enim ipsæ Orientales dialecti in hoc consentiunt. Nonnunquam *quatuor* in Verbo concurrunt *literæ* sive consonæ, ut in κλάπλω, & videtur litera vel Syllaba esse affixa. Radix enim est קלף Chald. unde dissimulato Scheva, & affixâ Syllabâ fit κλάπλω. Literæ duplicantur interdum quasi injecto Dages. In hoc enim consistit fatalis illa ἀλογλωσσία & ἀλοφωνία, ut primis primæ linguæ Radicibus addantur & immutentur literæ. Quo factum ut Græce nonnullis α *præfixerint* Radicibus, adeò, ut serviat, ad formam Chaldaicæ Aphel. interd. α accipit, ι, αι per pleonasm. ut αἰτέω it. o. s. Literæ μεταβολαὶ & ejusdem organi inter se commutantur. ר in Λ. ש Hebr. in θ, ut Chald. in ת. ר in Φ. י in spiritum lenem, ע in ς. ג in κ. ב in Β & כ in π. ף in Δ. ה in Π, χ. נ in Φ.

Age autem, ut res fiat clarior, producamus exempla juxta seriem literarum alphabeti; non totius quidem, sed dimidii, quousque per otium licebat: quæ tamen speciminis instar erunt luculenti, e quo & de thematibus reliquis judicium ferri poterit à peritis.

A.

Ἀ ΓΑΛΛΩ, orno, insignio. α per prosthesin servit, sive servile est. Literæ Radicales tres sunt ΓΛΛ, Hebr. גָּלַל convolvit, complicavit. Arab. involvit, vestivit. it. Meton. Adj. significat ornavit, honoravit.

ΑΓΑΠΑΩ, amplector, osculor. Meton. Adj. significat, Amo. Chald. גְּפָא idem significat, concluſit. complexus est. α, servit, quasi ex Aphel: אַגְפָּא.

ΑΓΑΩ, admiror, veneror, attollo. Metaph. Hebr. גָּאָה, Syr. ܓܐ Chald. גְּאָה extollere se: venerabilem esse &c. unde Nom. גֵּאֶה, ἀγαυὸς, superbus. α præfigitur. quo sine est γάω, γάομαι, tumeo, emineo, superbio. Litera Radicalis tantùm exstat unica, &c.

ΑΓΓΕΛΛΩ, nuncio. è voce Persica *angar*, ἄγγαρος, nuncius coactus. Syn. נָגַר attraxit. α ut servile præfigitur, & vocalem sub נ absorbet, ad formam nim. Syr. Aphec ܐܰܓܰܪ ἄγγαρ. ר mutatur in Λ, ut sæpe. λω, syllaba est servilis.

ΑΓΕΙΡΩ, congrego, colligo. Hebr. אָגַר congregavit, collegit.

ΑΓΧΩ, ango, suffoco. Radicales, spiritus lenis, vices agens Hebraici א, ר pro ע sequente χ partes agit τῶ ג. χ τῶ ח &c. Hebr. Itaque Rad. est אגח vel אנח ingemuit præ angustia. Chald. אַנְקָא gemitus moribundi. oppressio, interfectio. Rabb. אַנְחָה angustia. Vel est חנק suffocavit, spiritu crasso in lenem mutato.

ΑΓΩ, duco, adduco. Literæ Rad. duæ tantùm apparent, quia gutturalis in fine Græcis non exprimitur. Rad. Hebr. אגא non extat ampliùs, nisi in Arabia, אגא *agi*, adduxit. Hiphil, à נא *gi*, vênit.

ΑΔΩ, ἀδέω, placeo. חדה, gavisus, lætatus est, exhilaratus. Vel ערה, adhibitus est, decoratus fuit. qui ad aliquid adhibetur, placet.

Digitized by Google

Ἄ Α Ω, ſatio, ſatisdo. אדא, Arab. dedit, obtulit.

Ἄ Ε Ι Δ Ω, celebravit, cecinit. Litera media Radicalis adſpirata latet in Diphthongo. Eſt aut Rad. Syr. עֲהַר memor fuit, commemoravit.

Ἄ Ι Ρ Ω, & præfixo α, Ἀ Ε Ι Ρ Ω, litera Rad. tertia adſpirata non eſt expreſſa, &c. Rad. eſt ארה vel ערה, ſuſtulit, abſtulit, retexit.

Ἄ Ζ Ω, ſicco, arefacio. Hebr. אזה, ſuccendit. aduſſit.

Ἄ Ζ Ω, honoro, veneror. חזה vidit, adſpexit. Syr. חֲזָא exiſtimavit. Eſt etiam Arabib. עזז *azez*, honoravit.

Ἄ Θ Ρ Ε Ω, intueor, contemplor. ἀ ut ſæpiſſimè eſt ἐπιτατικὸν, literæ Radicis Orientalis Linguæ ſunt Θ P & ultima gutturalis תרה, pro quo uſitatum eſt תּוֹר & תָּר quod id. ac שׁוּר, contemplatus eſt, perluſtravit, quæſivit.

Ἄ Θ Τ Ρ Ω, ludo, ſaltito. ἀ eſt ἐπιτατικὸν. litera ult. Rad. eſt adſpir. תרה. Chald. & Syr. שׁוּר ſaltito, ſubſilio. Arab. ثور movit. ש enim & ת quam maximè in omnibus linguis μεταβολαὶ ſunt.

Ἄ Ι Θ Ω, uro. Ardeo. אתה, vel potiùs ארה, ex Hebr. אוד, inuſ. unde אוד, titio.

Ἄ Ι Ρ Ε Ω, prehendo, aufero, capio. Hebr. ערה, aufero, retego, nudo. affinia ſunt & literis & ſignificatu τοῖς ארה & ἄιρω.

Ἄ Ϊ Σ Σ Ω, proſilio, præſulto, &c. α ἐπιτατικὸν eſt. Facilè autem poteſt judicari primitùs fuiſſe ἴσσω, prodeo, procedo. ex Hebræa Radice יָצָא prodiit, proceſſit. י conſona ἄῤῥηλος eſt Græcis, unde pro eo ſubſtituunt adſpiratam lenem, adſumto ι vocali. ץ reſolvunt in ejusdem organi literam ς.

Ἄ Ι Ω, audio. literæ Rad. omnes adſpiratæ, adeoque exprimi nequivêre, ἀ, ut tantum non perpetuò, eſt ἐπιτατ. & auctat ſignificationem. ἴω igitur fuerit neceſſe eſt, quod ex Rad. Syr. יעא vel יצא *prodiit*. Syn. de verbo audibili Pſ. CXLIV. י ut latet in Græc. & vocali illius ι: reliquæ ſunt adſpiratæ.

Ἄ Ι Τ Ε Ω, peto ex α: ἐπιτ. quæ ſuſcipit interd. ι & obſoleto ΤΕΩ, quæro, ζητῶ. Hoc vel ex Rad. Hebr. שָׁעָה vel תָּעָה, erravit in via, divagatus eſt, locum quæſivit aut ſedem.

Ἄ Κ Ε Ω, ſano. α ut ſæpiſſimè ἐπιτ. eſt. Litera Rad. κ, media & ultima adſpiratæ. Rad. Hebr. גהה, ſanavit. ג in literam ejusd. organi κ mutatur. Sed & Arab. قَيَّ eſt ſanavit: à Rad. Hebr. קָוָה manſit.

Ἄ Κ Ο Υ Ω, audio. litera Rad. κ: cæteræ adſpiratæ: Rad. Syr. קָעָא clamavit. pari modo

Ἄ Κ Ρ Ο Ω̃, audio, conſtat ex α illo, & Hebr. Rad. קרא, clamavit, vocavit.

Ἄ Λ Α Ω, Ἄ Λ Τ Ω, vagor, erro. α ἐπιτατικὸν Rad. Hebr. להה, fatigatus, laſſus, feſſus fuit. Effectum ſcil. vagationis.

Ἄ Λ Δ Ω, augeo, do incrementum. Rad. Hebr. ילד, genuit, produxit, &c. ι conſonam ignorant Græci, ſed illius loco literam adſpir. amant. Sic item

Ἄ Ρ Δ Ω, irrigo. ex Hebr. Rad. ירד, decurrit, defluxit, רדה.

Ἄ Λ Ε Γ Ω, curo. Rad. Arab. علج, curavit ægrotum. ſic erit Synecdoche Speciei pro Genere; niſi potiùs eſt ex ἀ ἐπιτατ. & Λ Ε Γ Ω, lego, colligo, ut notet ἀλέγω ſummâ curâ aliquid colligo.

Ἄ Λ Ε Ι Φ Ω, ungo, illino. ἀ eſt ἐπιτατικὸν. Λείφω, unde λίπος, inuſitatum eſt ex Radic. Chald. לַף vel לִף, conjunxit, per Meton. Effecti. Sed & Martinius Lat. Ungo duci poſſe ait ab unum & ago. *Eſt enim*, inquit, *unctio quædam diverſorum unitio.*

Ἄ Λ Ε Ω, molo. לאה, laboravit. ϗ. ἀλέω congrego: לוד, adjunctus, aſſociatus eſt. ϗ. ἀλέω, fugio, vito, caveo: ex עלה, adſcendit, in altum tetendit.

Ἄ Λ Ο Ω, capio, vincio. Radix Aſiatica עלה, nullibi conſpicitur, quam ἀναλογία autem facilè ſuggerit: præterquam quod Arabes عَلَّ cum ع punctato *galal* inde retinent, quod ligare ſive vincire denotat.

Ἄ Λ Λ Ω, ὁμαγ, ſalio. עלל i. e. עלה, in altum tetendit, elevavit ſe.

Ἄ Μ Α Ρ Τ Ε Ω, aberro. ùt ἀρτέω, ὁμαγ ex ἄρω (ἦρται 3. perf. P.) ſic ἀμαρτέω ex ἀμάρω, antiquato; quod tamen originis eſt Orientalis עמר; quod Arabib. eſt erexit, ſuſtulit, ſeduxit, docente Schindlero. Aliis idem eſt ac Submergere tanquam abyſſo: teſte Raphelengio. Hinc perſvaſum mihi fermè habeo, ἁμαρτεῖν vel ἀμάρειν primariò ac proprie dictum fuiſſe, non de viatorum errore in terrâ; ſed quando mari nautæ à recta aberrantes viâ in Scyllam aut Charybdin ſubmergebantur. Vel quum hoc ipſum ſit ἀμαρεῖν, & ἁμαρτεῖν quod Heſychius explicat ἀκολουθεῖν, πείθεσθαι, ſequi. Propriè dicitur de aqua, quæ per ſulcum ex alveo ſeducitur. deinde Metaph. ad animata refertur.

Ἄ Μ Ε Λ Γ Ω, adimo, avello: uſitatè autem de lactis & immaturi fructûs avulſione. Radix Hebr. מלק, avulſit, abrupit.

Ἀ Μ Ε Ρ-

Digitized by Google

Ἀμεργω, & ſine α ἐπενθετικῷ μέργω, it. μόργω, μάργνυμι, ὀμόργω, &c. decerpo, &c. exprimo: abſtergo. ex Hebr. Rad. מרק terſit, abſterſit, abraſit.

Ἀμειβω, pertranſeo. Metaphorice permuto. valdè vocis hujus obſcurata eſt origo, adeò, ut deperditam crediderim Radicem orientalem. Sed enim auguror ἀμείβω potius eſſe ab ἀμάω, nimirum υ mutarunt in ι, & ἐυφωνίας ἕνεκα β interpoſuerunt. unde & utriusque eadem ſignificatio eſt. Hoc ἀμάω vero credo conſtare ex α ἐπενθ. & literis Rad. מעה, quas Chaldæorum more ac ore fortè fecerunt ex Arab. מצה vel مَضَى modi, quod pariter eſt pertranſit, præteriit.

Ἀμτνω, defendo, &c. à Rad. מנע prohibuit; defendit, protexit. à quo ipſo, poſthabito α ἐπενθ. eſt & μένω, maneo, perſiſto. qui enim aliquem prohibet & impedit; eodem loco manere facit.

Ἀμτσσω, diſcerpo, à מצה, dimidiavit, per medium partitus eſt.

Αντω, efficio. ex אָנָה, quod cauſam rei denotat. Congruit & הנה, profuit, &c.

Ἁπτω, tango. Meton. necto. Metaph. accendo. à Rad. יפה, Arab. وفى, poſuit, appoſuit.

Ἀρασσω, tundo. illido. amputo. & ſine α ἐπενθ. ῥάσσω allido, &c. à רצץ, vel רָץ colliſit, contrivit, &c.

Ἀρκεω, arceo, in fugam converto. à Rad. ערק fugit, propulſus eſt.

Ἀρνεω. ὁμων. videri poſſet factum ex ערם fraudavit, fefellit. מ in נ mutato, more Chald. Sed arbitror potiùs eſſe ab ἄρνα, jusjurandum ut propriè ſit: abjuro, jurejurando nego, &c. ἄρνα verò ex ἄρᾶ, quia juramentum ſui ipſius continet Imprecationem. Rad. ארר, maledixit, imprecatus eſt.

Ἀροω, aro. ex ארה, diſcerpſit, avulſit. divellendo & proſcindendo humum, aratur. Itaque notatio eſt ab Adjuncto.

Ἅρπω, rapio. à ἅρπη, & ἁρπάζω. ex חרף Hebr. divulgavit. Arab. rapuit, furatus eſt.

Ἁρω, apto. ex ערה applicavit, conjunxit. Eſ. XXII, 6. I. Reg. VII, 36.

Ἀρχω, incipio, inſtituo, &c. ex עָרַךְ ordinavit, inſtruxit, diſpoſuit.

Ἀσκεω, exerceo, propriè ambulando, currendo, luctando. ex Rad. Hebr. שקק cucurrit, diſcurrit. α eſt ἐπενθ. tertia Rad. abjicitur more Chald. שַׁק.

Ἀσπαζω, amplector, vel attraho ad me, ex Rad. Hebr. אסף. collegit, congregavit, retraxit ad ſe. Ζω eſt affixa ſyllaba niſi prius fuit ἀσπάω. quod ſane credidero. hinc Ἀσπάδων. inde Ἀσπάζω.

Ἀσχαλαω, triſtitia affectus ſum. ex Rad. Heb. שכל orbatus eſt.

Ἀτεω, lædo. ex α & τάω, quæro, inveſtigo, perſequor. ſicut ἀντάω.

Ἅλτω, proſilio. ex עמה, involavit, feſtinavit. מ duplicatur q. injecto Dages.

Ἀτχεω, glorior, jacto me: ex יחה feſtinavit, velox fuit; quia jactabundus verbis admodum velox eſt & præceps.

Ἀτω, clamo. ex Rad. Syr. עוא clamavit, gemuit.

Ἀτω, pro quo & Ἀω, flo, ſpiro. ex Rad. עוה, Chald. Aphel. אַעֲוִי per nares reſpiravit. Ἀω eſt prius: hinc ἀήρ. Inde Ἄυω. Diphthongo enim pronunciata poſteriora ſunt.

B.

Βαω, eo: ex Rad. בוא vel בָּאָה ivit. Apud Latinos Bire, hinc ſuperbire, ambire.

Βαλλω, jacio. è Rad. פלה ſeparavit, removit, projecit. ב in β.

Βδαλλω, mulgeo. à ברל ſeparavit, ſerevit. mulgens lac ab ubere ſeparat, aufert, &c.

Βλαπτω, Rad. βλάβω, ab obſ. Βλαω, ùt puto, quod ex Rad. בלע abſorbuit. perdidit. Syr. percuſſit, nocuit.

Βλαστεω, germino, à בלט vel Syr. בלץ eminuit, prominuit.

Βλεπω, video, oculis complector, oculis conjungo, à לָפַף vel לף conjunxit, &c. videtur enim β eſſe præfixum ante λ, ùt ſolenne eſt Æolibus ante cognatam ejus ῥ. Vel omnino videtur mihi Radicem Orientalem eſſe deperditam, quod & de aliis non paucis nihil dubito; quum nulla lingua veterum integra remanſerit, neque ſanè Sancta, ejusque filiæ potuerunt in tanta librorum inopiâ.

Βλιττω, eximo, aufero, demo. ex Rad. פלט, ereptus fuit: Rabb. ejecit.

Βλτω, φλύω, βρύω, literis & ſignificatione ſunt cognata: pullulo, ſcateo, germino, &c. Germ. Blüen, florere. videntur è Rad. Syr. פרע pullulavit. Arab. effudit, fudit.

Digitized by Google

ΒΛΩΣΚΩ, eo, venio, provenio, creſco : ab obſol. βλόω, ùt γνώσκω à γνόω. Sed βλόω, ex Rad. orientalis Literæ בלע, cujus ſignificatio tantùm apud Arabas eſt ſuperſtes, quibus בלע balag, eſt venit, pervenit, &c.

ΒΟΑΩ, clamo. è Rad. Chald. בוע vociferatus eſt.

ΒΟΤΑΩ, ομαι, volo, appeto. ex בהל feſtino. Metaph. de animo, feſtinanter appeto, &c. Prov. XXIIX, 22. ſecunda Radicalis adſpirata in Diphthongo videtur latere.

ΒΟΩ, ſive ΠΑΩ, edo, paſco, à Rad. פוה, inuſ. unde פֶּה os, cujus præcipuus eſt uſus comedendi. it. bibendi & loquendi. unde Gr. βόω, πάω, φάω, πίω. M. M.

ΒΡΑΖΩ, ferveo, bullio, vi æſtus ejicio. à Chald. ברץ effluo, vel exabundo.

ΒΡΕΜΩ, fremo, murmuro. etſi ſine dubio ὀνοματοπεποίηται. aſſonat tamen Arab. ברן vel ברנן bombilavit, ſuſurravit.

ΒΡΕΧΩ, irrigo, profundo, pluo. à פרח germinavit; quatenus irrigatio atque pluvia cauſa germinationis exſiſtit.

ΒΡΟΩ, comedo : ex ברה, quod idem.

ΒΥΩ, obturo, circumfinio, obſtruo. à Rad. inuſ. פאה, unde פְּאָה angulus, extremitas & finis cujusque rei, ubi ea eſt obſtructa, finita, &c. Teut. Buen.

Γ.

ΓΑΩ, vel γάγω, tumeo; ſuperbio. à גאה altum eſſe, tumere. Ezech. XLVII, 5. ſuperbirè, &c.

ΓΑΜΕΩ, nubo, duco uxorem, &c. ex Rad. Arab. גמע collegit, coëgit, conjunxit, incorporavit. concubuit, conſuetudinem habuit, &c.

ΓΑΝΝΩ, γάννυμαι. læto vultu quem excipio. à גנן velavit, defendit: Chald. ſupervenit: inſiliit: habitavit: cum quo & גנה convivatus fuit.

ΓΕΝΩ, geno, gigno. à Rad. Chald. גנה incubuit, dormivit. Meton.

ΓΕΛΑΩ, rideo. à Rad. גלה, detectus eſt, apparuit. nempe ab Adjuncta dentium detectione & nudatione, qui γελασίνοι dicuntur.

ΓΕΜΩ, plenus, onuſtus ſum. è Rad. גמא, ingurgitavit, potu ſe implevit. Arab. א in ע mutato : congeſſit, collegit.

ΓΕΤΩ, guſtare facio. ab Arab. גוע eſurivit : *gava*, eſuriens, guſtare appetens.

ΓΝΟΩ, intelligo, cognoſco. à Rad. ענה, audivit. ע mutatur in Γ, more Arabum.

ΓΡΑΩ, imminuo, rado, ſcalpo. Meton. Adj. edo hinc γράφω, & mutato ρ in λ γλάφω. Rad. Hebr. גרע imminuit, raſit, abraſit.

ΓΟΑΩ, gemo, delamentor. à געה, mugivit, clamavit, &c.

Δ.

ΔΑΕΩ, δαίω, divido, partior. Syn. Gr. 1. cibum partitum diſtribuo. Meton. Adj. epulum præbeo. Metaph. (vid. Taubm. Aul. 3. 4. p. 177.) doceo. diſco. quamquam & Rad. Syr. דאע aſſonat. 2. igne diſſolvo, comburo. Rad. Chald. דוא diſſolvit.

ΔΗΚΩ; δάκνω, mordeo; dentibus attenuo, attero, à Rad. דק comminutus, attenuatus eſt. Arab. guſtavit, libavit.

ΔΑΜΑΩ, domo, ſubigo, quietem reddo. à דמה quievit, tranquillus fuit.

ΔΑΠΤΩ, voro. à Rad. Arab. דאף diſſolvi. דאף guſtare.

ΔΕΙΔΩ, timeo, terreor, turbor. à דדה pedetentim incedere, quaſi timidè, &c. Meton. Signi. Syr. דוך turbavit, impedit.

ΔΕΙΚΩ, oſtendo, monſtro, intueri facio. à Chald. &c. דוק intuitus eſt, &c.

ΔΕΜΩ, ædifico, manſionem exſtruo. à Rad. Arab. דאם manere, permanere.

ΔΕΡΚΩ, adſpicio, oculos quò conjicio. à Rad. Chald. דרק vel זרק ſparſit, conjecit, &c.

ΔΕΤΩ, rigavit. à Rad. דָּוָה languit. Arab. roboravit, medicatus eſt.

ΔΕΦΩ, excorio, pellem detraho. ejusdem cum δάπτω originis.

ΔΕΧΩ, ομαι, capio. à זחה ſive זחח levavit, ſuſtulit. ז in ר Δ mutato.

ΔΕΩ, vincio, ligo. vires adimo, debilito. à דוה debilitatus eſt, languit.

ΔΗΩ, invenio, acquiro. à Rad. deperdita, à qua Arab. דו habens, בעל.

ΔΟΩ, duo, do. à Rad. inuſitata דהה vel דיה, unde דַּי ſufficientia.

ΔΙΚΩ, jacio, projicio, &c. à Rad. דק, tutudit, contudit.

Digitized by Google

ΔΟΚΕΩ, videor: arbitror. δοκάω, exſpecto. à Rad. חזק Chald. vidit, &c.

ΔΡΑΩ, facio, perago. à Rad. ורה, quod vix ſuperſtes cernitur apud Arabas: conſuevit: exercitatus eſt. vel à deperd. Rad. ורע, à quo זְרוֹעַ brachium, quo operamur.

ΔΡΕΠΩ, decerpo. à Rad. זרף, incidit, ſuccidit. ז in ר.

ΔΤΩ, ingredior. ראה involavit.

ΔΥΝΩ, ἀμαι, poſſum, valeo, potens ſum. à Rad. Hebr. דין, judicavit. regnavit, &c.

E.

ΕΑΩ, veniam do, permitto. à Rad. Syr. יעה, venit, inceſſit, &c.

ΕΓΕΙΡΩ, excito, ſuſcito, &c. ſ ἐπιτ. & antiq. Γίρω, gero, quod à Rad. גרה traxit, attraxit, concitavit, &c.

ΕΔΩ, edo. à Rad. עדה, adhibitus eſt, ornavit, &c. ex uſu verò Arabico, cum ד & ע punctatis: nutrivit.

ΕΘΕΛΩ, volo, deſidero, θέλω. à Rad. תלה, ſuſpendit, elevavit. 2. animo fuit ſuſpenſus, &c. Meton. adj. ſ eſt ἐπιτατικὸν.

ΕΘΩ, conſuevit, à Rad. ארא, ivit, meavit. Metaph.

ΕΙΔΩ, video, ſcio. à ידע, novit, &c.

ΕΙΚΩ, cedo, corpore. 2. animo: non reſiſto voluntati alicujus, ſimilis ſum alicujus. à Rad. יקי ceſſit, abſceſſit; divulſus fuit, laxatus, &c.

ΕΛΩ, capio, prehendo. (unde εἴλω, εἰλάω, &c.) à Rad. עלה ſcandit. Activè, evexit, extraxit, abſtulit, removit, &c.

ΕΡΓΩ, includo, arceo. à Rad. עָרַךְ ordinavit, diſpoſuit. Syn. Generis.

ΕΙΡΩ, necto. cognatum τῷ ἄρω. ex ארה conjunxit. Unde Arab. ארא gluten. deinde eſt dicere, eadem Metaph. quâ legere, eſt literas colligere, &c.

ΕΛΑΩ, abigo, expello, removeo. ex inuſitato הלא, removeo, repello. Mich. IV. in Niphal.

ΕΠΩ, tango, tracto, attrecto manu: ἅπτω: ex עפה, ex ſignif. Arab. poſuit, appoſuit, &c. 2. attrectans ſequor, proprie.

ΕΠΩ, dico, loquor, φάω, ſ ἐπιτ. à Rad. inuſitata פוה, à qua פה os. oratio.

ΕΡΑΩ, amo, ἐρασθαι, cupio. cognata ſunt ἐράω, ἔρω, ἄρω, eandemque agnoſcunt originem, ארא conjunxit.

ΕΡΕΙΔΩ, figo, defigo, imprimo, fulcio, &c. ירד, רוד, רדה, &c. ſubegit, ſubjecit, &c.

ΕΡΕΙΚΩ, frango, contundo, comminuo. à רק tenuis fuit: attenuavit, &c.

ΕΡΕΙΠΩ, everto, demolior, &c. à רעע levavit: ſuſtulit, transtulit.

ΕΡΕΣΣΩ, remigo, celeriter curro. à Rad. רוץ, cucurrit, velociter ivit.

ΕΡΕΦΩ, tego, impono. à רעע obtulit, repoſuit, &c.

ΕΡΠΩ, ſerpo, repo, humiliter incedo, per Metath. ex ῥέπω, quod à רפה lentus fuit.

ΕΡΡΩ, dolens, triſtis eo. ſ præfixo: eſt à Rad. רעע triſtis fuit.

ΕΡΧΩ, ὁμαι, eo, venio. ארח ivit, ambulavit.

ΕΤΔΩ, dormio. חוד Arab. inclino, Chald. עדא declinavit.

ΕΤΧΩ, ὁμαι, precor, opto: à Rad. אוח, cupiit, optavit. ה in ת mutato.

ΕΤΩ, aduro, &c. idem quod ἄνω, ejusdemque originis.

ΕΧΩ, habeo, poſſideo. à Rad. inuſitata אחה, unde אח conjunctus, propinquus, frater. itaque conjicio אחה ſignificâſſe Conjunxit, apprehendit, &c. Is vel qui aliquid tenet ſive poſſidet, id, quod habet, ſibi conjunxit ſeu apprehendit. Numquid ergo ab אחז cum quibusdam? quod & ipſum conjungendi, apprehendendi, & poſſidendi ſignificationem obtinet.

ΕΦΩ, obſoletum, pro quo ἕψω, coquo, elixo. à Rad. אפה coxit, pinſuit, &c.

ΕΩ, vel ἐμὶ, ſum, Act. ἵω, eſſe facio, conſiſtere facio, ſtatuo. à Rad. היה fuit.

ΕΩ, eo, vado. Syn. ſubeo veſtem: δύω, induo. Activæ ſignificat. ire facio, mitto: ἵω. è Rad. Syr. יעא vel יצא, ivit, exivit, prodiit, &c.

Z.

ΖΑΩ, vivo. à Rad. חיה ivit, ambulavit. Meton. Signi.

ΖΕΤΓΩ, ζάγνυμι (ζύγω) jungo. è Rad. צוק, adhæſit arctè, conjunctus fuit.

Digitized by Google

ΖΕΩ, fervéo. זהה, apud Rabb. adhuc reliqua, & exponitur calefecit.

ΖΙΩ, quæro. apud Etymologum & Heſychium: unde ζητῶ, ùt à πλέω inuſitato eſt πλήθω. Radix videtur communis cum Verbo ζάω. צוה ivit, vagatus eſt. Meton. deſtinati ad finem, pro fine ipſo.

ΖΟΩ, ζώννυμι, cingo. puto, à Rad. inuſitata זוה, unde זוית angulus; anguli domum circumdant, cingunt, &c.

H nullam Græcis Radicem conſtituit, ſtatimque vocem arguit derivatam. quippe & ipſa eſt litera compoſita ex ε gemello. Οὐ δὲ Η ἐχρώμεθα, inquit Plato in Cratylo, ἀλλὰ Ε τὸ παλαιόν. Itaque ἠγάμαι ab ἄγω deflectitur. ex ἔω ἤκω. ἠμύειν ex μύειν. ex ἔω, ἤθω. & ſi qua alia.

Θ.

ΘΑΛΛΩ, frondeo, pullulo, germina frondesque cumulatim emitto. à Rad. תלל, aggero, cumulo, accumulo, &c. Syn. Generis.

ΘΑΛΠΩ, foveo. à טלל, texit, obtexit: obumbravit.

ΘΑΠΤΩ, ſepelio. à Rad. Chald. & Syr. טפא, mortuus eſt. Meton. Anteced.

ΘΑΥΜΑΩ, obſol. θαυμάζω, miror. תמה miratus eſt.

ΘΕΑΩ, video. à Rad. תאה, definivit, deſignavit, terminavit: quod fit oculis objectum conſtituendo, quod it. σκοπὸς detur à σκέπτομαι.

ΘΕΛΓΩ, delineo, demulceo. Arab. שלה, linivit, illinivit. ה in ת quod ipſ. in Γ.

ΘΕΡΩ, incendo, uro, calefacio. à Rad. דור vel Chald. דָּר, ordino, ſtruo. דור, toſtio, pyra, rogus: focus.

ΘΕΩ, diſcurro, curro. à תעה erravit, divagatus eſt.

ΘΑΓΩ, obſol. θήγω, θίγω, tango. à נגע tetigit. נ & ת ejusdem organi literæ.

ΘΑΑΩ, conquaſſo, contundo, &c. à טול jactavit, projecit, abjecit, &c.

ΘΑΝΩ, θείνω, ferio. occido. θνήσκω, occidor; morior. à Rad. טען confodit, gladio occidit.

ΘΟΡΩ, ſalio. à תור, peragravit. Arab. movit: elevavit.

ΘΡΑΩ, ſedeo. תרה Arab. manſit, moratus eſt.

ΘΡΑΩ, θράυω, frango. à תרץ rumpo, disrumpo: frango.

ΘΕΩ, pono, θύω, affero ad aram, depono, dedico. תאה terminare. vel שוה poſuit. ש in ת.

I.

ΙΣΤΑΩ, & per ἀφαίρ. ςάω, ςῶ, ſto, ſtare facio, pono. à יצע poſuit.

ΙΛΑΩ, placo, propitio. it. propitius ſum. יעל, juvare, utilem eſſe, &c.

ΙΝΕΩ, inanio, evacuo. à Rad. Syr. יען eripuit. Hinc. Lat. Rad. *Inere*, obſoletum, à quo *Inanis*.

ΙΜΑΡΩ, obſoletum, ἱμείρω, Mallem ἱμέρω, delicias appeto, deſidero, &c. à Rad. ימר elatus fuit. delicatus fuit. Arab. ſtatuit, voluit, conſultavit.

ΙΠΩ, lædo. à Rad. Chald. & Syr. עפף vel עף, contundere.

K.

ΚΑΘΑΡΩ, καθαίρω, mundo, orno, purgo. à Rad. כתר cinxit, quod ſpecies eſt ornandi.

ΚΑΝΩ, κάινω, occido. à Rad. כנע proſternere, &c.

ΚΑΩ, κάυω, uro. à Rad. כוה aduſſit, incendit.

ΚΑΛΕΩ, voco. à Rad. קלא, apud Syr. uſit. vocavit. קול Hebr. vox.

ΚΑΛΥΠΤΩ, καλύπτω, operio, abſcondo, abſtrudo. à Rad. כלף impulit, intrudit, &c. ap. Arab. uſitata. ſed & olim apud Hebr. unde כֶּלֶפֶת malleus.

ΚΑΜΩ, obſol. pro quo κάμνω, fatigor, &c. à Rad. קמע Arab. ſubegit. fatigavit. I. Cor. 10, 27.

ΚΑΠΩ, obſol. poſt κάμπω, & κάμπτω tandem, flecto, curvo. à Rad. כפף vel כף flexit, curvavit. Ejusdem originis eſt κάπτω, voro, avidè voro, inhio, &c.

ΚΑΡΦΩ, arefacio, ſicco. à Rad. חרב aruit, &c. literæ cognatæ invicem mutantur.

ΚΕΩ, κεῖμαι jaceo. à Rad. inuſ. כאה, dejicere, deturbare, conſternare.

ΚΕΡΩ,

Digitized by Google

ΚΕΡΩ, κείρω, ſcindo, abſcindo, tondeo. à כרה concidit, &c.
ΚΕΛΛΩ, cello, moveo me, celeriter curro. à Rad. קלל velocem eſſe, &c.
ΚΡΑΩ, miſceo, obſol. unde κρᾶμα, κεράννυμι. à קרה, Pihel: conjunxit.
ΚΛΕΙΩ, claudo, à Rad. כלא clauſit.
ΚΡΑΖΩ, κράγω. clamo, à Rad. Chald. כרז proclamavit.

Λ.

ΛΗΘΩ, ſive λάθω, lateo à Rad. לאט ſive לוט obvolvit, latere fecit.
ΛΕΙΧΩ, lingo, à Rad. לכך linxit.

§. XXXI.

Sed ad orbitam è diverticulo. Sicut igitur dixi, Gomericam ſive Cimbricam h. e. Celticam atque Germanicam Linguam non eſſe ſobolem Græcæ, præſertim cum præterea Gomerici fuerint antiquiores & anteriores populi in Europa, quàm Græci. Quò enim remotius ab Armenia & Aſia ab initio ſiti fuerunt populi emigrantes, eò priores & antiquiores præſumendi, quàm qui propius Aſiæ, quemadmodum Javanes ſive Jones aut Græcorum primi: Ita viciſſim nec Græcam à Celtica aut Germanica auſim progreſſam aſſerere: multò minus Latinam; quod tamen Vir Cl. Joh. Ludov. Praſchius in *diſſert. de origine Germanica Latinæ Linguæ*, perſuadere contendit. Sed & Celticam & *Scythicam* non diſcernit; atque poſtulata illa de certis & ſingulis vocabulis quidem, neutiquam de tota lingua Latina concludunt. Sed hac de re ſatis.

§. XXXII.

De Linguæ Germanicæ fatis quædam dicenda. Etſi verò Otfridus in dedicatione ſeu Præfatione Voluminis Evangelici, de Linguæ patriæ horriditate & ineptitudine ad metricam Romanorum artem graviter conqueſtus eſt: ipſe tamen non tantum tentavit aliquid meliùs; ſed etiam alii plures poſt receptam Religionem Chriſtianam, excolendæ Linguæ Germanicæ ſtuduerunt; idque primò *Neceſſitas* poſtulavit, tum in Eccleſia, ut laicis & ignorantibus Latinam linguam religio eò meliùs inculcaretur. Synodus certe Turonenſis an. 513. præcepit Epiſcopis, *ut homilias quisque apertè transferre ſtudeat in ruſticam Romanam Linguam, aut Theutiſcam, quò facilius poſſint cuncti intelligere, quæ dicantur.* Sed & imò in Foro, ut Leges priſcæ ad Religionem Chriſtianam emendatæ, vulgi atque omnium notitiæ publicarentur. Erant enim antea Leges Celtarum, Saxonum, Francorum, Alemannorum, & aliorum, ſicuti & Sveonum in vernacula lingva compoſitæ, quas poſt correctionem & ſuperſtitioſorum eliminationem in Latinam eamque provincialem verterunt. Hæ deinceps emendatæ, extenſæ & translatæ ac confirmatæ ſunt, & adhuc in Codice Legum antiquarum nobis relictæ, vernaculis abolitis; niſi quod pauca veſtigia in Legis Salicæ veteri editione reliqua, de qua re aliàs.

§. XXXIII.

Speciatim neceſſitas ex parte Clericorum Teutonicorum id requiſivit, ut quorum multi Linguæ & literaturæ Latinæ fuerunt imperiti. Hinc neceſſariam exiſtimavit Kero translationem Regulæ S. Benedicti in vernaculam. Hinc aliæ Gloſſæ variæ, quas collegerunt Ælfricus, Freherus, Fr. Junius, aliique plures. Adjuvit hanc induſtriam prudentia & cura ſumma Caroli M. Imp. tum pro religione tum ſtatu ſeculari; unde Kapitularia Eccleſiaſtica & Secularia etiam in vernacula veteres habuerunt, atque extiterunt adhuc noſtrâ memoriâ in Bibliotheca Trevirenſis Monaſterii, ſed nihil dum expiſcari de iis potui, niſi fragmentum, quod Browerus in παραφράσει Annalium nobis conſervavit. Excitavit ſuo exemplo optimus Imperator alios viros doctos, Otfridum, Walafridum, Notkerum, &c. ita ut in Sacris non tantum particulatim ſingulares libri, ſed etiam univerſa SS. Biblia in vernaculam translata fuerint.

§. XXXIV.

At enim ingruente iſto ſeculo ἀδήλῳ, ignobili & obſcuro ſufflaminata fuit à Cle-

Digitized by Google

ro Italo imprimis excolitio Linguæ noſtræ; quum enim ejus eſſent imperiti, in Germaniam tamen, etiam invitis & querulantibus Statibus irreperent, non tantùm in Eccleſiis, ſed & Curiis Principum, ac Statuum; Statuta vernacula adhuc extantia in Latinam linguam erant transfundenda; quod contigit etiam priſcis Juris articulis Reip. Argentoratenſis, quanquam non ubique ſatis feliciter. Idem fatum expertum fuit Jus Saxonicum. Enimverò excitavit etiam in illiterato ſeculo iſto genius nationis Germanicæ, Poëtam & Hiſtoricum, anonymum, qui *de vita & geſtis B. Annonis*, Archi-Epiſcopi Colonienſis, ſcripſit, & à M. Opitio primùm editus, & noſtro Theſauro T. I. inſertus fuit: itemque alium qui hiſtoriam de Bello Hiſpanico Caroli M. carmine deſcripſit, quem T. II. noſtri Theſauri exhibuimus.

§. XXXV.

Redierunt feliciora Fridericis imperantibus tempora, quibus excultores Linguæ noſtræ & imprimis Poëtæ Germanici magno numero extiterunt, quos collegit MSS. Goldaſtus, & paſſim allegavit; liber iſte extat Pariſiis in Bibliotheca Regia, catalogum illorum Poëtarum hîc exhibeo:

Catalogus Autorum quorum poemata continentur Codice MSS. 7266to. Bibliothecæ Regiæ Pariſienſis.

Kayſer Henrich.
Kunig Chunrad der junge.
Kunig Tyro von Schotten.
und Fridebrand ſin Sun.
Kunig Wenzel von Beheim.
Herzog Henrich von Preſſela.
Margrave Otte von Brandenburg mit dem Pfile.
Märgrave Henrich von Miſſen.
Der Herzog von Anhalt.
Herzog Joban von Braband.
Grave Rudolff von Nuwenburg.
Grave Krafft von Toggenburg.
Grave Chunrad von Kilchberg.
Grave Friderich, von Liningen.
Grave Otte von Bottenlonbe.
Der Margrave von Hobenburg.
Her Heinrich von Veldig.
Her Gottfriet von Nifen.
Grave Albrecht von Heigerlove.
Grave Werner von Honberg.
Jacob von Warte.
Bruder Eberhard von Sax ein Bredier.
Her Walter von Chlingen, alio loco *von Klingen.*
Her Rudolf von Rotenburg.
Her Heinrich von Sax.
Her Heinrich von Trowenborg.
Der von Rurenberg.
Her Dietmar von Aſt.
Her von Ciers.
Her Werner von Tuſen.
Her Heinrich von Stretlingen.
Her Kriſtan von Hamlei.
Her Ulrich von Gutemburg.
Her Heinrich von der Mure.
Her Heinrich von Murungen.
Der Schenke von Limpurg.
Schenke Ulrich von Winterſtetten.
Her Reimar der Alte.
Her Burkart von Hobenvels.
H. Heſſe von Rinach.
Der Burgrave von Liinz.
H. Friderich von Huſen.
Der Burgrave von Rietenburg.
H. Milon von Sevelingen.
H. Heinrich von Ruggen.
H. Walter von der Vogelweide.
H. Hiltbolt von Swanegoy.
H. Wolffram von Eſchelbach:
Von Singenborch Trubſetze ze Sant Gallen.
Der von Saxendorff.
Wahsmut von Kunzingen.
H. Willehelm von Heinzenborch.
H. Lutolt von Seven.
H. Walter von Mez.
H. Rubin.
H. Geruge von Hoebeim.
Der von Johansdorff.
Endilhart von Mulhuſen.
H. Hartman von Owe.
H. Reimar von Brennenberg.
H. Joban von Bingenberg.
Der von Wildonie.
Albrecht der Marchſchall von Raprechtswyle.
H. Otte vom Thurne.
H. Gösli (alio loco Gösh) *von Ebenbein.*

Von

Digitized by Google

Von Sunegge.
Von Scharffenborg.
H. Chunrad der Schenke von Landegge.
Von Winsbeke.
D. von Winsbekin.
Klinsore von Ungerlant.
Kristan von Luppin ein Düring.
H. Heinrich Hezbolt von Wissensê.
H. Ulrich von Liechtenstein.
Der Düring.
Winli.
Von Munegne.
Von Rante.
H. Chunrad von Altstetten.
H. Brune von Horenberg.
H. Hug von Weebenwag.
Der Puller.
Von Trostborg.
Hartmann von Starkenborg.
Von Stadegge.
H. Brunwart von Oegbein.
Von Stambein.
H. Böli (alio loco Boni) *der Tanhuser.*
H. Nithart.
Von Buchhein.
Meister Heinrich Teschler.
Der Hardegger.
Rost Kilcherer von Sarne.
Von Wissenlô.
Der Schulmeister von Eslingen.
Meister Walter von Prisach.
Von Weegen.
Her Pfeffel.
Der Taler.
Der tugenthaffte Schreiber.
Steimar.
Her Alram von Bresten.
Her Reimar der Videller.
Her Hawart.
Her Gunther in dem Vorste.
Her Friderich der Knebt.
Der Burgrave von Regenspurg.
Her Nunu.
Her Beltar.
Her Dietmar der Setzer.
Her Reimer von Zweeter.
Der junge Missener.
Von Obernburg.
Der alte Missener.
Bruder Wernher.
Der Marner.
Suskent von Trimperg, ein Jude.
Von Hurvenburg.
Heinrich von Tettingen.
Her Rudolf der Schreiber.
Meister Gotfriet von Strasburg.
Meister Johan Hadelôb.
Meister Chunrad von VViirzburg.
Meister Friderich von Sunenburg.
Meister Sigeher.
Der wilde Alexander.
Meister Kumslant.
Meister Spee-vogel.
Boppe.
Der Libtschower.
Der Canzler.
Der Gast.
Der Kriger, &c.

§. XXXVI.

Præclaram operam Impp. Fridericus II. & Rudolphus I. contribuerunt Patriæ, quod, quum hactenus Clerici Jurisperiti & Amanuenses publici in foroomnia Latinè conscriberent, istud prohibuerint & linguâ vernaculâ protocolla, regiſtraturas & omnia instrumenta, contractus atque negotia forensia, confici sanciverint. A quo tempore etiam Recessus Imperii in vernaculo conscribi atque publicari iterum cœperunt: Quanquam Juris Romani, quæ pedetentim facta, receptio & Processus Canonistarum vocabula & formulas Latinas Procuratoribus pertinaciter immiscuerit. De Recessu Friderici II. in Comitiis Moguntinis hac de re publicato, testatur Gotfridus Monachus ad S. Pantaleonem, in Annalibus à Frehero editis ad A. 1236. *Curia celeberrima in Assumtione B. Mariæ apud Maguntiam indicitur, ubi ferè omnibus Principibus Regni Teutonici convenientibus Pax juratur, vetera jura stabiliuntur, nova statuuntur, & TEVTONICO SERMONE in membrana scripta, omnibus publicantur.* De ejus successore, Rudolpho I. Crusius *Annal. Suev. L. III. P. III. c. 1.* scribit: *de hoc negotio sic lego; Rudolphum jussisse, ne amplius literas contractuum Notarii Latinè scriberent, sed Germanicè. Multos enim simpliciores plebis antea Latinâ scriptione deceptos fuisse.* Conf. Lehman. *Chron. Spir. L. II. c. 45. Lib. IV. c. 21. Lib. V. c. 107.* qui ultimo loco refert, extare hunc Recessum hodie typis editum hoc tit. *Kaiser Friderichs des II. Recht. gesezt und bestätigt 1) mit der Fursten Rhate, und 2) mit anderen grossen Herrn, und 3) VVeisen: Zu dem grossen Hove zu Mauganze. Und geschahe nach unsers Herrn Christi gepurt 1236. Jare, zu S. Marien, im dritten Augusti.*

§. XXXVII.

Maximam ſibi hac in re gloriam Imp. Maximilianus I. acquiſivit. Beatus Rhenan. *L. II. Rer. Germ. cap. Franci Germanica ſunt uſi lingua*, refert: *Solebat Maximilianus Cæſar propoſitâ mercede ſuos provocare ad quærenda vel diplomata quæ ante quingentos eſſent annos conſcripta, — Itaque ſi quis monſtraſſet duntaxat talem codicem, non indonatus abiiſſet, nam Princeps fuit liberaliſſimus.* Jo. Cuſpinianus præfat. vitæ hujus Imperatoris: *Scripſit Maximilianus Cæſar patriâ linguâ, eâdem manu, qua enſem tractavit, res proprias, Julium Cæſarem imitatus, opere quodam inſigni, cui titulum fecit, Albus Rex. quod extat; quo omnia ejus bella graphicè deſcribuntur: ſed nondum editum eſt, quia imperfectum.* Et in Vita ipſa: *Animum dehinc ad ſcribendum, ſed patriâ linguâ, adjecit. Et licet palàm (quia malè in pueritia inſtitutus) Poëticam adſpernaretur, ad Poëticam tamen natus, poëticè opus de diverſis ſuis periculis edidit, cui gentili lingua* THEWRDANCK *indidit. Fingens Invidiam & Curioſitatem, quaſi perſonas quasdam Comicas, quas ratione & Prudentiâ ſuâ vitaverit, viceritque ac proſtraverit, ut olim Hercules, qui relictâ voluptate, laborem ſecutus eſt per ſaxa per ignes. Pulchrumque opus confinxit: quod PORTAM HONORIS appellavit, à Stabio viro erudito erudite concinnatum & picturis venuſtatum. Qua re effecit, ut docti omnes noſtræ Germaniæ undique abditas eruerent hiſtorias, omnes ſchedas perluſtrarent, & quæ diu avos noſtros latebant, prodirent in lucem. — Peutingerus Auguſtenſium Archigrammateus, vir haud indiligens & antiquitatis ſtudioſus, omni ſtudio curavit, vetuſtiſſima Chronica evolvere, & quod mentem Cæſaris plurimum afficerent, congerere & Principi offerre*, &c.

§. XXXVIII.

Renato itaque Orbe literario in Europa, ſurrexerunt turmatim quaſi, qui SS. Bibliis aliisque Scriptoribus Græcis ac Latinis in Germanicam linguam translatis ac noviter ſcriptis, majorem & ſplendidiorem cultum eidem concinnarent: ſed & veteribus Germanorum ſcriptorum monumentis in lucem publicam edendis, explicandisque egregiam operam darent. Verùm halcyonia hæc ſuperioris ſeculi bello tricennali valdè turbata in Germania, inductis intruſisve peregrinis vocabulis, qua de re conqueſtus Autor anonymus *der Teutſchen Sprache Ehrenkranz.* Interea in Anglia, Belgio & Septentrione *Lambardus, VVhelocus, Speelmannus, Th. Mareſchallus, Fr. Junius*, aliique Viri illuſtres occupati fuere oſtendere quàm cognata ſint Gothorum, Cimbrorum, Anglo-Saxonum & Francorum atque Alemannorum idiomata, & mutuò ſibi lucem afferre, quotieſcumque unum eorum deſtituunt monumenta è quibus aliquid comprobetur, ut egregiè monuit laudatus Junius in Gloſſario Gothico pag. 66.

§. XXXIX.

Contra in Germania auſus apparuit quarundum Societatum, diverſa tamen ratione ac intentione, quam informare debebat A. Gellius Lib. XI. N. A. c. 7. qui ait: *Verbis uti aut nimis obſoletis exculcatisque aut inſolentibus novitatisque duræ & illepidæ, par eſſe delictum videtur; ſed moleſtius equidem culpatiusque eſſe arbitror, verba nova, incognita, inaudita dicere, quàm invulgata & ſordentia. Nova autem videri dico etiam ea, quæ ſunt inuſitata, & deſita tametſi ſint vetuſta.* Ita medicaſtri ineptis pharmacis brevem hominis vitam, breviorem reddunt. Vocabula etſi peregrinæ originis, jure tamen civitatis Germanicæ donata, non ſunt eliminanda, ùt *Fenſter, Kloſter*, &c. & incognita ac inaudita ſubſtituere, *Tagleuchter, Jungfer-Zwinger*, &c. Vocabula autem extranea ſemper fuiſſe recepta, ex Otfrido & Anonymo de Bello Caroli M. Hiſpanico ſatis apparet.

XL.

Feliciores progreſſus ſpondet Patriæ Collegium Imperiale Antiquitatum Germanicarum tuendarum. Quod ex animo apprecor, & Reip. ob id gratulor: ſed magis fortè rerum, quàm vocabulorum erit curatio. Noſtrum verò inſtitutum fuit, exhibere Gloſſarium linguæ Francicæ & Alemannicæ. Non Etymologicum: non quod hoc ſtudium contemnam, nam ſæpe etiam in etyma vocum hîc inquirendum, ſed tum demum

Digitized by Google

dernum ac potiſſimum, quoties vocabulum occurrit πολύσημον, & primæva ac propria ſignificatio inquirenda eſt. Cæteroquin ſive Cura hæc ſive curioſitas Etymologica à CL. V. Fr. Junio fuit occupata, ut antea dictum. Noſtra verò intentio eſt, explicare veterum vocabula Germanica, tum in Sacris adhibita, tum in foro & communi converſatione. Id quod & in Theologia & Jurisprudentia utilitatem magnam præſtare valet, atque ad rerum ipſarum morumque obſervationem & penetrationem, ſed & ſinceram ſingulorum Patriæ Amatorum delectationem conducit. Itaque trita hodie & obvia regulariter ad Lexicographos & Dictionaria pertinent; ſed nec exſcribenda venerunt Lexica Runicum, Anglo-Saxonicum, Gothicum; verum quæ iſtorum idiomatum vocabula ad illuſtrandos ſcriptores Francos & Alemannos & horum vocabula evolvenda, imprimis faciunt, conferenda fuerunt. Quandoque & conjecturis locus dandus in ſignificatione adſignanda: imò interdum, ſed rarò ob extremam obſcuritatem vocabula ſine interpretatione relinquenda fuere felicioribus ingeniis.

§. XLI.

Si otium & tempus abundantius DOMINVS ſuppeditaſſet, potuiſſent his lucubrationibus etiam obſervationes Grammaticæ veteris linguæ noſtræ conſcribi, & quomodo in artem iterum redigi poſſint, deperditis Caroli M. hac in parte curis: ante quem Keronis reliquiæ plura ſuppeditant eam in rem, V. G. ſicuti Romani itemque Græci ita Germani quoque aut Celtæ inflexerunt voces & verba certis terminationibus variaque pro Caſuum ac Numerorum Grammaticorum diverſitate. Mericus Caſaubonus de Lingua Anglica veteri p. 196. ſibi incompertum eſſe ait, veteres Angli an plures declinationum formas habuerint: atque adfert ex Ælfrico uſitatam tunc unam per omnes quinque Latinarum declinationum ordines. Sed iſtud quidem parum ad rhombum. Si veteres habuerunt tria Nominum Genera, maſculinum, fœmininum & horum neutrum; Sine dubio tot etiam Declinationes habuerunt. In Verborum Conjugationibus, Veteres etiam Terminationes utriusque Numeri variarunt; ut *Bim*, *Pim*, ſum: *Birum*, ſumus: *Pirumes*, erimus, *Birunt*, eſtis, de quo in Gloſſ. ipſo v. *Bir.* ſed talem concinnationem Grammaticæ veteris Francicæ & Alemannicæ alteri lubens meritoque relinquam, qui præſertim ductu atque auſpicio Cl. Hickeſii, Eccleſiæ Anglicanæ Presbyteri, in ejus inſtitutionibus Grammaticis Anglo-Saxonicis & Gothicis ipſi validam opem feret.

§. XLII.

Nunc opinor inſtituto noſtro aliquo modo ſatisfecimus, & imprimis iis, quæ Viri Docti cum Carolo Du Fresne Domino du Cange, Chriſtianiſſimo Regi à Conſiliis, & Franciæ apud Ambianos Quæſtore, *Præfat. ad Gloſſar. Med. Latin. §. XXIII.* deſiderant. Verba ipſa merentur adſcribi: *Enimverò quod ego de Gallica Gallus, Germanus de Germanica, Anglus, ſi non de Anglica, ſaltem de Anglo-Saxonica idem judicium feret, cum in Latino-Barbaram linguam multa irrepſerint ab utrâque deducta vocabula, ut non defuerint, a) qui ſatius eſſe exiſtimarent*, edi Gloſſaria ab unoquoque Gentis „ ſuæ Scriptore, *quia is facilius certiusque, quid è ſuæ Nationis genio proficiſcatur, perſpiciet: & cum varii ſic variè operam partientur, ſolum ſuperfuturum „ ut aliquis poſtea exſurgat, qui pulchrè adeò priorum adjutus laboribus, hunc judicio bono ſuperaddat, ut ex iis condat opus plenum juſtumque, vel ejusmodi ſaltem quod „ à perfectione proximè abeſſe videatur, cum nemo verè ſit qui unum ſe perficere hoc omne „ poſſe ſperet. Et ſane non diſſimulem optandum eſſe ut in ſingulis Nationibus prodeant Viri docti, qui linguæ ſuæ idiomata, vim eorum, Notionem, Origines, ſed & defuetas & pridem obſoletas voces ad amuſſim inveſtigent, explicentque: cum in enodandis illuſtrandisque ætatis mediæ Scriptoribus non mediocris inde lux affulſura ſit. Et quanquam id utcunque præſtiterê qui ſingularum Linguarum ediderê vocabularia, non eâ tamen, quâ par erat, diligentiâ in id incubuerê argumenti, ut ex iis ſuppetat, unde, quæ tot ſubinde enaſcuntur ejusmodi Auctores legentibus, difficultates facilè ſolvantur. Tria enim perſequuntur ferè ſemper, & quæ in uſu ſunt, quæ extra uſum omittunt, nudos vocum ſignificatus, non origines proferunt, fortè quia iis ignotæ. Nam ut in eas inquiratur, eruditione, literatura, & lectione plurimâ opus eſt, quibus plerumque carent, qui huic operæ ſtudia ſua curasque conferunt.*

a) Voſſius in Præf. ad Lib. de Vitiis ſermon.

Digitized by Google



Præfatio Editoris.

PRolixe ſatis præfatus quidem eſt ipſemet Exellentiſſimus hujus Gloſſarii Auctor, nondum tamen finis dicendorum adeſt, quum enim poſt fata demum Viri ſummi fœtus emittatur in publicum, obſtetricantibus aliis; docendum omnino eſt, quid hac in re præſtitum ſit; id quod ex hac Præfatione patebit. Nimirum prima eaque ſollicita cura fuit, ut quicquid Schilterus in ſuum Gloſſarium congeſſit, fide optima exhiberetur, altera cura ſucceſſit, ut ea quoque adderentur, quæ ipſummet auctorem addidiſſe credibile eſt, ſi quidem obtinere illa potuiſſet. Non ille nudam ſolum vocabulorum copiam eorumque ſignificationem proferre voluit, ſed ubique ex auctoribus exempla ſeu phraſes addere, aut fontes ê quibus ſua hauſerit indicare ſtuduit. *Keronis* (qui nomen ſortitus eſt â *Keron*, cupere, deſiderare, adeoque quaſi *Deſiderius* eſt. vid. Gloſſ. p. 355.) Gloſſæ dudum celebratæ utramque paginam faciunt, & fere inter primos Kero eſt, quem in agmen producit: Non poterat vero non Goldaſtum ſequi, cui unice Keronis Gloſſæ debebantur. Nunc vero, quum in noſtro Theſauro integer Kero, quantum ejus ſupereſt, prodierit, atque ex eo manifeſtum ſit, non ſemel Goldaſtum vitioſam pro vera Gloſſam proferre, id egimus, ut primum index vocum ac phraſium Keronianarum conficeretur, quem Vir Clariſſimus M. IOH. STENGELIUS, Miniſterii Candidatus digniſſimus, magna & ſolerti cura compoſuit, cujus ope ſingulis vocibus ac phraſibus ê Kerone ab auctore & Goldaſto productis caput annotavimus, multa quoque ab auctore prætermiſſa addidimus: ubi vitioſa Goldaſtus & autor ab eo deceptus exhibuit, iſtud vel notavimus, vel veram lectionem clavibus incluſam adjecimus, vel genuinam vocem corruptæ loco poſuimus. Superſunt quidem paucula quibus caput annotatum non eſt, ea vero fruſtra in Kerone quæſivimus, aut oculos noſtros fugerunt, qui, ſi quis eſt, defectus abunde, ut puto, compenſatur, tot vocum & phraſium aliarum additione. *Willeramus* porro inter eos eſt è quo quamplures locos producit auctor; non autem alia editio ipſo vivente extabat, quam quæ *Paulo Merulæ* debetur, ea vero quum plurimum abeat â vera Willerami lectione, quæ in noſtrum Theſaurum relata eſt, cura nobis fuit, ut lectionem genuinam ei quam auctor ê Merulana editione profert ſuperadderemus, atque paginæ illius ab auctore notatæ noſtræ editionis jungeremus, lit. *n.* vel *n. e.* noſtræ editionis indice, præmiſſa. *Fragmentum de Bello Hiſpanico Caroli M.* itidem Theſauri noſtri non minima parte, ſæpiſſime quoque allegavit

Digitized by Google

legavit noſter: hic vero diffitendum non eſt, inſignem in numero verſuum comparere errorem, imprimis cum poſt verſum 2099. numerus 2200. ſequatur, quod vitium ad finem uſque Fragmenti continuatur, non ſane typographi culpa, ſed quum deſcriptoris errore irrepſerit, & deprehenſum ſit, Excellentiſſimum Scherzium in Notis ſuis corruptum huncce numerum eſſe ſecutum, ſatius eſſe judicatum eſt, eundem retinere, quam lectorem, notas eruditiſſimas conſulentem, turbare. Ne vero in uſu Gloſſarii hujus fraudi iſte numerus ſit, conſultum fuit, itidem locis ex eo allegatis eum quem noſtra refert editio numerum apponere. Otfridus aliique Scriptores in utroque Theſauri noſtri Tomo comparentes quantum Excellentiſſimo, nec unquam ſine honoris præfamine nominando, JOH. GEORG. SCHERZIO, JCto Argentoratenſi famigeratiſſimo, debeant, nemo eſt qui ignoret, qui non applaudat, & orbi erudito eapropter gratuletur, quoties ille textum é MSCtis ſummo ſtudio collatis feliciſſime emendavit? quoties verſionem Schilteri dilucidiorem ac meliorem reddidit? quoties de verbis ac phraſibus eruditiſſimas obſervationes adjecit? hiſce cimeliis lectorem fraudare videremur, ni ea, imprimis ad loca â Schiltero allegata, hic quoque inſererèmus: potuiſſemus quidem nuda citatione ad ipſas Scherzii Notas lectorem remittere, quo tamen faſtidium evolutionis tam crebræ levaremus, maluimus potiſſima hic quoque ſuis locis exhibere. Quam ſolida porro ſint quamque egregia quæ JOH. PHIL. PALTHENIUS ad Tatianum, Iſidorum Hiſp. & Colloquii Samaritani cum Chriſto Fragmentum, junctim â ſe editis, notaverit, dudum eſt ab eruditis magno cum applauſu obſervatum, cum vero de verbis & phraſibus in hoc Gloſſario allegatis aut huc pertinentibus unice iſtæ annotationes agant, Palthenius inſuper intimus Schilteri amicus fuerit, injuriam, ut puto, feciſſemus utrique, ni utriusque laborem hic junxiſſemus, iis porro feciſſemus ſatis, qui Notas illas textui auctorum modo nominatorum in Theſauro Noſtro ſubjunctas haud eſſe conqueruntur, hic enim tanquam in propria ſede nunc locum habent, omiſimus tamen conſulto ea, quæ Palthenius quidem obſervavit, ſed ipſe Schilterus jam animadverterat & Gloſſario inſeruerat.

Dubium porro nobis haud eſt, quin grato fuiſſet animo uſus Auctor noſter labore Celeberrimi BERN. PEZII, ſi tamdiu fuiſſet ſuperſtes, Theſauro quippe ſuo Anecdotorum Auguſtæ Vindel. 1721. publicato, & quidem ejusdem primo Tomo, inſeruit ille *Gloſſarium Theodiſcum in S. Biblia*, quod excipiunt, *Miſcellanea Theodiſca*. Refert Vir Doctiſſimus in Diſſertatione Iſagogica primo Tomo præmiſſa, Gloſſarium illud Theodiſcum ex Codice octingentorum annorum Monaſterii Monſeenſis prodire; é titulo hujus Gloſſarii, qui ita ſe habet; *Incipiunt Gloſſæ ſuper Vetus & Novum Teſtamentum breviter excerptæ, ſingulariter de difficillimis verbis;* colligit, provocari eodem ad aliud opus paulo amplius ac diffuſius, forte Rabani. Quamvis autem haud negaverim, quod ad amplius Gloſſarum opus provocetur, ad Rabani tamen Gloſſarium reſpici, illius genuina deſcriptio, paulo poſt ſuppeditanda, haud permittit. Miſcellanea Theodiſca in duas partes diſpeſcuntur, quarum prior exhibet: *Gloſſas Theodiſcas in diverſorum Conciliorum Canones, Decreta Rom. Pontificum, quædam Gregorii M. Opera, Lectionaria, Vitas Patrum & Phocam Grammaticum.* Pars hæc ex eodem Codice Monſeenſi, eadem qua Gloſſarium manu exarata, publicatur, unde extra dubium Doctiſſimo editori eſt, ab uno eodemque auctore utrumque opus eſſe profectum. Altera Miſcellaneorum pars complectitur Anonymi *Gloſſas Theodiſcas in Canones Apoſtolorum & Conciliorum, Paſſiones Sanctorum & Hieronymum ſuper Matthæum, vocabula item arborum, olerum & beſtiarum*, quæ ex Codice, undecimo ſeculo haud recentiori, Emmerammenſi extracta eſt. Agmen denique claudunt: *Theodiſca diverſarum Provinciarum & urbium nomina*, rudiſſime conſignata, in Codice Carolini ævi Monaſterii Weſſofontani conſervata. In Imperiali quidem Cœnobio S. Udalrici & Afræ conſpexit idem Pezius Codicem inſignem oblongum in 8. octingentorum annorum, in quo *Gloſſarium in Biblia Sacra Latino-Theodiſcum*, tum ab eo quod in Theſ. Anecdot. publicatum, tum â Rabaniano diverſum, quod una ediditſet, ſi Codex Bibliothecario loci ſtatim in oculos incurriſſet. In Monaſterio Tegernſeenſi extat, eodem indice, codex membranaceus in 12. ſignatus num. 1015. *Gloſſas Theodiſcas in Veterum Conciliorum Canones* complectens, qui minimum nongentorum eſſe videtur

Digitized by Google

annorum; nec non alius mille annorum, in folio, quo cura Paſtoralis S. Gregorii continetur. Ejusdemmodi porro *Gloſſas Theodiſcas in idem opus Gregorii* ſe, in codice octingentorum annorum in Bibliotheca Florianenſi, conſpexiſſe: Monaſterium inſuper Emmerammenſe, præter jam laudata, volumen membranaceum in 4. ſexcentorum annorum *Gloſſulis Theotiſcis interlinearibus* paſſim reſperſum habere, teſtatur idem. Haſce à Pezio vulgatas Gloſſas in noſtro Gloſſario ſi omiſiſſemus, dica nobis fuiſſet ſcripta, ceterum cum Latino-Theotiſcæ ſint, Theotiſco-Latinas easdem fecit, & in Alphabeticum ordinem, labore & induſtria inſigni, diſpoſuit Clariſſimus Vir, CHRISTOPHORUS OTTO, Miniſterii Candidatus digniſſimus, nos vero haſce gloſſas, magnam lucem haud raro afferentes, ad unam omnes, ſuis locis inſeruimus, notata ubivis Theſ. Pez. pagina, qua ſingulæ exhibentur & repetuntur, & quidem ſub *Gloſſarum Monſeenſium* nomine, quum potiſſima illarum pars Monaſterio Monſeenſi debeatur. Nimirum â p. 319. ad 370. Gloſſarium in Bibliâ exhibetur, â p. 371. ad p. 400. Miſcellaneorum Theod. prima pars; â p. vero 401. ad p. 414. altera pars Miſcellaneorum, & denique p. 417. Nomina Provinciarum ac Urbium. Hoc ſi Lector, etiam ſcrupuloſus, obſervaverit, ê numero paginarum cuilibet Gloſſæ adnotato, facillime colliget, ê quo Codice ſingulæ ſint deſumtæ. Potuiſſemus ſane, & fortaſſe debuiſſemus, nomen Pezianarum Gloſſarum eisdem imponere, ceu Lipſianæ Gloſſæ ab editore nomen ſortitæ ſunt: verum quum ab aliis jam Gloſſarum Monſeenſium nomen adhibitum vidiſſemus, retinere illud placuit. Lux hiſce Gloſſis potuiſſet affundi, ſi, uti ſecundum ſeriem Librorum Biblicorum, nec non, qua Miſcellanea, ſub certis titulis Conciliorum, Decretorum, Canonum &c. editæ ſunt, ita quoque capita Librorum Biblicorum, ad quæ ſcil. ſingulæ Gloſſæ referendæ, numeri quoque Canonum, & Decretorum ſpecialior deſcriptio fuiſſet addita, ita enim non raro menda tolli, ac de verborum ſignificationibus rectius ſtatui potuiſſet, periculum hac in re fecimus, ut Lector in vocibus *Arapeiti*, pag. 56. *Arame*, brachium. p. 57. *Bann.* p. 81. *Giſalpot.* p. 379. *Haſneta.* p. 436. &c. deprehendet, verum Codices haud dubie iſtam indicationem non ſubminiſtrarunt: nos interim quæ nonnunquam aut corrigenda aut emendanda monuimus, vel parentheſibus cinximus, vel poſt paginam loci adducti adjecimus. Majus ex hiſce Gloſſis commodum obtineri poterit quam *ê Rabani Mauri Gloſſario. Specimen* hujus *Gloſſarii Rabaniani Latino-Theotiſci* publicavit, & notis eruditiſſimis illuſtravit, Magnus Theologus, D. JOHANNES DIECMANNVS, prodiit illud eodem quo Pezianus Theſaurus anno 1721. Bremæ in 4. in cujus Præfatione laudatus Theologus ita de Rhabani Gloſſario, tam anxie â multis hactenus expetito, egit, ut ſolidius hucusque nemo illud deſcripſerit, en ejus verba. *Quod ad Rhabani Gloſſarium attinet, vel hæ voces quas inde paſſim excerpſi, documento eſſe poſſunt, non eam iſtius faciem eſſe, quam Lambecius nobis primum in* ἐπιγραφῇ *perquam ſpecioſa oſtentavit. Illi enim Comm. de Biblioth. Vindob. II. 415. & Catal. Libror. â ſe ed. p. 47. ed. Vindob. (in nova Hamb. eſt p. 20.)* Gloſſarium Latino Theotiſcum in tota Biblia V. & N. T. *inſcribitur: quod bona fide ejus in cura Biblioth. Cæſareæ ſucceſſor, Daniel â Neſſel, Sciagraph. magni corp. hiſt. MS. Cæſar. ined. p. 16. ſecutus eſt: uterque pollicitationi de hoc Gloſſario edendo immortuus. Sed plane aliud utrumque penitior operis, quod ob oculos habebant, inſpectio docere & poterat, & debebat. Eſt, fateor, Latino-Theotiſcum, ſed non totum, plus enim quam tertia ſui parte mere latinum eſt, hoc eſt, voces latinas latine, non Theotiſce, interpretatur. In illo quoque voces ex V. & N. T. deſumtæ reperiuntur, ſed illæ, tantum abeſt ut ad tota Biblia pertineant, ut minimam tantum eorum partem attingant. Cum enim Rabanus non alia, quam Vulgata Latina Bibliorum verſione uteretur, ejus Concordantias, quas vocant, conſulenti mihi ferme mille & quadringentæ voces hujus Gloſſarii ſe obtulerunt, quæ in Vulgata vel plane non, vel non ea quam Gloſſarium exhibet, terminatione occurrunt. Illarum multas etiam Virgilio deberi, ex Erythræi & Ruæi Indicibus Virgilii deprehendi. Aliæ ex aliis Scriptoribus Eccleſiaſticis & profanis huc confluxerunt. Quo igitur jure Lambecius & Neſſelius Gloſſarium Latino-Theotiſcum in tota Biblia V. & N. T. appellaverint, videre nequeo. Niſi plane fallor, iſtud utrique impoſuit, quod primas hujus Gloſſarii voces, pro totius operis titulo acceperunt, qui inſuper ab illis, ut magis ſplendeſceret, liberali augmento vocis* tota *amplificatus eſt. Ego vero, ut quid mihi de hoc*

Gloſ-

Digitized by Google

Gloſſario videatur, libere dicam, in juniorum Monachorum, aliorumque diſcipulorum Fuldenſium, uſum, Rabanum voces latinas hujus vel iſtius Libri Biblici, tum Theotiſce, tum latine expoſuiſſe, eamque expoſitionem ab illis ex prælegentis, aut dictantis, ore calamo eſſe exceptam, haud temere negaverim: quomodo etiam Walafridus Strabus ab eodem Rabano, magiſtro ſuo, Gloſſas Latino-Barbaricas de partibus humani corporis, â Goldaſto ex MSC. Rerum Alem. II. 64. 65. primum emiſſas, deinde Rabani Oper. VI. 331. 332. â Colvenerio inſertas, ſe accepiſſe refert. Sed uti Rabanum ipſum Gloſſarium aliquod Biblicum ſcripſiſſe nemo veterum teſtatus eſt; ita tantum abeſt ut hoc MSCtum ea, qua hodie proſtat, forma Rabano auctori dare queam, ut id illo mihi plane indignum, & mera potius rhapſodia eſſe videatur, ex Rabani Latino-Theotiſcis, quales modo deſcripſi, ejusdem item & aliorum latinis Gloſſis, interrupto literarum alphabeti, cujus ceteroquin ſervari cœpti indicia clariſſima ſunt, ordine, tumultuarie & admodum oſcitanter conſarcinata. Oſcitantiam compilatoris ut accuſem, otioſa, & iisdem plane verbis paſſim obvia repetitio plus quam centum vocum facit, ut non pauciores, æquipollentibus verbis expreſſas, prætermittam. Imo ſunt inter illa vocabula, quæ ter appoſita videas, ut Aër, Luft. *n. 250. 1141. 1228.* Buccula, umbo, Rantpauc. *n. 94. 457. 2627.* Eventus, Uurt, *vel* Kapariunga. *n. 578. 1220. 1334.* Inceſtum, farhaltani. *n. 775. 1605. 1768.* Strepitus, clamor. *n. 688. 1286. 2479. Quæ omnia in Gloſſario non adeo amplo, ab uno auctore profecta eſſe, nemo ſibi facile perſuaſerit. Qui vero etiam hujusmodi inutiles coccyſmos â Rabani manu eſſe velit, eundem ſimul incurioſum nimis & negligentem, ſuæque exiſtimationis, quam ex literarum ſtudiis ſibi compararverat, nimis prodigum fuiſſe, ſtatuat neceſſe eſt. Hujus Gloſſarii, â Lambecio primum ante quinque & quinquaginta annos in arce Ambraſiana apud Oenipontem, cum aliis MSC. Codicibus, reperti, & inde in Auguſtam Bibliothecam Vindobonenſem translati, duo apographa nactus ſum. Alterum eorum Viri Conſultiſſimi Gerhardi von Maſtricht, fuit, cujus illuſtre eſt nomen in republica litteraria, Viennæ, cum illic nomine publico aliquamdiu commoraretur, tum ab ipſo, tum ab amanuenſi, ex authentico deſcriptum. Alterum viri, cum latinarum & græcarum, tum Germanicarum quoque antiquitatum, peritiſſimi, Joh. Henrici Eggelingii, Reipublicæ Bremenſi â Secretis, ab affine ſuo, quem modo dicebam, Neſſelio, cum authentico, quod illum ſæpius mihi commemoraſſe adhuc recordor, collatum. Uterque in ſuis exemplaribus, cum B. Stadenio noſtro & mecum communicandis, promtiſſimus fuit, & ut nova inde nobis apographa paratemus, facile conceſſit.* Hucusque Diecmannus, qui, utpote vir ſtupendæ lectionis ac eruditionis, in commentario ſuo vocibus ê Rabani Gloſſario ſelectis addito, plurima profert, & Latinam & Theotiſcam linguam mire illuſtrantia, quapropter iſta, ornamentum Gloſſario noſtro allatura, pariter inſerenda cenſuimus, ex iis tamen quæ ad Latina vocabula illuſtranda pertinent, ea tantum ſelegimus, quæ facem neceſſariam latinis vocabulis Rabanianis accendunt. Uſus fuerat in concinnando hoc opere Diecmannus celebratiſſimi DIETERICI â STADE adjutrice manu, quam non ſemel prædicat, quem harum rerum callentiſſimum fuiſſe eruditis notiſſimum eſt, publicaque quæ proſtant ejus monumenta docent, ut *Specimen Lectionum antiquarum Francicarum*, Stadæ. 1708. in 4. nec non *Expoſitio vocum Germanicarum in Lutheri verſione Bibliorum occurrentium*, Bremæ 1724. ſecunda vice in 8. lingua vernacula editum, in quo ſcripto vocabula bene multa veteris linguæ Theotiſcæ, multo cum eruditionis apparatu exponit, exteris igitur ingratum haud erit, aliqua exinde excerpta, & in noſtrum Gloſſarium translata vidiſſe. THOMAM REINESIUM ſummæ eruditionis virum fuiſſe, apud omnes in confeſſo eſt. Ille vero in hoc quoque ſtudiorum genere ſe exercuit, atque *Vocabularium Theotiſcum* ex Otfrido, Rhythmo de S. Annone, Libro qui *Heldenbuch* inſcribitur, aliisque documentis collegit, quod MSC. poſſidet Excellentiſſimus CHRISTIANUS SIMONIUS, ê cujus Muſæo totus hic Schilteri Theſaurus prodit, communicavit ille nobiſcum pro ſua inſigni benevolentia illud, unde ea quæ Schilterus nondum in Gloſſario ſuo notaverat excerpſimus, atque ſuis locis inſeruimus. Appendicis loco porro ſubjunximus *Gloſſas â M. Zuer. Boxhornio publicatas.* Duplex ille Gloſſarium Latino-Francicum in antiquiſſimis membranis ſcriptum, Imperatori Carolo M. inſcriptum, penes ſe habuit, quorum unum integre, ex altero quædam Hiſtoriæ ſuæ Univerſali Lugdun. Batav. 1652. excuſæ, p. 452. inſeruit. Schilterus quidem, dum ê Gloſſis Ve-

Digitized by Google

teribus multa in hoc libro producit, non pauca quoque ex his Gloſſis decerpſit, quum vero, typis currentibus, deprehendiſſem, quasdam ab eo omiſſas eſſe, ne quicquam deſit, omnes â Boxhornio emiſſas é Latino-Francicis, Francico-Latinas factas, & in ordinem Alphabeticum redactas, omiſſis tamen vocibus latinis latine expoſitis, exhibere placuit. Sunt & alia quædam ex aliis quibusdam auctoribus inſerta, ut ex Mabillonio & Aventino, ad vocem *Handtzaichen:* ex Speelmanno, ad voc. *Herthus*, ex Arnoldo, ad voc. *Munt*, &c. Lectori, ut ſperamus, haud ingrata, nec non loca aliquot â nobis in ſcriptis Theotiſcis obſervata, (inter illa eſt locus Notkeri qui peccatum adjacens, *anauueſenda peccatum* vocat, lit. A. p. 45. notatus, extat ille Pſ. CXVIII. 3. quod addendum eſt.) ſententiam quoque noſtram, ſed rariuſcule, de quibusdam locis aut vocabulis appoſuimus, obſervato tamen ubique debito erga Viros doctiſſimos, â quibus diſſenſum meum indico, honoris reſpectu. Quæ mea ſunt, facile agnoſcet Lector, quum nullius auctoris nomen allegatum videt. Ceterum ne iſta quæ vel é doctiſſimorum Virorum laboribus inſerui, aut ipſemet addidi, cum Schilterianis confunderentur, cuncta iſta ſigno [ ] ſive clavibus includenda curavi, præter ea auctorum loca, quæ Schilterus quidem citavit, ego autem, ne tædioſa evolutione lector toties fatigetur, in ipſius commodum ex auctoribus excerpta adſcripſi, & nonnulla é Kerone addita. Vides, ut opinor, Lector benevole, labori nos haud peperciſſe, ut Tuis commodis inſerviretur, illis igitur ex voto fruere. Sin vero deſiderares nonnulla, atque exiſtimares, quod non pauca unum in locum fuiſſent referenda quæ in diverſis comparent. v. g. omnia tempora ad verba unde formantur, compoſita ad ſimplicia unde derivantur, & ſic porro, memineris, mihi in alieno labore nimis ingenioſum eſſe, nec licuiſſe, nec libuiſſe. Multi hactenus Gloſſarium Teutonicum promiſerunt, edidit nemo, glaciem fregit noſter, cui adeo omni debito gratiæ perſolvendæ ſunt, neque ei dica ſcribenda, ſi non omne punctum ubique tulit, homines enim ſumus, & quisque ſuos patimur manes, felix qui minimum. Id certe nemo negabit, non extare librum, qui tantam vocabulorum Theotiſcorum copiam ſuppeditet & exponat, quam quidem hocce Gloſſarium. Si quæ vero addenda adhuc reſtarent, aut poſthac prodirent, commode illa Supplemento cuidam reſervari, & in gratiam Lectoris publicari poſſent. Vale Lector benevole & conatibus noſtris fave.



CATA-

Digitized by Google

CATALOGVS AVCTORVM GERMANICORVM

Tum

Quorum copiam nactus fui & eorum fruitio mihi contigit,

Præter eos quos I. & II. Thesauri noſtri Tomus exhibet,

Tum

Breviſſima adjectione unius atque alterius Vitæ,

Tum vero

Etiam aliorum, qui nobis aut nomine tantum noti, aut alias laudati, ac poſteris noſtris utilitatem præbere poſſunt.

LIBER MS. CHARTACEUS REDITUUM EPISCOPI ARGENT. in quo & alia jura Epiſopatus deſcripta ſunt, in Seculo XIV.

LIB. MS. SALICUS MONASTERII NOVIENTENSIS SIVE EBERSHEIMENSIS A. 1320. conſcriptus, una cum Chronico ejusdem Monaſterii.

JO. ISAC. PONTANI *Originum Francicarum* Libri VI. Amſtelod. 1616.

Ejusd. Itinerarium Galliæ Narbonenſis. cui adjectum Gloſſarium Priſco-Gallicum, quod alterâ ſui parte auctum promiſit Orig. Franc. p. 615.

JUSTI LIPSII GLOSSÆ. Habentur Centur. Epiſt. III. ad Belgas, Epiſtola XLIV. ad H. Schottum JC. Antwerp. in qua opinionem Becani de primigenia Germanorum lingua explodit. Sunt autem hæ gloſſæ excerpta Lipſii ex Pſalterio veteri circa tempora Ludovici & Caroli Calvi ſcripto; Latino quidem, ſed inter lineas ad ſingula verba, Germanicâ interpretatione ſuperſcripta. Idioma non tam Francicum eſt, quàm Saxonicum, ut conſtat ex vocibus, *Geſiſte* pro *Geſichte*, viſio. *Getelt*, pro *Gezelt*, tentorium, & aliæ plures ibidem, quæ paſſim in Gloſſario notatæ ſunt.

[Eædem Gloſſæ cum Guil. Somneri notis, à Merico Caſaubono, in fine Comm. de Ling. Sax. Vet. recuſæ ſunt.]

LEX ALAMANNORVM quæ temporibus HLotharii Regis una cum Principib. ſuis. id ſunt XXXIII. Epiſcopis Et XXXIIII. Ducib. Et LXXII. Comitibus atque cætero populo conſtituta eſt. MS. Cod. Pergam. eleganter ſcriptus, vetus, atque eo charactere, quem de Seculo IX. vel X. exhibet Mabillon. Lib. V. Rei Diplom. Tab. XI. & XII. ex Codice Sacramentario Ratoldi. conſcriptus itaque fuit mox poſt Concilium Wormatienſe, ſub Ludovico I. R. Germ. Adjuncta etiam ſunt Capitularia Francor. item Excerptio de Pœnitentiale. it. Epiſtola Paulini Patriarchæ Foro Julienſ. edita in loco celebri nomen Franchonofurt in ſynodo magno contra Felicem hæreticum de Heiſtolfo, qui uxorem ſuam occidit cauſâ adulterii propter unius teſtimonium.

It. Concilium Wormat. an. 868. f. 191.

Et Reſponſio contra Græcorum hæreſem de Fide S. Trinitatis. Exinde & hoc patet, quum hic Codex utique fuerit Judicialis, *Gerichtsbuch*, publicâ autoritate conſcriptus: in novo regno Germaniæ ſ. Franciæ orientalis, non Legem Salicam, ſed Alamannicam in foro fuiſſe receptam; aliàs enim & Salica fuiſſet adſcripta. In Lege Alam. hoc habet peculiare hoc MS. quod ſubinde vocabula obſcura expoſita ad marginem vel interlinealiter ſcriptura non minus vetuſta. Extat in Biblioth. Argent. Univerſ.

ADR. SCRIECKIVS RODORNVS, ingenti labore Origines resque Celticas, inſpectis undique Græcis Latinisque Commentariis, idiomate vernaculo an. 1615. Ypris Flandorum evulgavit. Jo. Iſ. Pontan. 2. Orig. Franc. 7. p. 149.

Ejusdem Adverſariorum Libri IV. Linguam Hebr. eſſe divinam & primoginiam. Linguam Teutonicam eſſe ſecundam, & dialecto tantum ab Hebr. diſtare. Apologia pro Hieron. Metrum Hebraicum poſt Hieron. ignoratum, nunc repertum. Ypris Flandror. 1620.

ANDREÆ *Chron. Bavar.* Teutonice.

MICH. BOHEMUS *Winspergenſ.* de geſtis Frid. Palatini Victorioſi. Rhythm. Teuton.

C. GESNERI Mithridates ſ. de Linguis.

THEOD. BIBLIANDER de ratione comm. omnium LL.

STEPH. GUICHARDI Harmonia Etymologica LL.

Digitized by Google

THEOD. THORLACIVS Holâ-Islandus de Islandia Dissert. 1666. 70.

Lingua Islandica est vetus Norwegica, ut literaturæ est antiqua Runer vel Runerletur, Lingua illa vetus Norwagica olim dicta *Gautamaal* i. e. Gothica lingua, Gothis vernacula fuisse traditur. It. *Norræna* dicta i. Septentrionalis, erat enim & Suecis & Danis vernacula, ut patet ex inscriptionibus sepulchralibus quas collegit Wormius in Monum. Danic. & poemata antiquissima, inter quæ Daniæ Regis Regneri Lodbrock Odo, quam an. 857. in carcere Anglicano inter morsus viperarum cecinit, apud Wormium in Literatura Runica, f. 182. sqq. & Sax. Gramm. Hist. Dan. lib. IX. epilogus ejus:

Fy sunst bins ad hætta,
Heim bioda mier dysser,
Sem fra Herians hollu,
Hefar Odinn mier sendar,
Gladur skal eg Ol med Asum
I Ondveige drecka,
Lifs ern lidnar stundir,
Hlægiandi skal eg deya.

Fert animus finire
Invitant me Dysæ (deæ)
Quas ex Heriani (Othini) aula
Othinus mihi misit,
Lætus cerevisiam cum Asis (diis)
In honoratissima sede bibam.
Vitæ elapsæ sunt horæ,
Ridens moriar.

Sinn and hænta, ende,
Heimgebieten mier
Fra, fram, à, Höle,
Hefar sendar, ubersendet
Skal, sol, eg, ego, ich;
drenka, trinken,
Lif, vita,
Hlachand sol ich deya, sterben,
deytan, töten.

Hodie ista vetus Norwegica à moderna Norw. & Svecia & Danica diserepat, ut diversissimum idioma videatur, *nec usquam quod sciam gentium* præterquam in Islandia pura & incorrupta hodie servatur. confirmat Wormius Liter. Dan. fol. 137.

Franci antiquissimam Gothorum linguam in multis fidelius retinuerunt quam ASaxones, Fr. Jun. Gloss. Goth. p. 398.

JACOBUS TWINGER Presb. Argentin. collegit librum vocabularium de significatione nominum nuncupatum de diversis libris Grammaticalibus Catholicon Hugwiconne & Speculo Grammaticæ & specialiter de quodam libro seu Vocabulario per Dominum Fridericum dictum Closener Vicarium Ecclesiæ Argentin. subtiliter compilato. an. 1390. Extat MSS. in Registratura S. Marci Argent. Descripsit Petrus Scheid. Subjecit duas plagulas Joh. Birtzeman de Sletzstat, Conventualis in Ytenwiler. Sequitur Vocabularium Lat. Germ.

RUDOLPHUS DE ANSE, interpres metricus veteris Testamenti, sub Friderici II. Imp. ævo. M. Freherus Not. in Willeram. p. 19.

[DER WELSCHE GAST, Liber Rythmicus MSC. extat in Bibliotheca Reipubl. Ulmensis, titulo quidem caret, sed ille post præfationem prosaicam, his verbis initialibus præfationis Rhythmicæ indicatur:

Ich bin der Welsche Gast genant,
Der alle tugent lert und mant.

Auctor ejus nomen suum non expressit, indicat tamen se Italum esse, proin in præfatione rhythmica se excusat, si forte per imperitiam linguæ Germanicæ minus pure locutus sit, ut vel ex hac præfationis clausula patet:

Missprich ich an der tutsche icht
Das duncke uch wunderlichen nicht
Wann ich gar ain Walch bin
Des wirt an miner tutsche schin,
Ich bin von Frigul geborn
Und läse es gar one zorn.

Quo tempore vixerit itidem indicat. L. 8. c. 9. dum de sepulchro Christi à barbaris Christianis erepto dicit:

Es sind wol acht und zwaintzig jar
Das wir es verluren das ist war.

Cum vero anno 1188. Saladinus Hierosolyma occuparit, anno 1216. hic auctor scripserit necesse est.]

JACOB DE CASSALIS, Ordinis Prædicatorum librum moralem de ludo Scaccorum scrisit. Cujus principium refert Vœgelinus in C. Cant. 8, 11.

Das buch von menschlichen sitten
und von ampt der Edlen.

Ich Bruder Jacob von Cassalis, Prediger Ordens, bin uberwunden worden von der Brüder gebett wegen und der weltlichen Studenten und anderer Edelen leut, die mich haben horen predigen das Spiel, das man heisset Schachzabel.

Conrad von Amenenhusen, der Statt zum Stein Münch v. Lütpriester A. 1337. hat das Lateinische Buch Fr. Jac. de Casallis *vom Schachspiel in teutsche Reymen gebracht.* It. Jac. Mennel V. J. D. Rhythm. Germ. de ludo Scachiæ, Constantiæ. A. 1506.

Cornel. *à Beughem* Incunabula Typographiæ, s. Catalog. libr. ab inventione Typographiæ usque ad A. 1500. incl. in quavis lingua. Amstel. 1688. 12.

LOOSBUCH, *zv ehren der Romischen, Ungerischen und Bohemischen Kunigin. Pauli Pambst* Premonstratens. profess. Getruckt zv Strasburg. 1546. fol.

Ist ein Glücksradt mit XX. fragen, die antwort in reymen: theils die zeit ehrlich zv vertreiben, theils zur Sittenlehr dienlich.

CHRONICON HOLLANDIÆ RHYTHMICVM laudatum Pontano L. 6. Orig. Franc. pag. 403.

Post Taciti tempora Alemanni possessores agrorum Decumatum Gallos, ut dixi aut repressérunt aut subjugarunt, & sinum istum, quem vocat Tacitus, imperii partem vè provinciæ Gallicanæ, occuparunt. Sub Gallieno Imp. Chrocus R. Alemannorum Gallias pervagatus fuit. *Greg. Tur. L. I. c.* 30. Alemanni & vicini populi Italiam sub Aureliano Imp. incursionibus vexare conati, quos ille repressit, *Zosim. L. I. c.* 49. A. C. 354. Alamannorum Reges fuerunt Gundomadus, & Vadomarus, fratres, *Ammian. Marcell. Lib. XIV.* §. 9. & *XVI. §.* 9. Prohibuerunt, ne Romani prope Rauracum pontem suspenderent navium compage: sed & crebris excursibus vastarunt confines Galliæ. *d. §.* 9. *L. XIV.* Alemannorum alii *Lentienses* dicti, quorum fines ad lacum Brigantiæ, *Amm. L. XV. §.* 3. & ad tractus Rhetiarum, *Idem L. XXXI. §.* 10. Alemannorum reges Chonodomarius, Vestralpus, Vrius, Ursicinus, Serapio, Suomarius, Hortarius, apud Argentoratum confederunt, quum Julianus Trestabernas, munimentum, repararet. *Idem Lib. XVI. §.* 7. 8. Reges quinque, Regales decem, i. e. Duces, Fursten, post quos Optimates, vel Reguli, *die Herren.* Atque Regales debuerunt pedestres pugnare, *idem Lib. XVI.* §. 10. 11. *L. XVIII. §.* 2. Juthungi Alamannorum pars Italicis conterminus tractibus, *idem Lib. XVII. §.* 6. qui cum Prothingis, gente Scythicâ, *apud Zosim. L. IV. c.* 38. haud confundendi. Annales Francorum: An. DCCXXII. *Carlus Alamannos Baiocarios armis subegit.* Ann. seq. *Iterum Alemanni & Norici pacis jura temerare nituntur.* Munimentum Trajani trans Rhenum in solo Alamannorum reparavit Julianus, *idem L. XVII. §.* 1. Suomarii Regis Alemannorum pagi è regione Moguntiaci: eorum & Burgundionum fines Capellatium vel Palas, *idem L. XVIII. §.* 2. Ubi iterum Reges Alemannorum recensentur, Macrianus, Hariobaudus, Vadomarus, Vrius, Ursicinus, Verlalpus. Moguntiacum direptum ab Alemannorum Regali Randone, *Idem Lib. XXVII. §.* 9. Lis Burgundionum & Alemannorum de Salinis, *Idem L. XXVIII. §.* 12. i. de Salinis Halæ Suevorum fortè. In prædicti Regis Macriani locum Imperator Romanus Framoarium Bucinobantibus Alemannis ordinavit, quæ gens fuit contra Moguntiacum: *Idem L. XXIX. an.* 370.

V. Cis Rhenum.

Ammianus Marcell. *Lib. XVI.* & Zosimus *Lib. III. c.* 1. &c. referunt, sub Constantio Imp. & Juliano Cæsare, Alemannos cum Francis & Saxonibus ultra quadraginta urbes Galliæ cepisse, & liberum arcente nemine, Rheni transmissum apud Argentoratum habuisse: Quos tamen Julianus fortiter vicit & repressit. Planè Germanos cis Rhenum fuisse & permansisse, vel ex Germaniæ primæ & secundæ partitione constat. Sed hi nondum dicti Alemanni fuerunt. Idem Marcellinus Lib. XXVI. *Omnis hic annus* (365.) *dispendiis gravioribus rem Romanam afflixit. Alemanni enim perrupere Germaniæ limites, solito infestius moti.* Germaniæ scilicet minoris, Romanæ, CisRhenanæ, ubi sedem aliquandiu & regulos constituerunt: quos Constantinus Imp. cepit, Alemannis & Francis cæsis, *Eutrop. Lib. X.* Pacatus in Panegyrico Theodosio dicto: *Compulsus in solitudines avias omnis Alamannus.* A. 393. Eugenius tyrannus cum Alamannorum & Francorum Regibus vetusta fœdera ex more iniit, ut ex Sulpitio Alexandro refert *Gregor. Turon. Lib. II. c. IX.* Nec cessarunt tamen fines ultra Rhenum promovere. Sidonius Apollinaris:

> *Francus Germanum Primum, Belgamque secundum*
> *Sternebat, Rhenumque ferox ALEMANNE bibebas*
> *Romanis ripis: & utroque superbus in agro,*
> *Vel civis, vel victor eras.*

Ita ut ad Alsatiæ quoque possessionem pervenerint, à qua eos Tulpiacensi prælio Rex Francorum Clodoveus I. dejecit, *Illustr. Obrecht. Prodr. c. V. p.* 28. De illa victoria *Greg. Tur. Lib. II. c.* 30. Aimoin. *Lib. I. c.* 15. qui idem *Lib. III. c.* 97. refert, ab Alemannis Utrajuranos fuisse victos, & nullo impediente, Juranum saltum Alemannos pervagatos, captivisque plurimis abductis, cum ingenti præda ad propria rediisse.

VI. In Bojariam & totam German.

Bajuvarii quoque Alemannis accensiti sub Carolinis temporibus. Ita Aldricus Episc. Cenomanensis ex parte matris, dicitur *Alamannus sive Bajuvarius*, in Gestis Aldrici editis à St. Baluz. Miscell. Lib. III. pr. Verum diversi populi sunt propriè. unde in Partitione Ludovici Pii separatur

ratur Alemannia à Baiuwaria, *Capitular. an.* 837. *p.* 690. & Nithardus Lib. III. similiter distinguit, & vide etiam *M. Velser. L. II. Rer. Boicar. p.* 73. Planè nomen Alemanniæ vindicatum atque extensum fuit ad totam Germaniam transrhenanam; postquam enim Romani nomen Germaniæ coërcuerunt ad Germaniam minorem, cisrhenanam, Germaniam magnam ultra Rhenum maluerunt appellare Alemanniam. *Vopiscus in Proculo.* Fragm. Hist. apud Urstisium P. II. p. 84. *Quidam totam Teutoniam terram ALEMANNIAM dictam putant, omnesque Teutones ALEMANNOS vocare solent.* Henr. Hostiensis Cardinalis ad tit. X. de Feud. *De consuetudine Imperii non succedit nisi filius descendens. Imò revertitur feudum ad Imperatorem, & ipse confert, cui vult: sic vidi hoc quando fui in Alamañia per Proceres judicari. Histor. de Landgr. Thur. c. VI. fi.* Eoque modo & Franci hoc nomine utuntur, *Vid. Menag. Etymol. Gall. h. v.* At distinguit tamen aliquo modo Gobelinus Persona Æt. I. pag. 69. *Alemannia & Teutonia idem est, quæ licet multas in se habeat provincias, eodem tamen utitur idiomate: sed Germania major est, continet enim gentes multarum linguarum.* Idem Æt. V. c. XI. *Saxones occupantes terram in Alemannia bassa i. e. inferiori, inter Albiam & Rhenum fluvios & mare Oceanum;* Tandem Germania in duas divisa partes, Alemanniam & Saxoniam, quod Carolus IV. in Aurea Bulla c. V. describit: *in partibus Rheni & Sueviæ & in Jure Francico,* vulgò *im Reich:* &: *in illis locis ubi Saxonica Jura servantur,* i. *in Sachsen.*

VII. Versus Italiam & Hispan.

In Rhætias porrò, h. e. Provinciam Romanorum inter Italiam & Sueviam sese extenderunt Alemanni. Gobelinus Persona Æt. I. p. 69. *Inter Liguriam & Sueviam, quæ est pars Germaniæ, inter alpes sunt duæ provinciæ, videl. Rhætia prima & Rhætia secunda, in quibus ut refert Paulus Diaconus in Gestis Longob. (L. II. c. 15.) Græci habitare noscuntur: sed modò pro majori parte utuntur lingua Teutonica, ut expertus jam; quia ego aliquando profectus ab Italia versus Alemanniam in diœcesi Curiensi, audivi villanos sibi mutuò loquentes, & ego non omnino intelligens verba, quamvis Italicam linguam plenius intellexi, quæsivi ab eis, qui lingua loquerentur? me expedire non poterant: nihilominus penè omnes linguam Teutonicam sciebant ibidem habitantes.* M. Velserus *L. VII. Rer. Aug. Vind. p.* 317. testatur, Alemannicæ gentis Lentiensis pagi reliquias, nomine non admodum mutato in Rhætia, in quam posterioribus seculis cum reliquis plerisque Alemannis immigrarint, superare. Sed & in Italiam translatos ex Cassiodoro & Ennodio idem *L. VIII. p.* 337. refert. Denique etiam in Hispaniam Alemannos & Suevos migrasse constat, *Isidor. Hispal. Gregor. Tur. II.* 2. *H. Bebel. l. c. p.* 37. *sq.* Atque hinc intelligitur, quid Poëta Germanicus supra de Bello Caroli M. Saracenico in Hispania gesto, per Alemannos *die losen* innuat, fingit scilicet reliquias Alemannorum in Hispania, copias auxiliares Saracenorum.

VIII. Lingua Alemannorum.

Linguam Alemannorum Germanicam esse, vel inde conficitur, quod sint Germani: sed ut Germani in diversas abierunt nationes, ita etiam Lingua eorum in diversas dialectos. Inter eas præcipuæ fuere Francica & Alemannica, quarum illa mollior hæc durior. Utriusque differentia hodieque cerni potest imprimis ex translatione Bibliorum, præsertim Psalmorum & Cantici Canticorum. Notkerus in dialecto Alemannica Psalmos paraphrasi explicuit, ex Francica translatione J. Lipsius Glossas suas excerpsit. Cantici Canticorum translationem Alemannicam M. Freherus descripsit, & post mortem ejus Vœglinus aliquis edidit: Francicam cum Willerami paraphrasi P. Merula. Vnde est, quod Otfridus in præfatione Evangeliorum linguam Theotiscam horriditatis alicujus accusat, & intractabilitatis, intelligit enim suam Alamannorum dialectum, quâ Evangelia scripsit, & si promiscuè is utatur nominibus Francicæ & Theotiscæ linguæ, quum Franci tunc omnes Germani dicerentur. Sed ea de re etiam alibi. Vorburg Vol. VI. p. 22. ad A. C. 519. Hoc tempore qui Alemanni plerumque dicebantur, partim etiam Suevi vocati sunt: imò tandem Alemannorum nomen extinctum est, & huic circa Alpes Suicericum successit: ast in reliquis regionibus Suevicum mansit.

IX. Lex Alemannorum.

Ut aliæ Germanorum nationes, Franci, Saxones, Frisii, Burgundiones &c. adhuc in gentilismo versantes, leges sibi in lingua vernacula descripserunt, sic etiam Alemanni. Illorum leges postea sub regno Francorum, in linguam Latinam seu provincialem conversæ, & à Juris veteris peritis Christianis reformatæ atque à Regibus Francorum confirmatæ fuerunt. Id quod ex communi illarum legum Prologo, quem Lindenbrogius Legibus Baiwariorum ex Cod. ms. præmisit, constat: *Theodoricus Francorum Rex cum esset Catalaunis, elegit viros sapientes, qui in regno suo legibus antiquis eruditi erant. Ipso autem dictante jussit conscribere Legem Francorum & Alamannorum & Baiuwariorum unicuique genti, quæ in ejus potestate erat, secundùm consuetudinem suam. Addidit, quæ addenda erant, & improvisa & incomposita resecavit, & quæ erant secundum consuetudinem paganorum, mutavit secundùm legem Christianorum. Et quidquid Theodoricus Rex propter vetustissimam paganorum consuetudinem emendare non potuit, posthæc Childebertus Rex inchoavit, sed Chlotharius Rex perfecit. Hæc omnia Dagobertus Rex gloriosissimus per viros inlustres Claudium, Chadum, Iudonagum, & Agilulfum renovavit, & omnia vetera legum in melius transtulit, & unicuique genti scripta tradidit, quæ usque hodie perseverant. Hoc decretum est apud Regem & Principes ejus, & apud sanctum populum Christianum, qui infra regnum Merwungorum consistunt.* Theodoricus R. Francorum fuit filius Chlodovæi II. mortui A. C. 513. Childebertus fuit

fuit Theodorici frater, itemque Chlotarius, qui obiit an. 563. Cujus nepos Chlotarius II. ob. an. 631. ejus filius Dagobertus M. regnare cepit an. cod. 631. Plura de hac & ipsam Legem Latinam ex C. MS. cum translatione Germanica & notis inserui *Observationi XII. §. 7. & 27. seqq. ad Chron. Königsbof.* Sed cessante imperio Francorum, Alemanni Leges suas & in Latino & vernaculo sermone reformarunt, leges feudales à civilibus seu provincialibus separarunt, & in Comitiis publicarunt, quarum illas nuper edidi, has si DEVS vitam viresque, atque otium concesserit Respublica, etiam editurus.

X. Ducatus Alemanniæ.

Alemannos non unico, sed pluribus Regibus divisim gubernatos olim fuisse, ex superioribus patet, idque usque ad fatalem Tulpiacensem cladem, post quam ii, qui Francorum imperio subjecti fuerunt, Duci paruerunt, & postea Ducatus Alemanniæ sive Sueviæ fuit erectus. Ducis quoque mentio in dicta Lege Alemannorum fieri solet, id contigit seculo VI. *Schobing. ad Vadian. ap. Goldast. T. 3. Rer. Alem. p. 111.* H. Vales. *L. 24. Rer. Franc. p. 476.* Ill. Obrecht. *Prodr. c. X. p. 214.* Notandum autem est, Duces Alemanniæ priùs extitisse, quàm Ducatus Alemanniæ seu Sueviæ. Etsi Dux gubernabat totam illam provinciam Alemannorum Francis subjectam, tamen Ducatus erat officii magis nomen, quàm territorii, quod postea etiam aliis Ducibus fuit adjectum. Qua de re audiendum Fragm. Chron. Franc. apud Vrstis. P. 2. pag. 83. *Anno Dom. MXCII. Principes Alemanniæ ad defensionem S. Matris Ecclesiæ unanimiter convenerunt, sibique ad hoc negotium exsequendum fratrem Gebehardi Constantiensis Episcopi, Bertholdum de Zeringen ducem totius Sueviæ constituerunt, qui nondum DUCATUM aliquem habuit, etsi jamdudum nomen ducis haberi consueverit. A. D. MCXXV. Henricus Imp. rebus humanis exemtus est. Hujus sororem Agnetem pater suus Henricus Imp. cuidam Friderico de Castro Stauffen, ob opem sibi ferendam, in matrimonio tradiderat, eique DUCATUM ALEMANNIÆ dederat, quem Bertoldus de Zeringen ex nobilissimis optimatibus regni priùs possidendum acceperat. Fridericus igitur Dux Suevorum & gener Imperatoris factus, Bertoldum pacem facere coëgit. Conditio autem pacis talis fuit: ut Bertoldus DUCATUM exsestucaret, sic tamen ut TUREGUM nobilissimum Sueviæ oppidum, à manu Imperatoris ei tenendum remaneret. — Bertoldus igitur quamvis in hoc negotio Imperatori cesserit, tamen strenuissimus ac fortissimus fuit: qui vacuum exhinc nomen DUCIS gerens, id quasi hereditarium posteris reliquit. — omnes enim usque ad præsentem diem Duces dicti sunt, nullum Ducatum habentes, soloque nomine sine re participantes. Nisi quis Ducatum esse dicat, Comitatum inter Juram & montem Jovis, quem post mortem Wilhelmi Comitis, filius suus Conradus ab Imp. Lothario suscepit: vel a Ducatu Carentano, quem nunquam habuerunt, Ducis eos nomine honorandos contendat: in aliis tamen rerum & honoris non parva pollentes magnificentia.* Convenit Jac. de Königsh. Chron. quod Ducatus Sueviæ cœperit an. 1092.

& desierit an. 1268. *pag. 395. & 429.* & vide de hac re diss. meam peculiarem.

Alemannus, fluvius, qui juxta Kelhemum intrat Danubium, *Aventin.* hodie *Almul*, Jo. Is. Pontan. *L. 2. Orig. Franc. c. 2. fi.*

Alamanguegus. Man spricht die Franzosen, Galli die seint witzig vor der sach. Itali die Walhen in der sach, die Tutschen nach der sach. Geiler. Keyserspers. Narr: Schiff. fol. 42.

Algowe, Almangawe, terra Alemannorum ad Alpes. Vadian. *Freher. 1. Orig. Pal. c. V.*

Albegowe, Algoia, Algew. Mabill. Act. S. Bened. sect. IV. P. 2. p. 432.

ALGIUUEORE, ignarium: Glossæ MS. ASax.

[ALH, anguillam, (hodie *aal*) Gloss. Monse. p. 346.]

[ALILIHHI. Canonicas, i. Hagiographa. Gloss. Monseens. p. 350.]

[*Alliha*, Canonicas. ibid. p. 375.]

ALMACHTICHKAIT, Majestas. Aur. Bulla Caroli IV. Imp. c. XXIV. *als ein schuldig man der Almächtickait*, utpote Majestatis reus. vid. Instit. J. Pub. T. 2. p. 250.

ALOD, *alode*, *alodis*, *allodum*, *allodium*: [Nemo facilius voc. *Allodium* aliunde, quam ab *all*, omnis & *od*, deduxerit, quæ duæ voces conjunctæ, *omnimodam proprietatem*, vel propriam possessionem indicant. Diecm. Spec. Gloss. Lat. Theot. pag. 89.] prima, quod sciam, hujus vocis mentio exstat in Lege Salica cap. LXII. & opponitur *Alode & alode terræ*, *Salicæ terræ*, quoad successionem heredum, quod in terra Salica mares excludant fœminas, in alode non item. Textus meretur apponi, is quidem in repetitæ prælectionis codice Carolino brevior habetur, hoc modo:

LXII. de Alode.

I. *Siquis homo mortuus fuerit, & filios non dimiserit,* (reliquerit) *si pater aut mater superfuerint, ipsi in hereditatem* (alodis) *succedant.*

II. *Si pater aut mater non superfuerint, & fratres vel sorores reliquerit, ipsi hereditatem obtineant.*

III. *Quod si nec isti fuerint, sorores patris in hereditatem ejus succedant.*

IV. *Si verò sorores patris non extiterint, sorores matris ejus hereditatem sibi vindicent.*

V. *Si autem nulli horum fuerint, quicunque proximiores fuerint de* paterna *generatione, ipsi in hereditatem succedant.*

VI. *De terra verò SALICA nulla portio hereditatis mulieri veniat: sed ad virilem sexum tota terræ hereditas perveniat.*

In veteri verò & primæva Lege Salica, quam Heroldus & Wendelinus conservavit, ita habetur plenius, quamquam in §. 3. & 4. vocabula *matris* & *patris* transposita videntur.

Tit. LXII.

De Alodis.

I. *Siquis mortuus fuerit, & filios non dimiserit, si pater aut mater superstites fuerint, in ipsam hereditatem succedant.*

II. *Si pater & mater non superfuerint, & fratrem aut sororem dimiserit, in hereditatem ipsi succedant.*

Digitized by Google

III. *Si isti non fuerint, tunc soror matris in hereditate succedat.*

IV. *Si verò soror matris non fuerit, sic soror patris in hereditate succedat.*

V. *Et postea sic de illis generationibus, quicunque proximior fuerit, ipsi in hereditate succedant, qui ex paterno genere veniunt.*

VI. *De terra verò Salica in mulierem nulla portio hereditatis transit, sed hoc virilis sexus acquirit; hoc est, filii in ipsa hereditate succedunt.*

VII. *Sed ubi inter nepotes aut pronepotes, post longum tempus, de alode terræ contentio suscitatur, non per stirpes, sed per capita dividantur.*

At in Lege Francorum Ripuariorum legitur:

Tit. LVIII.

De Alodibus.

I. *Si quis absque liberis defunctus fuerit, si pater materque superstites fuerint, in hæreditate succedant.*

II. *Si pater materque non fuerint, frater & soror succedant.*

III. *Sin autem nec eos habuerint, tunc soror matris patrisque succedant, & deinceps usque ad quintum geniculum, qui proximus fuerit, in hæreditatem succedant.*

IV. *Sed dum virilis sexus extiterit, fœmina in hæreditatem aviaticam non succedat.*

Applicat Wendelinus in Gloss. Salico p. 183. hæc verba exceptionis ad Successionem in bonis Salicis, quum loquantur tantum de Alodibus. *Vid. Exerc. ad π. XLI. §. LXII.* ubi tamen nolim dicta, quod Alode mobilia, Terra Salica immobilia denotet: sed utrumque immobilia sunt, sed diversi generis. Vid. Not. ad Betsium de pact. famil. c. VIII. §. 30. Imò verò in Lege Angliorum tit. de Alodibus. 7. *Hereditatem defuncti filius, non filia, suscipiat. Si filium non habuit, qui defunctus est, ad filiam pecunia & mancipia, TERRA verò ad proximum* paternæ *generationis consanguineum pertineat.* adde seqq.

Et in Lege Baiwariorum Tit. XVII. *§. 3. De his qui propriam alodem vendunt, vel quascunque res &c.* Et mox: *mei antecessores tenuerunt, & mihi in alodem reliquerunt.*

Ex his patet (I.) *Alode* non præcisè significare hereditatem vel rem hereditariam, in qua jure hereditario succeditur, ùt putatur vulgò, nam etiam in ejus opposita specie, *Terra Salica* successio hereditaria locum habuit, etsi ad sexum masculinum tantum restricta. (II.) Neque *originem allodiorum* ex jure belli demum cum *M. Anton. Dominico de Prærog. Allod. c. 1.* arcessimus, sed potius ex jure pacis & primæva terrarum occupatione, quo gentium jure gentes discretæ, regna condita, dominia distincta, agris termini positi, ædificia collocata, ut loquitur Hermogenianus IC. *l. 5. de J. & J.* Itaque Franci Remp. suam fundantes res in privatas & publicas distinxerunt. Publicæ res etiam *Bona Reip.* & postea *Coronæ* & *Fisci* appellata; & quum hæ partim ad statum Reip. & S. Potestatis Regiæ conservandum destinatæ, partim ad Procerum Regni, qui munera & honores Salæ vel Curiæ Regiæ gerebant, sustentationem: hæ speciatim *Terræ Salicæ* appellatæ, utrobique porrò & in Regno bonisque Coronæ, & in Terris Salicis Procerum eadem succedendi ratio obtinuit, quæ hodièque dicitur successio Legis Salicæ. Post Carol. Degrassalium Carcassonensem & Jo. Feraldum Dominicus *de Prærog. Allod. c. VII. 4.* Et Car. Molinæ. *Tit. 1. ad Consv. Paris. §. 1. n. 1. & §. 19.* Terram Salicam appellat ipsum quoque sacrum dominium Francorum Regis suæque Coronæ patrimonium. Et B. Rhenanus: Salicas terras vocari solere propria Principum libera prædia atque immunia. conf. H. Jun. in Batav. c. 9. pag. 185. (III.) Prior autem species rerum *allodialium* privati erat juris & plenioris, quam Res Salicæ: quæ etsi non fuerunt feuda seu beneficia, quippe quæ tum temporis nondum erant hæreditaria, ne quidem ad filios transmissibilia; sicut Res Salicæ: tamen cum beneficiis eatenus conveniunt, quòd utrumque genus à bonis Coronæ decerptum abinde dependet, etsi Terra Salica minus, Beneficia magis: alode verò nullo modo, nisi ratione jurisdictionis & territorii. Conf. *Dominic. de Prærog. Allod. cap. VIII. 5.* vid. Chifflet. *Vindic. pag. 454.* Itaque ut in superioribus Legibus Alode & Terra Salica opponuntur, ita in sequentibus Kapitularibus (IV.) *Alodum* & *Beneficium.* Karolus M. in Kapit. V. anno DCCCVI. c. 8. *Audivimus quod alibi reddant benecium nostrum ad alios homines in proprietatem, & in ipso placito, dato pretio, comparant ipsas res iterum sibi in alodum. Quod omnino cavendum est.* Ubi *proprietas* & *Alodum* idem sunt. Et c. ult. *si aut in beneficio aut in alode annonam habuerit.* Et passim. Imò etiam id quod concessum fuit ex allodio, adhuc appellatur (V.) *alodum* à Ludovico Pio in Confirmatione Abbatis Monasterii Aniani An. 821. ibi: *constat per chartam donationis prædicti patris vestri eundem Monasterium, genitoris nostri prius, & denuo nostrum esse alodem.* Scilicet quia non erat in beneficium datum, neque debebat ulla servitia militaria, nec dona, sed solas orationes, ut constat ex Notitia ejusdem Imperatoris an. 817. pag. 592. Conf. *Dominic. de Prærog. allod. c. XII. 1.* (VI.) Est itaque hactenus *Alode* Francis, quod *Adelerbe* Alemannis, de quo supra: hodiéque vocamus *Erbeigen*, proprietas hereditaria. *Heredium* priscis Romanis; Varro *de R. Rust. L. 1.* tradit, Romulum bina jugera viritim divisisse, quæ quod heredem sequerentur, *Hæredium* appellasse. (VII.) Unde porrò quum *Alode* propriè per successionem hereditariam acquireretur, opponitur etiam Acquæstui, aut rebus comparatis, *Errungenschaft.* Charta fundationis Monasterii Laurishamensis regnante Pipino Rege an. 764. *Legibus obvenit vel undecunque tam de Alode quàm de Comparato seu de quolibet attractu, ad nos noscitur pervenisse.* Jus Alem. Prov. cap. CCXIV. *Erbaigen mag ain man bas behaben vor gericht, dann gekauftes aigen.* Scilicet ob periculum evictionis. *vid.*

Digitized by Google

AL.

Guillimam. Habsburg. 2. 4. *pag.* 62. ALTAIGEN videtur quoque dictum. Literæ investituræ super Dominium Steinthal Rudolphi II. Imp. *die Burg zum Stein — Ein zehent zu Ober Ebenheim, genant der Friedelzehent, gehet von dem Altenstigen.* (VIII.) Accipitur tamen deinde promiscuè allodium proproprietate quoque comparata. Carolus M. in Kapitulari ad Episcopos *pag.* 533. de Presbyteris conquestus, ait: *post ordinationem verò de rebus cum debuerant Ecclesiis servire, emunt sibi alodium & mancipia & ceteras facultates.* Gerardus Augiensis in Synonymis. *Allodium, Furwerg, fundus.* Conf. *Dominic. de Prærog. allod. c. X. & XIII.* (IX.) Casenenus in Originibus Francicis, adjectis Dictionario Etymol. Francico Menagii, Alodem dictum putat ab *A* privativo, & *Los*, sors, eique oppositum fuisse vocabulum *Sortium*, h. e. Feudorum. id quod *μέγα λίαν κίτημα.* Sortes enim nihil aliud quàm generatim possessiones significant, ut ex ipso textu Legis Burgund. apparet. Confer Glossar. Lindenbrogii. Hottomannus L. 1. de antiq. regno Galliæ c. X. (X.) Allodium & Terram Salicam pro iisdem habet: à quo dissentit Ant. Dominicus de Prærogat. Allod. cap. VII. 4. Res ita componenda: Bona Francis & Germanis generatim divisa in Allodia & Feuda. Allodiales res vel simpliciter tales sunt, Allodia in specie dicta, & Terris Salicis opposita: vel secundùm quid, non peræquè, certè non quoad successionem omnigenam, & hæ vocantur Terræ Salicæ, quæ quoad naturam genericam & dominium plenum, conveniunt cum Allodiis, & species Allodii in genere dicti esse potest: sed differentia specifica à diversitate successionis & sexus pendet.

ALLIV, sana, sanas, Kero. vid. supra in *AL.*

ALOOSNIN, redemtio, erlösung, liberatio, Isid. cont. Judæ. cap. V. §. 7. Sax. *Alys*, supra A.

ALP, Alpen, vid. Alben.

[ALPA linea. Glossæ Monseens. p. 385.]

[*Alpun* subucula. Gloss. Monseens. pag. 321. Ephoth. p. 325.]

ALP, *Alf, Elf, Elve*, incubus.

Rob. Scheringam de Angl. Gent. Orig. c. 14. p. 320. ex Edda plures deos deásque Germanorum refert, interque eos Lemures nocturnasque larvas, quas ELVAS vocabant. *Apud nos sanè superstitio hæc*, inquit, *& stulta credulitas inter vulgus nondum desiit; nescio enim quas vetulæ fabulas de ELVIS (nobis alio vocabulo Fayryes nuncupatis) pueris & puellis suggerunt, quibus teneros animos ita imbuunt, ut nunquam anilia illa deliramenta deponant, sed aliis tradant, & Elvarum choros interdum in cubiculis saltare, interdum (ut ancillis benefaciant) pavimentum verrere & purgare, interdum etiam manuarid mold molere solere vulgò prædicent, atque hujusm. spectra sæpe apparere affirment.*

ALRVNA, magica mulier, exprimit vox idem quod hodie vocamus *kluge oder weise Frau*, Runan enim in specie etiam secreta revelare notat, vide infra *Runa*. *Al* verò gradum supremum ut aliàs significat. aut contractum ex Adel. Jornandes de Reb. Get. c. XXIV. *Filimer Rex Gothorum reperit in populo suo quasdam magas mulieres quas patrio sermone Aliorumnas is ipse cognominat.* Nisi totus fallor pertinet huc *Velleda* & imò *Aurinia* apud C. Tacit. de M. G. 8. de fœminis Germanorum: *Ineesse quin etiam sanctum aliquid, & providum putant: nec aut consilia earum aspernantur, aut responsa negligunt. Vidimus sub D. Vespasiano Velledam, diu apud plerosque Numinis loco habitam. Sed & olim AVRINIAM & complures alias venerati sunt, non adulatione, nec tanquam facerent deas.* Sed *Aurinia* omnino detorsum ex *Alrunia* arbitror. vid. supr. *Ab von.* Atque fuit & masculorum nomen proprium ALRIN. Fragm. MS. de Bello Hist. Caroli M. *v.* 2970.

Alrin von Normandie
unde andere Gesellen fine.

Ol. Wormius *de Literatura Run. c.* 3. & *Fastor. Dan.* L. I. c. 1. *Adel Runer* viros atque fœminas Literatos atque Magos vocitatos autumat, & exinde corrupta, *Alruna, Alurinia, Aliorumna, Alioruna.*

Alrunis quum consuetum esset Mandragoræ radicibus uti, hinc *Alraunichen* hodieque dicuntur istæ radices in magicum usum præparatæ: vid. Mathiol. in Dioscor. Lib. IV. Ge. Stiernhielm Præf. ad Vlphilæ Evang. ait: *Literæ majoribus nostris* Runæ *dictæ sunt, à* Roena *discere, experiri, erudiri, qua notatione dicitur mulier Alruna, i. e. omniscia, saga seu Fatidica. Islandis Fiolkunni i. multiscia. Hodie Wisquinna i. mulier sapiens. Ob eandem causam dictæ sunt Imagunculæ, ex radicibus mandragoræ efformatæ, Alruner, quibus, ut omniscii abutuntur homines vani & superstitiosi, singulari adhibito cultu, vice oraculorum, quorum responsis latentia & futura sibi patefieri temerè & impiè credunt.* [Conf. Diecmanni specimen Gloss. Latino-Theotisci. p. 146.]

In Cant. Cant. VII, ult. vocatur *arzatuuurz. Mandragoræ dederunt odorem in portis nostris. Die arzatuuurze stinkent vile drabo in unseren porton.* ubi vide quæ ad Willeramum p. 143. Voegelinus annotavit: *Arzatwurz die fürnembste, hailsambste, und am lieblichsten riechende Gewurz: als da sint ALRAUNICHEN. Wie davon in der Auslegung Bischoff Haimons zu Halberstatt ausfurlicher zu seben.* Haimo verò hæc habet: *Mandragora herba est aromatica, cujus radix similitudinem habet humani corporis; poma ejus optimi sunt odoris, in similitudinem pomi Matiani, quod nostri Malum Terræ vocant. Hæc herba rebus medicinalibus aptissima est. Nam ferunt eos, qui incommodo vigiliarum laborant, haustu hujus pomi relevari, & posse dormire. Item ferunt eos, qui ob cutam secandi sunt, si exteriorem ejus corticem biberint, non sentire sectionem vel adustionem.* Jo. de Janua: *Mandragora est genus pomi, similis parvo peponi odore & sapore vel specie. Vel quia habeat mala suave redolentia in magnitudinem mali Maciani. Unde & eam etiam Latini vocant malum terræ. Hanc Poetæ Antroporeos apellant, quia habeat radicem formam hominis similantem. — cujus cortex vino mistus ad bibendum datur illis, quorum corpus propter curam secandum est, ut soporati dolorem non sentiant. Hujus species duæ sunt, Fœmina foliis lactucæ similibus, mala generans in similitudinem prunorum. Masculus foliis Betæ similibus. De hoc autem pomi genere quidam opinantur, quod acceptum*

in eſcam, fœminis ſceleribus fœcunditatem pariat. Gen. XXX. Vid. infr. *Arzatwurz.* Et Opitium in præf. ad Rhythm. de S. Annone. Vide quoque duas picturas apud *Lambec. 2. Bibl. Cæſ. 7, 6.* & quæ ibi ex Joſepho adducit.

ALS, vim negativam & excluſivam habet quandoque. Vetus verſio Alemannica Cantici Canticorum c. 1. ℣. 4. *Wir ſprunzegen unde vrowen unſih an dih als an uns ſelbon.* Willeramus Latine ita reddit:

In nobis minimè, tantum lætabimur in te.

P. Merula & Fr. Junius legunt *Els:* unde poſterior ait, ſibi nusquam negativam iſtiusmodi particulam apud alios ſcriptores Alemannicos obſervatam: ſed juxta commune veteris Theotiſcæ linguæ idioma ſcriberetur, inquit, *nalles.* quod quidem *non* denotat. Verum MS. Ambroſianum, de quo P. Lambec, L. II. Bibl. Vindob. c. correctius legit ALS, quam, magis quam. Convenit cum idiotiſmo Ebraico & Helleniſtico. Lucæ XVIII. 14. κατέβη οὗτος δεδικαιωμένος εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, ἢ ἐκεῖνος. quod Gothus reddit: *thau raihtis gains.* i. quam juſtus iſte. [Legendum eſſe *nals*, non *els*, patet ex Codice Uratisl. vid. Not. Scherz. ad locum Will. cit.] Conf. Rhythm. de S. Annone ℣. 11. ubi *Als* ſignificat *ſicut.*

Als, omnino, enixè, Jus Alem. Feud. cap. XXI. de vaſallo, qui inſtare debet apud dominum precibus: *Er ſoll dem Hern als liebe tun, das er es tu.* enixè exoret dominum, ut faciat.

ALSACH, Alſaccia, Alſatia, in Lib. Ripuar. Tit. LVIII. *Ripuarius nullum hominem regium, (Salicum) Romanum*, (Provincialem) *vel tabularium interpellatum in judicio non tangeret, & nec alſaccia requirat.* Videtur eſſe à Sach, Saca, cauſa, itemque emenda, mulcta: *Gloſſ. du Fresne. Saca.* Infra *Sakan, Sacchan.*

ALSAM, eodem modo, eben alſo, *Jus Feud. Alem. c. 12. §. 3.*

Alſaman, ſimul. Otfrid. IV. 9, 36.

Gibot er, thaz ſie ſazin,
mit imo alſaman azin.
Juſſit, ut ſederent,
cum ipſo ſimul ederent.

Alſamanon, congregare. Otfrid. IV. 7, 86.

Thaz ſie thes thar giafolon,
ſine druta alſamanon.
Ut hujus rei attenti,
ipſius fideles congregent.

(conf. de hoc loco ſupra voc. Afolon.)

Alſement als gar, omnia ex toto. Jus Argent. MS. Lib. I. *Swen der munsmeiſter dem Biſchofe die ɣſen der pfennigmal ufgit, ſo git er uf* [*der*] *zwei der pfennigmal, und zwei de helblingmale, unt dernach ſo git er die andern alſament als gar uf, das er bihebet mit dem eide, das er nichts nicht habe.* Quando monetarius ferramenta in quibus denarii formantur, Epiſcopo reſignabit, reddet ei duo in forma nummorum, duo in forma obulorum, præterea alia omnia ita ex toto reſignabit, quod

jurabit, ſe nec habere plura. conf. ſupra voc. *Al.*

ALSE, Elſe, Eliſe, Elle, Ille, fluvius Alſatiæ, unde ipſi nomen: Jus Argent. Lib. I. c. LVIII. §. 2. *Piſcatores debent piſcare ad opus Epiſcopi — in Alſa uſque Ebersheim. in Bruſca uſque Mollesheim.* i. *Die Viſchere ſullent viſchen dem Biſchove — in der Illen bis zo Ebersheim: in der Brus bis ze Mollesheim.* Olim Triboccorum terra, V. Obſ. XIX. §. 8. ſqq. in Chron. Königsh. Eliſaza vocatur à Nithardo Lib. III. Eliſazam ad Zabarnam introiit. *Elisgaugium*, Ellsgau, Alſatia vocatur apud Mabill. in Vita S. Popponis Abb. Act. S. Bened. Sec. VI. P. I. pag. 581.

Aleſaciones, Alſati, Fredegar. c. 37. Eliſatii Comitatus duo in diviſione an. 870. B. Rhenan. Lib. III. Rer. Germ. p. 531. Alſatiæ vocabulum recens eſt, ætate Caroli M. aut circiter natum, in cujus privilegiariis diplomatis, quibus Lebrahenſe cœnobium exornat, ſcimus Alſatienſis pagi mentionem factam. In diplomate Imp. Lotharii an. 845. pagi Alſaiindæ mentio fit, Illgau, *Vid. Obſ. VIII. §. 10. ſq. ad Chron. Königsh.* Athicus enim etſi in Alſatia ſedit, Dux tamen Germaniæ fuit nuncupatus, ib. p. 508. 511.

Alſatia, Alſati, Alſazen, die an der Ill ſizzen. Accolæ Illæ fluminis: Incolæ provinciæ aut pagi illius. Idem vocabulum habetur in verbis, Landſaſſen, Schrifftſaſſen, Ambtſaſſen, Erbſaſſen. Quod Saxonia inferior per *Satten* pronunciat. Quod non confundendum cum vocabulo Saſſen, Sahſen, Saxones, à *Sabs* pugio. Qui diſtincti in Altſaſſen, & Engelſaſſen, i. e. in Saxones aborigines, & colonos Anglicos. *Beda Lib. V. Hiſt. c. X.* Holſati etſi inter Saxones antiquos referendi, nomen tamen non idem eſt, quod *Altſaſſen*, cum hi latius pateant, ſed ut habet Adam. Brem. Lib. II. c. 8. *Holzati dicti à Sylvis quas accolunt.* conf. infr. Voc. *Sez.*

Alſatia quondam Helvetiorum portio fuit, ſicut Cæſar, Strabo, Ptolom. Tacitus deſcribunt, ait Aventin. L. VII. p. 450. Conf. Etym. Gall. Menagii v. Alſace.

Eliſatia etiam eſt villa in Epiſcopatu Trevirenſi, Cæſar. Hiſt. L. 10. c. 29.

Elcebus, elkebus, ἔλκηβος, Ptolomæo opidum Alſatiæ ad Ellam fluvium inter Argentoratum & inter Argentuariam. Nomen tractus Illenſis propriè, quod oppido deinde inditum videri poteſt; eſt enim vox compoſita ex nomine fluvii, *Ell* & *Kew*, *Gew*, Gaw hodieque, Ell vel Illgaw, tractus ad Illam fl. In diplomate Dagoberti R. vocatur ILLECHE, *vid. Obſ. X. ad Chron. Königsh. pag. 593.* Nec opus emendatione Cluverii *Lib. II. Germ. Antiq. c. XI.* Verum ut *Ellgau* eſt nomen tractus poſſeſſorum ad Ellum fluv. ita nomen opidi vel potius Caſtri, *einer Veſte oder Veſten Huſes*, uti tunc vocabatur, non *Ellgau* fuit, ſed *Ellgau-hus*, h. e. caſtrum ad defendendum Ellgau. Id quod Ptolomeus pervertit in *Elké-bus.* Sic in altero tractu Alſatiæ, Suntgovia, conditum caſtrum ad molendinum publicum contra invaſiones diffidatorum defen-

Digitized by Google

dendum, *Mül-hus*, Mulhusium conditum. Quale & Thuringi exstruxerunt. Ex his porrò observata dignum, *Pagum* Alsatiæ, ut in antiquissimis documentis vocatur, ex pluribus constitisse, *goviis*, *gauen*. Ex quibus *Alsatia propria* fuit & primævæ occupationis, quâ Alemanni Brisgovienses, Triboccis suppressis, utramque Illi ripam occuparunt, *Illgaw*. Hi extenderunt limitem versum meridiem usque ad Helvetiæ fines, occupantes Suntgoviam, ab ista plaga denominatam. Ad Occidentem ad Wosgoviam, Wosgau: ad septentrionem, ad Nemetes sive Speiergau. Ut itaque vulgaris opinio, quasi *Pagus* & *Gau* synonyma sint, non perpetuo vera sit. Atque de Alsatiæ limite veteri & novo hæc congessimus:

De Limite Alsatiæ Septentrionali.

EXtra controversiam est, & ex Scriptoribus vetustis Græcis & Romanis comprobatum, Tribocos, qui postea Alsati nuncupati, contiguos fuisse Nemetibus, qui Spirenses postea vocati. Et confitetur hoc Chiffletius in Alsatia vindicata c. I. *Alsatia*, inquit, *ad septentrionem Nemetibus terminatur*. Fuit itaque Alsatiæ pagus, uti appellatur veteribus, confinis Pago Spirensi, *dem Speiergaw*: & sæpe uterque ab uno Landvogto seu Advocato Prov. gubernatus.

Postquam vero pagum Speiergaw Elector Palatinus Rudolfus anno 1333. ut Advocatus Provincialis, Landvogt, administravit indultu Ludovici Imp. eâ occasione totus ferè pagus Spirensis (exceptâ civitate & Episcopatu) Palatinatui diversis titulis fuit adjectus: Fatente Frehero, Consiliario Palatino *Orig. Palat. c.* 14. Lehman. *Chron. Spir. L. IV. c.* 7. Unde factum, ut inter Speiergaw & Elsaz intermedii sint fines Palatini territorii hodie: Indeque porrò concluditur, ut quidquid non expresse continetur hîc finibus Electoratus Palatini, id ad Alsatiam pertineat versus meridiem. Speciatim verò Alsatiæ fines septentrionales ad fl. Lauter se extendere & Weissenburgum includere, & ad Palatinatum non pertinere, probatur 1. ex Catalogo Locorum, quæ ad Palatinatum ex pago Spirensi fuerunt adjecta, quem ex vetustis Diplomatibus contexuit Freherus, in quo nulla mentio Weissenburgi. 2. Ex pacto Joh. Ep. Arg. & Confœderatorum contra invasores, dictos Anglos, an. 1362. in quo inter Civitates Alsatiæ imperiales expresse Wissenburg recensetur. Itemque 3. ex alia confœderatione Ludovici El. Palatini ut Advocati Prov. Alsatiæ & civitatum Alsatiæ, de an. 1446. ubi itidem Wissenburg inter eas refertur. 4. Ex Sententia Frid. III. Imp. de an. 1442. inter Abbatem & dictam Civitatem, in qua vocatur *Die Stadt Weissenb. im Elsaz gelegen*. 5. ex Sententia Maximil. I. Imp. inter easdem litigantes, an. 1518. ibi: *Abt und Convent des Stiffts zu Weissenburg im Elsas*. Unde errat Lehman. *Lib. IV. Chron. c.* 9. qui Weissenburg ad Pagum Spirensem refert, sine adducto aliquo documento. 6. Ex subscriptione Rec. Imp. Spir. 1529. 33. *Gold. Tom. III. p.* 504. 7. è privilegio Caroli IV. Imp. Falckensteiniano de Phalburgeris an. 1372. Unserm und des Reichs Landvogte in Elsazze den Burgemeistern, Reten und Burgern gemeinlich zu Hagenowe, Wissenburg, Sels, und darzu allen Steten in Elsazzen.

Denique non ad Lutram tantum, sed usque ad *Queicham* fluv. fines Alsatiæ sese porrigunt, & *Landaw* includunt. Probatur ex Diplomate Rudolphi I. Imp. de an. 1291. in quo declaratur hæc civitas Imperialis & quod semper maneat membrum Landvogtiæ Alsatiæ, iisdemque libertatibus, immunitatibus & juribus gaudeat, quibus Hagenoa civitas. Denique ex Instrumento, omni exceptione majore, Pacis Westphalicæ, Cæsareo-Gallico §. 73. ubi inter Decem Civitates Imperiales *in Alsatia sitas*, expresse recensentur Weissenburg, Landau. Unde alius *Lehmanni* error notandus, qui & Landaw ad Speiergaw sine fundamento refert.

De limite meridionali. Sundgau.

J. Cæs. L. VI. *Arioviſtus Rex Germanorum in eorum* (Sequanorum) *finibus consedit, tertiamque partem agri Sequani, qui esset optimus totius Galliæ, occupavit*. Id quod Franc. Guillim. *L. II. Habspurg. p.* 66. exponit de iis agris Sequanorum, qui inter Vosagum & Rhenum nunc quoque & hoc solum in tractu, priscum aliquam partem retinent vocabulum SVNDEGAV, *Sequanorum ager*. Inferiora ad fines usque sive opidum Marckhelshem quod is utriusque Episcopatus Basil. & Argentor. limes, & Superior Alsatia & Sundegeu nominatur. Sed vide Inf. S. Idem *p.* 68. Ipse fl. Ellus ortus Vosago, qui Juraſſi pars est, scindit mediam & in superiorem inferioremque situ disparat. Aimo eand. in duos Comitatus scindit, nominatque Comitatum Alesatium & Sugitensem, h. e. Suntgoviensem, &c. Munster. *L. II. Cosmogr. XI.* Suntgoviam ad Alsatiam refert. Idem Guillim. *pag.* 73. amnis Duras qui in Ellum influit, ac Sequanos, sive quam regionem nunc Sundgeu vocant, ab Alsatia superiore dividit, ita quidem ut ejus (Tann) jam suburbium sinistro fluminis, Elsatiæ superioris sit.

Idem p. 331. *Mulhusium Elsatiæ opid.*

C. à Lerch, *de Ord. Equestr. ap. Limn. Add. l.* 6. 3, 70. Der Elsassische Adel ist des Reichs- und Kayserl. Immedietet, so am untern Elsass von der Eckenbach anfangt, und sich untern Hagenauer Forst erstrecket. Ab Ekenbach usque ad Sornam, *Diplom. ap. Obr. p.* 287. Guilim. de Episc. Arg. p. 39. *Jurisdictioni Episcopi Argent. subjectam totam Alsatiam inferiorem & illi objectam ultra Rhenum Mortnaviam: in universum milliaria Germ. XIV. longitudinis, quantum ab Eckenbach fluvio qui Basileensem; ad Lutram, qui Spirensem Diœcesin attingit, interjectum est: & latitudinis septem, ab Hercinïs jugis, ad Vosagi summitatem.* Chifflet. *Sequanis terminatur.* B. Rhenan. *L. III. p.* 531. ait: *Alsatiæ fines hodie*

multo ſunt ampliores, quam olim; nam partem Baſileenſis Diœceſeos complectitur, nobilibus vineis inſignem, quas Probus Aug. Gallis & Pannoniis habere permiſit. Chantarenu Tebare includit Mülhuſium & Sundgoviam.

Limes Orientalis.

Ultra Rhenum, Luitor. Lib. IV. c. 14. *Eſt in Alſatiæ partibus Caſtellum, Briſſacgauue patrio vocabulo nuncupatur, quod & Rhenus in mod. inſulæ cingens & naturalis ipſa loci aſperitas munit.*

Sigebert. ad An. 943. *Rex Otto obſedit Briſagam opid. Elſatiæ.*

Conf. Guilm. *Habſp. p. 67. p. 348.*

Chiffl. ad Orientem Rheno terminatur.

Munſter. L. II. c. XI. Brisgoviam ad Alſatiam refert.

Sine dubio Alemanni poſſeſſores Brisgoviæ tranſeuntes Rhenum & Triboccis ſuppreſſis, Alſatiam una cum veteri poſſeſſione Brisgovia obtinuerunt, quaſi Alſatorum regionem transrhenanam.

De limite Alſatiæ Superioris & Inferioris, & Speciatim ad utram pertineat Seleſtadium ſive Schlettſtatt, quæſitum.

ATque inter recentiores invenio commentatorem ad Beati Rhenani Res Germanicas, Jac. Ottonem, p. 61. & 539. qui Schlettſtat expreſſè Alſatiæ Superiori adſcribit: Sed ſine auctoritate aut teſtimonio veteris ſcriptoris. Ad ſolidiorem itaque deciſionem ut perveniatur, primò generatim videndum de limite, qui utramque Alſatiam dividit. Is verò ex omnium confeſſione eſt fluvius Ill ſive Ellus. Franciſc. Guillimannus L. II. Habſpurg. c. 5. pag. 68. *Ellus fluvius*, ſcribit, *ortus Voſago, qui Juraſſi pars, in Septentrionem declivis, ſcindit mediam, & in Superiorem inferioremque ſitu diſparat.* Hinc Marckelſe pro limite habetur, & inde nomen Marcæ Alſatiæ ſive limitis habere videtur. Idem Guillim. pag. 666. *Opidum Marckelſe utriusque Epiſcopatus Baſileenſis & Argentoratenſis limes, & Superior Alſatia & Sundgeu nominatur.* Itemque Eckenbach. Beatus Rhenanus Lib. I. Rer. Germ. pag. 59. limitem Alſatiæ Superioris & Inferioris *foſſam illam terminalem Eccenbachi rivi* ponit, *uno milliario ſupra Seleſtadium.* Ipſe autem Rhenanus fuit civis Schletſtadienſis & harum rerum peritiſſimus. Ex his igitur concludo. Quia Illus fluvius ad Eckenbach ſeparat utramque Alſatiam, igitur loca quæ cis Illum infra Eckenbach ſita, ea pertinent ad Alſatiam inferiorem, non ſuperiorem. Atqui Slettſtat ſita eſt cis Illum infra Eckenbach. Ergo. Accedit veterum Diplomatum autoritas, ex quibus idem Rhenanus docuit, Schletſtadium jam tum olim ad veterem Comitatum Kirchemenſem fuiſſe adſcriptam; at is in Alſatia inferiore ſitus fuit, ut adhuc ſedis ejus rudera penes Marlen extant.

Tertium argumentum eſt, quod in der Lands-Ordnung wegen der Frucht der Städte des Nidern Elſas de anno 1532. urbs Schlettſtat expreſſè inter has refertur. Denique Schlettſtat quoad Jus Diœceſanum pertinet non ad Epiſcopum Baſielenſem, ut Alſatia Superior, ſed ad Epiſcopum Argentoratenſem, cujus anteceſſor Otto Eccleſiam quoque in Sletſtat fundavit & conſecravit, an. 1044. Diploma exhibet idem Rhenanus *Lib. III. pag. 538.* ejusque reditus impetravit Albertus Epiſc. Argent. *ibid. pag. 543.* Igitur ad Alſatiam inferiorem pertinet Schlettſtadium.

Limes Occidentalis. Lotharingia.

Chifflet. ad Occid. monte Voſago terminatur.

An. 842. in diviſione Imperii Carolus Calvus Eliſazam ad Zabarnam introiit, *Nithard. L. III. p. 101.*

Theodorus de Bry Leodius in Charta Geogr. & Deſcriptione Rheni, Luzelſtein & Lichtenberg inter limitem Alſatiæ locat. Similiter Janſon & Hundius. De jure veteris ac naturalis limitis Alſatici, ſine dubio Luzelſtein includitur. Sed poſtquam Palatinatus fuit extenſus & partem de Pago Spirenſi, & partem de Pago Alſatiæ acquiſivit, limes quidem territorii Alſatici naturalis non fuit coarctatus, etſi per intermedium Palatinatus territorium à Spirenſi reliquo ſeparatus, à Rheno & Germersheimio usque ad Pfalzburgum fuerit, & Comites Palatini acquiſiverint eatenus jus territorii, jus tamen ſummi Imperii ſalvum manſit, usque ad ceſſionem Alſatiæ. Imò *Eremus Voſagi* in pago Alſatiæ à Theodorico R. a. 731. locatur, *Guillim. Habsp. p. 108.* Scilicet quod vulgò *Waſig* dicitur, non Waſi-gau, h. e. pagus Voſagi, ſed Waſig-au, Voſagi augia, eſt, quæ eſt pars limitis Occidentalis & Septentrionalis Alſatiæ: contra quàm putavit Autor Gravaminum contra Coronam Galliæ *apud Lunigium Syllog. Negot. publ. pag. 693.*

Status Alſatiæ.

Primitus, quantum ex Scriptoribus noſci poteſt, hic tractus Triboccorum fuit, & in Statu libero perſtitit, prout tum moris: usque dum Alemanni ſeu Suevi Rheno transvecti hanc terram occuparunt, & ab Ell fluvio nuncuparunt, de quo *in Obſ. XIX. ad Königsh.* Sed Imperio Romanorum ſubjecti.

Sub Francorum imperio Duces accepit, qua de re d. Obſ. plura §. XI. ſqq. Poſtea per Nuncios Cameræ gubernata, *Vid. infr. Bot.* ibi: Cammerbott. Dehinc per Comites & Comites provinciales, quorum primi videntur Comites de Werda fuiſſe, ante Habſpurgios. Vid. infr. Werda, & Diſcurſum Nobiliſſimi Domini DEBVS, Conſiliarii Dom. Comitis de Hanau-Lichtenberg, hîc ſequentem.

Ohn-

Digitized by Google

ALS.

Ohnmaſsgebliche Gedancken Uber Die Succeſſion der alten Land-Graffen zu Elſas.

(I. Von denen Herren Landgraffen im Elſas.)

ZUvorderſt dienet zu ſicherer Nachricht, daſs Weyl. Herr Johannes, Land-Graff zu Elſas der letzte Stammens und Nahmens dieſes uhralten Geſchlechts, deſſen Epitaphium de anno 1376. ohnlängſten communicirt worden, anno 1332. zur Gemahlin gehabt, Weyl. Frau Adelheiden von Liechtenberg, Weyland Herrn Johannſen Herrn zu Liechtenberg, des Jüngern, und Frauen Metzen gebohrner Gräffin von Saarbrucken Dochter, und ſolches vermög vorhandener Original Wittumbs-Verſchreibung über 700. Marck-Silbers, und anders. Sein Herrn Landgraffen Johannſen Herr Vatter war Herr Ulrich Landgraff zu Elſas, welcher ad divum Wilhelmi zu Straſsburg, zuſambt ſein Herrn Ulrichs Brudern Landgraff Philippſen begraben liegt, quorum epitaphia exhibet Prodromus Als: cap. 52. pag. 280.

Und iſt dieſe Verwandſchafft auſs vorhandenen authentiſchen Documenten ganz richtig. Im Land-Gräfft. Kauff-Brieff über verſchiedene Schlöſſer und Dörffer an Liechtenberg de anno 1332. ſtehet gleich Anfangs: Wir Ulrich LantGraff in Elſas, Philippus ſin Bruder und Johannes des vorgenanten Lant-Graffen Ulrichs Sun, tunt kunt allen den &c. der Wart geben an dem Mentag vor Sant Gregorien tag in dem Jore do man zalte von GOttes Geburte Drüzehenhundert Jore und zwey und driſſig Jore, it. in derſelben Pfand-Brieff über die Nieder-Frohne Matt zu Brumath de anno 1324.

Wier *Herrn* Ulrich *Lantgrav und Lantvoget zu Elſaſſe, Philippes ein Tum-Herre zu Straſsburg unſer Bruder, und Johannes unſer Sun, thunt kunt &c. &c.*

Sein Land-Graff Ulrichs *Frau Gemahlin iſt geweſen* Suſanna, *Weyland Herrn* Johannſen *Herrn von Liechtenberg des ältern, und Frauen* Adelheid *gebohrner Gräffin von Werdenberg, Dochter.* Verba Inſtrumenti Venditionis *über etliche Güther zu Boders-Weyer an* Jacoben *von Baar ſind folgende:*

Wir Johannes *Herr von Liechtenberg, und Vrowe* Adelheid *von Werdenberg ſine eheliche Wirthin thun kundt &c. mit Willen und Gehelle Herrn Ulriches des Landgraven Unſere Dochtermanns, und* Suſannen *unſere Dochter, deſſelben Ulriches, ehelicher Wirtinne, und Johanneſes Unſers Sunes &c. Der ward gegeben an deme Monetage, nach Sancte Georgien Tage do man von GOttes Geburte zalte dreyzehenhundert und in dem fünffzehenden Jare.* 1315.

ALS.

Die Landgräffliche Elſaſiſche Donation *dem Cloſter Stephansfelden* de anno drizehenhundert Jahr minder dry Jahr (1297.) *über einen Wald beſchehen, bezeuget, daſs dazumahlen der Brüder drey geweſen, nemblichen hochgedachter Herr* Ulrich, Egenolph *und* Philipps, *alle Landgraffen zu Elſas,* in prælallegato Prodromo Als: pag. 279. *aber werden deren noch andere ſo anno* 1280. *und* 1282. *gelebt angezogen, nemblichen* Johannes, (*ſo anno* 1312. *geſtorben, und bey denen* Franciſcanern *zu Schlettſtadt mit ſeinem* anno 1318. *gleichfalls verblichenem Sohn* Sigismundo, *begraben liegen ſolle;*) Sigebertus, Henricus *und* Ulricus, *zuſambt deren Frau Mutter* Bertha *gebohrner Frauen von Rappoltſtein, ob aber Ihr Herr Vatter* Sigebertus *oder wie ſonſt geheiſſen iſt mir unbekandt, doch möchte ſich etwa noch die Heuraths oder Wittumbs Verſchreibung oder auch andere dieſen Zweiffel benehmende* Documenta *im Rappoltſteiniſchen* Archiv *befinden.*

Vorernahmſter Landgraff Johannes *der älteſte ſeiner Herrn Gebrüdern, hatte ſich nicht weniger, als nachgehends Herr Ulrich, und deſſen Sohn* Johannes, *an eine Liechtenbergiſche Frävlein, nemblichen* Agnes *verheurathet, immaſſen die uffgerichtete Heuraths-Verſchreibung* de an. 1278. *bezeuget, es wird aber darinnen weder ſein Herr Vatter noch Frau Mutter benahmſt, wohl aber daſs ſeiner Frau Gemahlin Bruder, Herr* Conrad *von Liechtenberg, und deren Herr Vetter Ludwig Herr von Liechtenberg, einfolglich ihr Herr Vatter* Heinrich, *die Frau Mutter aber* Adelheid, *oder* contracte Ellin *gebohrne Gräffin von Eberſtein, wie nicht weniger daſs* Hermann *Herr zu* Geroltzeck *ſein Herrn Landgraff* Johannſen *Schwager geweſen ſeye, vermeldet. Solte nun, wie ſehr glaublich, Herr* Sigebertus, *welcher in anno* 1259. *noch gelebt, deſſen Vatter ſeyn, ſo kommt ſelbiger, dem* Henrico Landgravio *von deme das Hauptſächlich in* Prodromo dicto p. 278. allegirte Fragm. Urſtiſian: *ſaget, daſs er* anno 1238. *ohne mannliche Erben verſtorben, und deſſen Lehenbahre Land und Leuth bald denen* Dominis directis *als dem Röm. Reich, und Biſtumb Straſsburg wieder heimgefallen, auch ſolche denen von Habſpurg, und Oettingen* de novo conferirt *worden ſeyen, bald aber, daſs er einen* poſthumum *zuſambt einem Bruder verlaſſen habe,* in Succeſſione *ſehr nah bey, und müſte entweder berührter* poſthumus *ſelbſten, oder doch wenigſtens ſein* Heinrici *Bruders, Nahmens Dietrichs Sohn geweſen ſeyn; daſs aber dieſer ſolchen Nahmen geführt, bezeuget* Sigeberti Comitis de Werda & Civis Argentinenſis *dem Stifft Stephansfelden ertheiltes* Privilegium *über den Weidgang ihres Viehes im Bann Brumath* de anno 1217. *darinnen er meldet, daſs es mit* Conſens *beeder ſeiner Söhnen* Heinrici & D. ſeu Dietherici *geſchehen ſeye. Und darumb iſt nicht zu glauben, daſs mit ſein* Heinrici *Todt Stamm, und Nahmen, der Landgraffen in Elſas erloſchen; mithin ſowohl deſſen Reichs- als Biſchoffliche Straſsburgiſche, und andere Leben zuruck, oder auch ſolche auff die von Habſpurg, und Oettingen verfallen ſeyen. Dann*

1. *Derſelbe berührte anſehnliche Leben Stück ſchwerlich ererſt für ſich, und ſeine Mannliche* deſcendentz acquirirt *haben kan;* *

* Confirmatur per litteras inveſtit. Imp. Wil-

ALS.

Wilhelmi datas Emiconi jun. Com. Sylv. de Comitatu & universis bonis quæ Comes Henricus de Werda tit. feudi olim tenuit, si heredem memorati Comitis absque herede legit. præmori contigerit. Ingelheim 1248.

2. *Auch solche dem* posthumo *nicht entzogen werden mögen, oder aber, da es ja von denen Lehen-Herrn allzufrühzeitig bewerckstelliget worden wäre, dannoch* restituirt, *oder aber uff dessen Todt der* Patruus Diethericus, *als nechster Stamms-*Agnat, *oder dessen Söhne damit* investirt *werden müssen. Allermassen dann auch*

3. *Ausser Zweiffel der Ursachen geschehen, weilen alle solche Lehen noch* 106. *biss in* 121. *Jahr lang bey der Landgräfflichen* Familie *verblieben, und die Reichstheils auch andere Lehen,* anno 1332. 1351. *und* 1359. respectivè *auff Liechtenberg* devolvirt, *das übrige aber an den Kayser, wie auch das Bistumb Strassburg verkaufft worden, da doch deren Theils allbereits etlich* 100. *Jahr zuvor bey der* Familie *gestanden. Wie nun*

probare contendit, Witikindum fuiſſe Regem Saxonum, regnum Saxoniæ fuiſſe Regnum Angariæ nuncupatum. Sed optime monuit Jo. Goes, epitaphium id non eſſe coævum defuncto, & *Regis* nomen ex vulgi perſuaſione tunc ita uſurpatum, denotare potius Regulum ac Ducem. Sicuti & Regni vox, *Rik*, pro territorio & Ducatu fuit uſurpatum. Lex Alamann. cap. XXXV. de filio Ducis contumace contra patrem, *ſi vult regnum ejus poſſidere.* Simile habetur in *Leg. Baiwar. T. 2. c. 10. §. 1.* ùt *AngerRik*, regnum Angariæ, *AakenRick*, Regnum Aquisgranenſe, das Rick van Aaken & ſimilia, nihil niſi territorium ſignificat, ſicut dicimus Territorium Argentoratenſe. Cæterum Territorium illud Angariæ inter Comites videtur tunc diviſum fuiſſe, in orientale & occidentale, etſi totum intermedium fuerit inter Weſtphalos & Oſtfalos. Denique Baſilicam Angriæ cum tumba & corpore Paderbornam ab Henrico Aucupe translatam, obſervat H. Petreus, JC. *de Monaſteriis pag. 12.* ſine dubio Cranzium ſecutus. Sed Autori notarum ad Monumenta Paderbornenſia pag. 149. falli videntur Cranzius & alii, quum Angarienſe Collegium auctoritate Pontificiâ an. 1414. Hervordiam translatum ſit cum cineribus Witikindi, qui ibi advenis commonſtrari ſoleant.

§. III.

Ab illis & Anglis & Angrivariis diverſi ſunt Angli Cimbrici, & Anglen ſive Anglia Cimbrica, vetus provincia inter Holſatiam & Jutlandiam, cujus metropolis Sleswich, ab Angulo, Regulo, fratre Dani, filio Humbli, de quibus Saxo Grammat. *Lib. 1. & ibi Stephan. p. 28.* Hos Anglos ab ipſis Jutis oriundos ait Ol. Worm. *de Liter. Run. pag. 29.* Ab iis certè & Jutis ac vicinis Saxonibus Britannia occupata fuit, teſte Beda, & Stephan. *d. l. pag. 29.* Ol. Worm. *L. 1. Faſt. Dan. cap. 14. & L. 3. Monum. pag. 193.* Illos Jutas verò perperam nonnulli cum Getis confundunt, ùt *Scheringham de Orig. gentis Anglor. cap. 1. & 2.* Etſi enim in antiquis Chronicis Sax. *Geatum*, Giotæ, Jotæ, Gutæ, Geatuni, Jotuni, Jetæ, Jutæ, Juitæ, Vitæ, nominantur; non ſunt tamen *Getæ*, Aſiaticus populus, cum quo Gothi ſeptemtrionales ſeſe aliquandiu commiſcuerunt, ut pro uno populo habiti, de quo infra voc. *Gothi.* H. Conring. *de O. J. G. c. XIII.* ait, Anglos ex Cimbrica Cherſoneſo conſtat in Britanniam migraſſe. Contrà quàm putavit Ph. Cluver. *L. 3. G. A. cap. 27.* Germanicos Anglos in Cimbriam migraſſe, auctore deſtitutus, atque error planè eſt, Cimbros Anglos in Angliam profectos deſeruiſſe patriam, ùt ex Beda rectè allegat, & tamen Anglos Germanicos Angliam Cimbricam poſtea occupaſſe, atque una cum Saxonibus ad Rheni oſtia, & hinc in Britanniam transgreſſos, Regnum Anglicanum condidiſſe. Angli Cimbrici cum conterminis Saxonibus Brittanniam occuparunt & *AngloSaxones* appellati fuerunt. Sed audianus ipſos Annales Saxonicos à Cl. Gibſonio primum erutos: *An. 449. Hengeſtus & Horſa à Vortigerno Britannorum Rege acciti in ſubſidium, mittebant ad Anglos ut ſibi transmitterent plus auxilii. Venerunt viri de tribus Germaniæ provinciis, de antiquis Saxonibus, de Anglis, de Jutis. Ab Anglis (quorum patria ab eo usque tempore manſit deſerta inter Jutas & Saxones) originem duxerunt Angli orientales &c. Engloland* primùm per Edictum Egberti Regis an. 800. vocata fuit, *Stephan. in Sax. Gr. p. 29. Angelcynne*, Angli dicti. Alvredus Rex Saxonum

xonum Occidentalium in Anglia p. 22. *Æthelbyrthes the ærest fulwiht underfeng on Angeliynne.* i. Ethelbertus primus Anglorum baptismum accepit. Item *Engle*, & iis junguntur *Dene*, Angli & Dani, in fœdere Edoardi & Guthruni Regum. Annales Saxonici : An. 787. venerunt primum tres naves Norwegiorum de Herethorum terra. Istæ primæ fuerunt naves Danorum, quæ Anglorum nationem peterent. (the Angeliynnes lond gesohton.)

§. IV.

Engellender dicti fuerunt *eine jede grosse Gesellschafft*, ait Jac. de Königsh. *Chron. c. 2. §. 65. & c. V. §. 114.* qualis scilicet fuerat Hunnorum sub Attila : & postea an. 1366. factio Lombardica, ùt à Fabricio & Calvisio vocatur, vulgariter *die Engellender* dicti, *Idem Königsh. cap. 2. §. 219. & cap. IV. §. 73. & cap. V. §. 149. V.* Du Fresn. *Glossar. voc. Compagnia.* St. Baluzii *de Vit. Papar. Aven. T. 1. pag. 334. 350. 945.* & Observ. *ad Königsh. XVI.* supra *voc. Briten.* & *Brach. Brabant.*

§. V.

Engellender pfennig, species monetæ, sed Germanicæ, quæ etiam *alte Offenburger* dicti, nimirum *Offo* regulus Anglicanus, patriâ relictâ, *Offenburgum* in Mortenavia condidisse fertur, & hanc monetam fieri fecisse autore Coccio *de Dagoberto, pag. 74.*

ANGO, angustia, *angst.* Otfrid. IV. 12, 26.

In herzen uuas in ango.
In corde erat illis angustia.

Hinc reliquum compositum *Bange, be-ange.*

Angen, angere, in angustias trahere. Otfrid. III. 24, 28.

Ginadaz thin ni hangti,
thaz tod uns sus io giangti.
Clementia tua non indulsisset,
ut mors non sic anxisset. Vide *Ang.*

Anguſt, angusti, angst. Otfr. III. 25, 21.

Irgeit iz zi angusti.
Redigetur ad incitas.

Idem IV. 6, 58.

UUoltun imo angust giduan.
Volebant ipsum angustiâ afficere.

Similiter IV. 18, 38.
Lib. V. 10, 40.

Tho ruartun se angusti.
Tunc anxii redditi.

Angustonter, anxius, Kero. cap. 64.

Angustiton drato, valdè cruciabantur, Otfrid. III. 20, 206. Et cap. XXIV. 221. *angustitun* drato. [Ubi Schilterus vertit : *persequuti nimis.* Scherzius autem reddendum esse notavit *Angebantur valdè.*]

[ANGOHTEN, bruchum aculeatum. Gloss. Monsˑ p. 338.]

ANGON, hasta Francica. Agathias lib. 1. *Brevia tela, quæ ipsi ἄγγονας, anconas, vocant, cujus pars major ferro obducta est, ita ut ex ligno aliquid præter manubrium vix extet : in superiori ferro tanquam hami utrinque sunt & deorsum vergunt.* Vid. *Lipsii Poliorcet. Du Fresne Glossar. Angones.* B. Rhenan. *Lib. 2. Rer. Germ. p. m. 191.* Ph. Cluver. *Lib. 1. Germ. Antiq. c. 44.* Hinc nostrum *Angel*, hamus.

ANGSTER, nummus Helveticus, 2. faciunt 3. den quasi *Augster*, ab Augustis h. e. Episcopis, Abbatibus, ut opinatur Goldast. *T. 3. Rer. Alem. p. 29.* At Hotting. Spec. Helvet. Tigur. p. 24. dictos etiam refert *Angesichtpfennig, Antlizer*, vocatos, ab impressis Prælatorum faciebus. Ab hoc differt nummus qui *Augustanus* dictus, vel Augustalis, ex corio à Frid. II. an. 1240. cusus in obsidione Parmensi, singulos deinde Victorinis aureis reluit, Naucler. Generat. 42. Collenut. in Chron. d. an.

[ANGUUEIZO, pustula. Gloss. Monsˑ pag. 322. *anguueizono*, papularum. p. cit.]

ANHAP, origo, ab *anheben*, incipere. MS. liber Salicus : *Anhap der Stifft S. Michels zu Hanouwe.* supra *Anahab.*

ANHAEBEL, suspensus : Glossæ MS.

ANHENDI, mancus : Glossæ MS. i. e. sine manibus.

ANHLOT, municeps, juris civitatis particeps. Guilielmi I. R. Angl. Lex LIV. de jure Normannorum, qui ante adventum Guilielmi, cives fuerant Anglicani : *Et omnis Francigena qui tempore Edwardi propinqui nostri fuit in Anglia particeps consuetudinum Anglorum, quod ipsi dicunt Anhlote & Anscote, persolvat secundùm Legem Anglorum.* Explicanda hæc lex ex præcedente est, ubi de solutione pro cæde Normanni vel Francigenæ quem secum adduxerat Guillelmus sanxerat, in hac porrò constituit de solutione pro cæde ejus qui jam ante adventum, sub Eduardo R. jus civitatis Anglicanæ acquisivissent, quod hæc solutio non debeat fieri secundùm Wilhelmi constitutionem, sed secundùm Anglicanam veterem. Perperam igitur solutio vectigalium hîc intelligitur : Neque solvi *anhlote* dicitur, sed *Anhlote & Anscote*, dicuntur hîc illi, qui participes consuetudinum Anglorum sunt, consuetudines porrò Anglorum sunt jura civitatis Anglicanæ, in quam qui recepti fuerant, dicti sunt *Anhlote & Anscote*, h. e. cives receptitii, adoptati, adscititii. Neque *An*, unum significat, sed *in* vel *ad* : atque nihil aliud denotant *Anhloti & Anscoti*, quàm quos Romani vocant Municipes & Incolas. Vide Vocab. *Hlot, & Scot.*

ANHRIOSITH, ingruente : Gloss. MS. AS.

ANHUNERBO, L. Sal. tit. XXVII. §. 20. de prohibito aratro ducendo. Lectio vitiosa, sine MS. vix emendanda.

ANI, unum, ain, ein. L. Sal. t. XI. & XVII. & t. XXIX. *Anilasina*, una lasina, mulcta DC denariorum : Theu lasina, MCC denariorum. ita *Wendelin. Gloss. Sal.* quasi esset à lösen, lösunge : sed per omnia fallit. *Lasina* enim est ancilla, *Laz*, servus, *Lazin*, ancilla. *Theulazina uuürtico*, ancilla dignior, quam Lex Alem. *de genitio priore* vocat. cap. LXXX. 2. *Cammermagd.* Sed quid *Ani ?*

men-

Digitized by Google

mendoſam lectionem indicat Codex MS. Pariſiensis, qui habet: *Malb. eualeſina.* At *Euua* eſt conjugium, & *leſin* eſt ſolvere: h. e. adulterium quod legem connubii ſolvit.

[ANIG. *Din nabelo iſt gedrater naph, nieuuanne drinchenes anig.* Willer. Cant. VII. 2. Ubi quidem pro *anig*, ſcribendum eſſe *unanich* vel *uuanig*, *indigens*, ſtatuit Junius, cui adſtipulatur Stadenius in Expl. Voc. Germ. Bibl. p. 807. Aſt Scherzio nihil in textu mutandum videtur. *Anig* enim eſſe ab: *an, ana, ane, ano*, quod idem eſt ac *absque, ſine.* vid. ſupra *Ana*]

[ANIZ. *Aniz lant*, an das land. Rhytm. de S. An. 15. 233. Reineſ.]

ANITHEOTA. Vid. v. *Barco.*

ANK, juvenis, miniſter.

Vid. Althamm. ad Tacit. Obſ. mea V. ad Chron. Königsh. §. 12.

ANKA, butyrum. Kero.

ANKEN, *inanken*, inſerere, infigere. Kilianus.

ANKUL, *Ankel*, Anculus: Miniſterialis Domus Regiæ, Gloſſæ Iſidori. Sed perperam ab ἄγγελος Salmaſius deducit, *ad Hiſt. Auguſt.*

Hinc *Enkel*, adoleſcentulus, nepos.

ANLANDAE, è veſtigio: Gloſſæ MS. ASax.

ANLAZ, compromiſſum.

Ludovicus Imperat. an. 1345. inter Comites Palatinos Rheni Rupertos & Henricum AEpiſc. Moguntin. ſententiam tulit: *Daz wir von des anlazzes wegen, als der Erwerdige - und die hochgeborn an uns lazzen und gegangen ſind umb die loſſunge de Burg &c.*

Anlos, compromiſſum. Chronic. Königsh. c. V. c. 38. *Hiezwuſchent dotent die von Strosburg und die Bredigere umb alle miſſebelle einen anlos an Hern Cunrat von Lichtenberg den Biſchof von Strosburg, der ſprach den anlos us und urteilete das ſich* &c. Idem cap. 142.

ANLEITEN, inducere, immittere.

Anleitung, immiſſio ex primo decreto. *Beſold. Th. Pr. b. v.*

Anleitungsbrief, Decretum executoriale vel immiſſoriale, etiam ſub pœna banni, *Beſold. ibid.* Anleizbrief. *Chron. Königshov. pag. 755.*

ANLITON, vultus. Gloſſæ Lipſii. ubi Somnerus: *Saxon. Andwlite, quandoque wlite, quod etiam eis decorem ſignabat.*

ANLUCCE, facie. Gl. Lipſii, ubi Somnerus: *Vultum alicujus nos dicimus looke, ut ſpeculum, a looking-glaſſe, à Sax. locian, videre, aſpicere: Vultu ſic dicto, quaſi parti corporis viſui magis obvia unde fortè Facies Saxonibus alias dicta Anſine, à geſeon, videre.*

Anlucun, aperuerunt. *Belucun*, concluſerunt. Gloſſæ Lipſii.

Antloc, revela, Gloſſæ Lipſii. ibi Somnerus: *Priori affine noſtrum to unlocke, reſerare: poſterius verò Teutonicis priſcis, ut videtur, cum Saxonibus commune; quibus concludere, belucan, Verſtegano noſtro beloken; ſeratum autem & firmè clauſum, belocud, unde noſtrum locked. Vox hîc ſubſequens, Antloc, revela, ab eadem ni fallor, eſt origine, ac Anlucon, hîc.*

Cantic. Cantic. Willerami II. 14. *Zoyga*

Mer thin anluzza. — Anluzza thin ſcona.

(Oige mir din antluzzedin antluzze ſcone: ita noſtra edit.) oſtende mihi faciem tuam, faciem tuam pulchram.

Gloſſæ Fr. Junii veteres: *Anluzze, vultus, facies.*

ANMIN, hodiè *anmuthig.* Stainh. f. 128. *So lieplich, ſo ſuſslich, und ſo anmin beſchrybet.*

ANMOD, contumax: Gloſſæ MS. ASax. Vide *Mod.*

ANNUZZE, facies. Tatian. cap. VII, 6. *Giſahun mine ougun thinan heilant, then thu giantuurtitos fora annuzze allero folco.* i. Viderunt oculi mei Salutare tuum, quod paraſti ante faciem omnium populorum.

Otfrid. III. 21, 69.

Joh uuir nan muazin ſcouuon
offenon ougon,
Indanemo annuzze.
Ut nos ipſum poſſimus videre
apertis oculis,
aperta facie.

Idem V. 2, 7. de ſigno crucis:

Thaz ſculun uuir malon in unſeme annuzze.
Hoc debemus ſignare in noſtra fronte.

Niſi ubique legendum ſit *Anluzza.*

ANOLKIN, integra. Kero. [Ita quidem legit Goldaſtus, ſed in ipſo Kerone, *uuehcha anolkiu.* Septimana integra. c. 18 in f.]

ANON, avi, majores. Otfr. I. 11, 53. de Joſepho & Maria:

Ullanta ira anon uuarun thanana.
Gottes drut thegana.
Namque ipſorum avi erant exinde,
DEI fideles ſervi.

Vier anen beweiſen, quatuor progenitores nobiles demonſtrare, quando quis teneatur, Vid. J. Sax. Prov. L. 3. A. 29. quod & *Handgemal* ibi vocatur. abſurdus autem ibi eſt Gloſſator: *das wort Ahnen iſt aus dem Latein gezogen von dem wortlein Anus, welches heiſt de Hinder an dem menſchen.* In MS. meo ita legitur: *dis iſt us deme Latine genomen, wen einen Mus hat einen ztagil.* In edit. Boxtorffiana an. 1482. ita habetur: *Nu wiſſe das das wort Anen iſt aus dem Latein gezogen und kommen, wann anus beyſt ein zagel oder ein ars.*

Altanon: Otfr. I. 3, 31.

Thio buah duent unſih uuiſi,
Er Chriſtus altano ſi.
Biblia faciunt nos certiores,
(Quod) Is (Abraham) è Chriſti Majoribus ſit.

Anaron, gianaron, propagare. Otfr. I. 3, 21.

De Noâ: *Fon themo thie liuti, thez uuas not,*
uuurtun auur gianarot.
A quo homines, quod opus erat,
fuerunt iterum propagati.

ANOWADO, L. Sal. tit. XXVIII. §. 5. vocatur infans nondum natus, aut antequam habeat nomen, aut natus intra novem noctes. *Siquis infantem in ventre matris ſuæ, aut antequam habeat*

Digitized by Google

nomen, aut natum inter novem noctes occiderit, Malb. ANOWADO. VIIIM. den. qui faciunt Sol. cc. Hinc liquet tempus, quo Franci infantibus ſuis nomina impoſuerunt, poſt novem noctes. Et videntur ante id tempus infantes non involviſſe faſciis: unde vox compoſita ex *ano*, ſine, & *uuado*, wat, indumentum. Eâdem ut videtur ex ratione, quâ recens natos Rheno probarunt.

ANPHANCHLICH, acceptabilis, Notk. Pſal. LXV, 15.

Anphange, amplexus, Notk. Pſal. CIII, 3.

ANPINTAMES, ſolvamus, Kero apud Goldaſtum. Sed leg. *Antpintames.* hodie, *entbinden.* [In Kerone c. 16. legitur *duruh anpintames.* ſolvamus. c. 18. *duruh inpintames*, perſolvamus.] Sic & Gothi Marc. I, 7. *Andbindan ſkaudarlip*, ſolvere corrigias calceorum. *Fr. Jun. Gloſſar. Goth. pag.* 58.

ANSA, *hanſa*, multitudo. Tatian. 200, 1.

Verſio Gothica. Luc. VI, 17. Marc. XV. 16. Joh. XVIII, 3.

Hanſa, multitudo congregata, concio, concilium. Vetus verſio Germanica Evangeliorum: *Concilium fecerunt in eum.* Hanzam reddit.

Anſi, Hanſi, Proceres, communi fortunâ majores, *H. Jun. in Batav. cap. IX. pag.* 137. & 178. Jornandes *Lib. XVII. de reb. Get.* ait: *Gothi proceres ſuos, non puros homines, ſed Semideos, id eſt HANSES vocavere. Freyhanſen*, qui in ſingulari libertate fœdere ſe junxerunt, P. Bertius Lib. 3. Rer. Germ. cap. 4.

Hinc in compoſitione Nominum propriorum: Anſelmus. Ansbrechtus. Ansbertus, conditor ſecundi ſtemmatis, Carolini. Ansfridus. Anſuualdus. Anſegiſus, ex Anſe & Gæſus, primas virorum fortium. Nomen proprium patris Pipini Heriſtali, Ducis. Unde contractum ANSEIS, Ducis militaris nomen in bello Caroli M. contra Saracenos in Hiſpania, *Fragm. Carminis* ℣. 2710.

- *Tho Anſeis thas geſah*
  zo ſineme ſinde er ſprah.

  Cum Anſegiſus id videret,
  ad ſuos commilitones loquutus.

Vide meas Obſerv. Hiſtor. ad Königsh. V. §. XII. & VII. §. ſi. Hinc nomen opidi Enſisheim in Alſatia Superiori, olim Vruncæ, *Guillim. L. 2. Habſp. cap. VI.*

Hinc & ANSVARII Franci, vide Fr.

ANSATICÆ urbes, *Hanſeſtätt*, ab inhabitantium frequentia. *Fr. Jun. Gloſſ. Goth. p.* 189. Iſ. Pontanus *Lib. 2. Orig. Franc.* 8. Non à mari, *an sè*, ut arbitratus Polyd. Virg. & Menag. *Etym. Gall. voc. Anſeatique.* In Rec. Imp. an. 1544. §. 33. vocantur *die Hayn - und Seeſtätte.* de Hanſa Teutonica promiſit H. Meibomius libell. ſingularem. Conf. Vorburg Vol. 3. p. 291.

Hanſa, vectigal Principum, Hanſorum, telonium. Meier. de Reb. Flandric. an. 1164. *ab omni telonio ac hanſa, quam vocant, fecit liberos.* Vid. *Anslehn.*

ANSAMT, alsbald, ſimulac. *Conſtit. Argent.*

ANSCEOT, exentera: Gloſſæ MS. ASax.

Anſeiden, v. antſeiden. & *ſeida*, laqueus. q. d. ex laqueo extricare, defendere, Notk. Pſalm. CXI. 5.

ANSES, *Anſedel, Anſas, Siedelhof.* Jus Alem. Provinc. cap. XXXV. 2. *Iſt da ain Sedelhof* (al. Anſedel) *da der vater uffſaſs. und läſt der vater ainen ſun und tochter hinder Im die nicht ausgeſteuret ſeint. die ſun beſizent das Aneſedel mit recht vor den tochtern. Und iſt aber anders da nicht dann das ANSASS, ſo ſtet es an der brüder gnaden was ſie den ſweſtern gebent.* i. e. Si in hereditate relicta extat Anſaſs, Sedelhof, Anſedel; & reliquit pater filium & filiam poſt ſe qui non ſunt dotati. Filii poſſident Aneſedel de jure præ filiabus. Si verò nihil aliud adeſt, quàm Anſaſs, tunc ſtat in fratrum gratia arbitriove quid quantumve ſororibus dare velint. Eſt itaque *Anſaſs* quod hodie vocamus *Stammgut*, bonum fideicommiſſo ſubjectum; vox eſt compoſita ex *Ane, anon, avi*, & *ſeſs* poſſeſſio, prædium: Bonum Aviaticum, quod veteri jure bona aviatica regulariter erant fideicommiſſo tacito & legali ſubjecta. *Vid. Comm. noſtr. ad J. Feud. Alem. cap. LXIV.* 7. Jus Apannagii etiam hinc cernitur.

ANSIUNE, vid. *Anaſiun.*

ANSLEHN, emphyteuſis.

Charta Alemann. circa An. 1244. *apud Goldaſt. T. 2. Rer. Alem. pag.* 52. n. LXXX. *Ego prædium meum in Kuſſenach ſitum prope lacum Turicinum cum jure patronatus Eccleſiæ parochialis — hominibus, FEODIS, quæ vulgariter dicuntur ANSLEHIN vel ERBELEHIN, agris, pratis, paſcuis &c. dono Monaſterio S. Galli.* Scilicet *Anslehn* eſt ſpecies feudi Germanici, *Erblehn*, vel *Erbzinslehn*, quod præſtat non fidelitatem, nec ſervitia, ſed ANSAM, h. e. vectigal, canonem.

ANSPRACH, actio forenſis. Formulam veterem habet Gloſſa *ad J. F. Sax. cap. XIII.* 10. art: *Anſprach eines guts, wenn man den zu ding ladet, der das gut in geweren hat, und zu im klaget, in ſolcher weiſe: HERR Richter, Mevius helt mir ein gut vor mit unrechter gewalt, das mir ledig und loſs geſtorben iſt von einem meinem rechten Lehnmanne: derhalben beger ich rechts und einer antwort.*

ANST, gratia. *Anſt Cotes pim daz daz pim.* Gratia DEI ſum id quod ſum. Kero Prol. pag. 18. conf. & c. 5. 34. *Enſti*, gratiæ. Prol. p. 15. cap. 20. Id. Kero. Biblia Gothica Luc. 2. 40. *Anſts Goths was ana ima.* Luc. 1, 28. *Fagino anſt aiauda hafta.* ave gratiâ plena.

Otfr. I. 5, 36. de eadem Angelica ſalutatione:

Fol biſtu Gotes enſti.
Plena es DEI gratiâ.

Idem II. 2, 73.

Follan Gotes enſti.
Plenum DEI gratiâ.

Idem V. 25, 201.

Si guallichi thera enſti.
Sit honor huic gratiæ.

AN-

Digitized by Google

ANS.

ANSVEBIDUN, ſopitis : Gloſſæ MS.

ANT, Ent, particula privativa, in Compoſitis. *Antdbabidiu*, revelata, Iſidor. c. 2, 2. c. 8.

ANTFANGEN, emphangen, ſuſcipere. Kero : *Antfangida*, *Antfankida*, *Antfenkidu*, Acceptio, ſuſceptioni, cura. cap. 2. 34. 53. *Niſt mit cotan beiteo antfangida.* Non eſt apud DEUM perſonarum acceptio cap. 2. *Antfankida*, percipiat. cap. 25. *Antfangigaz*, acceptum. cap. 5. *Antfanclih*, acceptabilis. cap. 5. INTFANGAN, ſuſcipi. cap. 54. 60. [*Antfengikhapetum*, acceptaverunt. Gloſſ. Monſeenſ. pag. 404. forſan legendum *antfengik hapetun.*] Otfridus Lib. I. cap. V, 145. *Gibetes antfangi*, oratione ſuſceptâ. [*Precum acceptatio*, vertend. juxta Scherz. in Not.] Notk. in Pſal. XXI. 1. *umbe den antfang*, pro ſuſceptione. [*Zi predigonne antphengi jar Truhtines.* Prædicare annum Domini acceptum. Tat. 18. 2. Ad quem locum Palthen. notat. Utrum perinde Francis hæc vox *antphengi*, atque latina *acceptum*, rem gratam atque delectabilem ſignificet, in medio relinquimus. Hactenus exemplum non occurrit. Eſt quidem in textu A. S. *andfenge*, ſed quod itidem auctoritate caret. p. 341. At exempla adducta rem nunc extra dubium ponunt.]

ANTFRAHIDU, interrogationem. Kero. Prol. v. Frahidan. [Extat quoque ap. Keronem c. 7. *Zanfrabidu*, ad interrogationem. Sed puto legendum *ze antfrabidu.*]

ANTFRESON. vid. *Frais.*

ANTFRISTAN, edere. Gloſſæ veteres: *Antfriſtunga*, Editio. *Antfriſtungo*, editiones. *Manigu antfriſtunga*, vulgata editio. Fr. Jun. ad Willeramum pag. 50. n. 10. Notk. Pſalm. CIII. 17. *Antfriſta*, editio. [Gloſſ. Monſeenſ. *antbfriſtunga*, editio. p. 330. *antfriſtunga*, editionem. p. 348. *antfriſtoti*, transferrem. p. 330.]

Item interpretari. *Antfriſtin.* Interpretes. Notk. Pſ. CV. 39. conf. etiam Pſ. LIX. 2. Otfr. V. 9, 101. de Salvatore :

Antfriſtota oub ſîn fram
thaz giſcribin ſo ſo zam.
Interpretatus quoque prolixius
Scripturam prout decet.

Willeram. in Cant. Cant. c. 1. ℣. 14. *Engaddi is ein ſtad, thar ther* (da der) *waſſent arbuſculæ balſamum deſudantes. ande* (unde) *wirt geantfriſtot* (geantfriſtet) *fons hædi.* Annotat P. Merula : *Ineſſe videtur Friſiorum nomen, quaſi dicas VERFRIEST*, h. e. in Friſicam linguam *translatum, quemadmodum vulgò dicimus VERDUITSCHEN, pro, in linguam Teutonicam transferre.* Sed quid *ant?* & Friſica dialectus non eſt Teutonica generalis. Rectius à *Friſt*, ſcrupuloſitas, & *ant*, *ent*, privativâ particulâ, *antfriſtan* eſt omnem ſcrupulum eximere, interpretari. Vid. F.

ANTHEBAN, prohibebo. *Anthatta*, prohibui. Gloſſæ Lipſii.

ANTHEDI, L. Sal. tit. XXVII. §. 15. *Screonas anthedi*, Scrinia, ciſtas effringere. Videtur reſcribendum *Anthebi.*

ANT.

ANTHEIZZA, vota, Notk. Pſalm. CXV, 18. [*Antheizono*, votorum. Gloſſ. Monſ. p. 352.] vid. inf. Heizen.

ANTIKRIST, Antichriſtus. Otfr. IV. 7, 56. de Salvatore :

Giuuag in oub ginoto
thes Antikriſten zito,
Thes githuingniſſes,
theſu uuorolt thultit thanneles.
Expoſuit eis etiam accuratè
Antichriſti tempora,
Perſecutionis, (magnæ)
Hic mundus patietur tunc eam.

Rhythm. de S. Annon. ℣. 258. de Cornu parvo Danielis :

Thaz biceichnit uns den Antichriſt,
der noch in dieſe werlt kumftig iſt.
den Got mit ſinir gewelti
cir hellin ſal geſendin.
Hoc deſignat nobis Antichriſtum,
qui adhuc in hunc mundum venturus eſt.
Quem DEUS per ſuam Potentiam
ad infernum mittet.

ANT, Anti, zelus. des *Antin* : Zeli. c. 65. *Anton*, zelum. cap. 4. Kero. [Hinc hodie *etwas anden.* Scherz. not. ad Otfr. III. 14. 72.]

Antémo, zelus ipſi. Otfr. II. 14, 6.

Thera ferti er uuard ymmuait,
So ofto ſar antémo duit.
Hoc itinere Ille erat fatigatus,
ut ſæpe ſanè zelus ei fecerat.

[At in Cod. Vindob. & Vatic. non legitur, *ſar antemo*, ſed *farantemo*, i. e. *iter facienti.* notante Scherzio in h. l.]

Ando, zelus. Notk. Pſalm. LXVIII, 10. & Pſ. LXXVIII, 5. ubi differentiam inter iram & zelum hanc reddit : *Ira zorn ſiehet ad vindictam ze gericche : zelus, ando, ad exactionem caſtitatis, ze dero eiſco reinlichamin ioh ſela reini.*

Notk. Pſalm. CXXXVIII, 21. *iro unreht ando was ſîne dich*, iſtorum injuſtitia zelo digna pro te. unde Verbum, *Andoda.* Gloſſæ Lipſii.

[Gloſſæ Monſeenſ. ſeqq. habent. *Antin*, zelo. p. 365. *anadota*, zelatus eſt. p. 361. 396. *anadomes*, zelemus. p. 392. *anadunta*, zelantus (legend. zelantes) p. 366.]

Fragment. de bello Caroli M. Hiſpanico, ℣. 2287.

Thie rechent gerne thinen anden.
Erlo(v)be mir ouer Rolanden.
Hi vindicant libenter tuum zelum.
Permitte mihi ſuper Rolandum.

Anden, zelum. Notk. Pſalm. VII, 13. Idem Fragm. ℣. 4030.

Ja ſi wir thar zo gehalten,
thaz wir then Godes anden
an in ſculen reken.
Sumus utique ad hoc obligati,
ut DEI zelum
in ipſis debeamus vindicare.

ANT.

[Striker de Expedit. Caroli Hiſp. cap. 5. Sect. 11. p. 11. *Erlaubet mir daſs ich ande* (h. e. ut ulciſcar) *Mein Schaden an Rulande.*]

Anton, expoſtulare, indignari. Otfrid. I. 22, 50. de S. Maria JEſum puerum quærente:

Bigan ir harto anton.

Cœpit ſecum valdè expoſtulare.

[Scherz. hunc locum ita reddendum cenſet. *Cœpit ejus rei nomine in zelum dari.* Not. ad l. c.]

Idem III. 14, 72. de muliere hæmoorruſa:

So ſiu thaz tho gihorta,
thaz er iz antota.

Quum ipſa hoc audiſſet,
quod Ille id exquireret.

[Scherz. *antota* mallet reddere *arguendo tangeret.* Not. ad h. l.]

Anton, inquirere. Otfr. IV. 22, 25.

de Barraba: *Thanne uuas imo auur ther*
Scahari hebiger,
Bi der dato anton,
ſo lag er thar in banton.

Porrò erat ipſi (Pilato) rurſus iſte
Latro inſignis
Propter iſta facinora inquirendus (examinandus, puniendus)
jacebat ibi in vinculis.

[Hunc locum ita vertit Scherzius in Notis ad eundem.

Nam erat ei è contrario (*ex altera parte*) aliquis
latro inſignis
Ob factorum reprehenſionem
jacebat in vinculis.]

Hinc vox Longobardica, in linguam provincialem recepta, ANATHE, ſollicitudine, cura, Papiâ interprete. *Gloſſar. du Freſn. voc. Anatas.*

[ANTI, Et. Gl. Rab. Maur. Scribitur & in iisdem Gloſſis *enti*. In Otfr. & Tat. *inti*; in illo etiam ſequente vocali *int*. In Rhythm. de S. An. §. 17. ℣. 154. *unti*. In Pſ. XIX. quem Mylius de Ling. Belg. pag. 157. ſqq. ex MSCto Lipſii publicavit, *in*, *ind*, *inde*, legitur. Colonienſes adhuc ſeculi XV. fine in chartis publicis *ind* ſcripſiſſe, ex Goldaſti Reichshandl. pag. 44, 45. conſtat. Diecmann. Spec. Gloſſ. Lat. Theot. p. 20.]

ANTIDIO, *anthedio*, L. Sal. t. VII. 2. t. IX. 1. & 3. XII. 3. & 5. ſpecies furti.

ANTLAZ, veniam. *Antlazza*, inducias, *Pidiu unſih duruh puazza ubilero deſſes libes taga ze antlazza ſint kelingit.* Ideo nobis propter emendationem malorum hujus vitæ dies ad inducias relaxantur. Kero. Prol. p. 18. *Selom antlaz*, animæ veniam. c. 64.

Fragm. de bello Hiſp. Caroli M. ℣. 3796.

Thie herten Godes Ewarten
mit ulize ſie ſih bewarten.
Sie ſpraben an antlaz,
thaz woker ther heilige Geiſt was.

ANTL.

Fortes DEI Sacerdotes (Epiſcopi) diligenter ſe cuſtodiebant. (præſervabant)
Dicebant ſine ceſſatione,
Quod fructus (efficax, fructuoſus) Sanctus Spiritus eſſet.

Antlazido, remiſſione, Notk. Pſal. LXXXIV, 2. Hodie dicimus, Entlaſſen, unterlaſs.

Antläzige gelüſte, diffluentes, laxæ, remiſſæ cupiditates, Notk. Pſal. XVII, 33.

[In Gloſſ. Monſeenſ. alio plane & quidem ſeq. in ſignificatu occurrit. *Antlaze*, mollitiem. p. 385. *antlaziger*, præſtabilis. p. 343. & 396. *antlazigora*, inclinatior. p. 378.]

ANTLENGAN, reſpondere. Prol. *Hoorremees Truhtinan antlengantan.* Audiamus Dominum reſpondentem. Prol. p. 17. *Antlenken*, reſpondeant. cap. 11. Kero. Gothis *Andlafgan*, referre, reponere, *Fr. Jun. Gloſſar. Goth. pag.* 58.

Andlingota, Tatian. cap. 2, cap. 3, 7. & paſſim. cap. 13, 16.

ANTLOC, revela, Gloſſæ Lipſii. Iſidorus c. 3. cont. Jud, §. 3. *ih anthlühhu duri*, aperiam januas. [In Palthen. ed. legitur *antluhhu*. Simplex Gothicum atque A. S. eſt *luka* vel *lucan* claudere, unde compoſita *uslucan*, & *unlucan* recludere. vid. Jun. in Gloſſ. & Benſon. in Vocab. Francis eadem ratione & *biluchan*, concludere, & *intluchan*, aperire eſt. Primitiva vox Gothica videtur *loka* peſſulus, quam vid. in Indic. Verel. ad Hiſt. Goth. Palthen. in Not. p. 400.]

ANTHLUTTE, facies, antliz. Iſidor. cont. Jud. cap. 3. §. 3.

ANTOMI, frenum, Gloſſæ Lipſii, qui adjicit: *Nunc toom.* Verùm *An* videtur eſſe particula *ein*. Vel eſt ex compoſito, anzeumen. Somnerus ibi rectè hinc refert *Tam*, *Zam*, manſuetus, atque aggerem fluminibus objectum, *Dam*. Sed malè hæc ad Latinorum *domus*.

S. ANTHONI FUR, Geiler. de Keiſersp. Narr: Schiff. f. 45. *Wer die blag hat des helliſchen füers S. Anthony, die laſſent ſich etwan in ein kirchen tragen, als in unſer Frawen Kirchen zu Parys oder zu S. Anthonius, und geent da nit dannen ſie ſeint dann geneſen.*

[ANTPARON, ſignis. Gloſſ. Monſeenſ. pag. 385. *antparun*, ſignis. p. 386.]

ANTRAHCHA, excuſatio. c. 55. *Si entnachot.* Goldaſtus recte legit *ſi entrahoot* excuſetur. cap. 35. nam mox in eodem cap. *entrahoot* occurrit. *Intrahhoe*, excuſet. c. 66. Kero. Compoſitum ex *Ant*, hodie *ent*, entſchuldigen: et *rahha*, cauſa.

ANTREITII, ordo. *Antreitii cotchundiu.* Ordo divinus Kero Prol. (ita legendum, nam *antreity*, vitium eſt typographi.) *Antreitida*, ordo. c. 11. ordinem. c. 11. 17. ordines, diſciplina. c. 63. ordine. c. 17.

Antreitidon, ordinare. *antreitidom* ordinari. c. 48. *Antreitidu*, ordine. c. 11. 43. 64. *Fon antreitidu*, ex ordine. c. 11. *Antreitidi*, ordine. c. 38. *antreitidim*, ordines. c. 63. *antreitidon*, ordines. ib. Kero.

After antreitu, ex ordine, καθεξῆς, Tatian. Harmon. pr. §. 1. & c. 2. §. 2. [videtur noſtrum eſſe *Antrit*, quoniam nimirum a principio omnis

Digitized by Google

omnis reliqui ordinis ratio pendet. Palthen. Not. ad Tat. p. 277.]

[*Za gaetetu, odo ze gadeonotetu antreiti*, ad emeritum. Gloss. Mons. p. 404.]

Otfrid. IV. 6, 65.

Lis thar in antreita,
unio scono er thaz gimeinta.

Legito ibi secundùm seriem,
quomodo pulchrè id deciderit.

Geantreitet, gantraitet, hodie *bordirt, verbrent.* Fragm. MS. de B. Hisp. ℣. 1875. de Rolando ad prælium se præparante:

Zwo hosen er ane leite.
thie waren gantraitet
uon golde unde uon perlen.
Thie liubten sam thie sterne.
Thaz ethele gestainene.
Er ne untuorbte wafen nehaine.

Duas braccas induit.
Quæ erant fimbriatæ [*ordinatæ, compositæ.* Scherz. Not. ad h. l.]
Auro & margaritis.
Lucebant sicut stellæ.
Pretiosum Gemmarium.
Ipse nec timebat arma ulla.

Antrebt, ordo, Notk. Psal. XCV, 6.

Compositum ex *Ant*, particula augmentativa, & *Reit*, ordo, series, unde hodie reliquum *Bereiten*, & *Reihe*, series. Vid. *Rat.*

[ANTRUNNIGI, apostasiam. Gloss. Monse. p. 378. Hodie *abtrünnige* dicuntur apostatæ.]

ANTRUSTIO, vide *Drost.*

ANTSAZIG *tuen*, magnificare, quasi *entsetzig machen*. Notk. Psal. XI, 5. Psal. CXXXVII, 7. [*Antsaziga*, erecti. Gloss. Mons. p. 384. *antsaziger*, erectus. p. 385.]

ANTSEIDA, desideria, petita, Notk. Psalm. XXXVII, 17.

Geantseidot, defensus, Notk. Psalm. CXI, 5.

Ze antseido, ad excusandum, Notk. Psalm. CXL, 4.

ANTWARTA, præsentiam. *In antwartidu*, in præsenti. c. 59. *Antuurti*, præsens. c. 43. *Antuurtam*, (antuurtan) præsentem. c. 7. *Des antuuartun* (antuurtan) *libes*, præsentis vitæ. c. 7. *Kekakanuuartan*, præsentem: c. 7. Kero. Hodie *Gegenwart*. [In eodem Kerone sequentia quoque occurrunt. *Coton antuurtan*. DEUM præsentem. c. 7. *in antuuarti*, in præsenti. c. 55. *in antuuartidu*, in præsenti. c. 59. *antuuurtan*, præsentem. c. 66. *antuuantemu*, præsentis. c. 58. *Antuurti*, respondens Prol. *uuort des antuurtes*. verba responsionis. c. 31. *antuurti keban*, responsum reddere. c. 66. *cotchundiu antuuasta* (ubi pro *antuuasta*, *antuuarta* legendum monet Scherz.) divinam præsentiam. c. 19. Gloss. Mons. *Antvurti*, sermonem. p. 329.]

Isidor. c. 9, 5. *azs antuuerdiu chisehet*, obtutu cernitur.

[Otfr. I. 5, 136. *Zi follemo antuuirte*, pro quo Cod. Vind. habet *antuurti*. Vatic. *antuurte*. Unde Scherz. verba Otfridi reddit. *In plena præsentia.*]

Willeramus ad Cant. Cant. III. 10. *An Godes anduuarde*, (in Gotes antuuart) in DEI præsentia: quod Belga non assecutus. Rhythmus de S. Annone, §. 45. *zi Godis antuuurte*, ad DEI præsentiam.

Giantuuurten, exhibere, hodie *uberantworten*. Tatian. c. VII, 2. *thaz sie giantuuurtiten inan Gote*, ut sisterent eum DEO. & ibidem. §. 6. *Gisahun mine ougun thinan heilant, then thu giantuuurtitos fora annuzze allero folco*. Viderunt oculi mei salutare tuum, quod exhibuisti coram facie omnium populorum. *Des lobes antuuurdet aller der liut*, ad hanc laudem præsens sit omnis populus, Notk. Psal. CV, 5.

AngloSaxones: *Andweard*, præsens.

Gothi: *Andwairthis*, *andwairthga*, contra, coram, Fr. Jun. Gloss. Goth.

ANTWERK, vid. Ang.

Anvahen, vid. *Fahen.*

ANVANO *leudinia*, L. Sal. tit. XXVIII. §. 4. gravidæ homicidium.

ANVARNVNFT, intellectu, Glossæ Lipsii.

ANVEL, duruo, arpago: Glossæ MS. ASax.

ANUUALD, Monarchia: Glossæ MS. ASax. Hoc est, quâ unus potestatem tenet.

ANWEGUN. vid. *Wegen.*

ANWISEN. vid. *Wisen.*

[AOTMALI. Opem. sive divitias. Rab. Maur. Compositum ex *aod*, de quo vid. infr. *Ot.* & *mal.* vid. Diecmann. Spec. Gloss. Lat. Theot. p. 88. sq.]

APPANAGIUM. } vid. *Bann.*
APANARE. }

[APASCAPO, eradam. Gloss. Mons. p. 340. *apazauarscapanne*, radendum. p. 409. Hodie *abschaben.*]

[APASCERAN, radere. Gloss. Mons. p. 346. Hodie *abscheren.*]

[APASCINTIT, eradat. Gloss. Mons. p. 353.]

[APASLUOCH, abstulit. Gloss. Mons. pag. 362. *apaslebit*, resecat. p. 387.]

[APELLE, capilli. Gloss. Mons. p. 359.]

APHOL. vid. *Affal.*

[APAUVIRPROHHAN *vuard*, abscissus. Gl. Mons. p. 342. Hodie *abgebrochen.*]

[APAVUASENTER, insequens, Gl. Mons. p. 385. hodie *abwesender*, est absens.]

[APAVARMEIZZAN, truncare. Gl. Mons. p. 409.]

[APAVARSCUTIT, excussit. Gl. Mons. pag. 409.]

APPELOS, vid. ablaz.

[APSIT, exedram. Gloss. Mons. p. 337.]

APTHEO, L. Sal. t. 80. §. 5. Vide infra voc. *Chunna.*

AR, vetusta vox Celtarum, reliqua in lingua Cambro-Brittannica, & significat *super*, Lexic. Boxh. Reliqua in nomine *Arlaith*, Arelatum, urbs Galliæ solo uliginoso superposita. *Ar*, supra & laith humida Britannis significat, Camdenus in Britan. & Menag. *Etym. Gallic. Arles.* Hinc & Armogig, Armorica, *Menag. Etym.* Inde ASaxonibus *Aris*, surge. *Aras* surrexit, Luc. 7, 14. *tha aras se the dead wes*, tunc surrexit qui mortuus fuerat.

Digitized by Google

AR.

Æriſt, reſurrectio. Symbol. Apoſtol. Saxo-Anglic. *And ic gelyfe — flæſces æriſt.* Et credo carnis reſurrectionem.

Hinc & Alemannis *Er*, ſupra, ante, Erer, eriſt, V. E.

AR, *er, ir* : ex, in compoſitis, *V. Arfirran. Archundin. Armærkt*, ermerkt, obſervatum. *Arrofozun*, Tatian. pro *Irropfzen*, eructare. Vide infr. ſuo loco.

Aruuorzalen, eradicare, Tatian. c. 72, 5.

AR, terra, Burgundiones & Galli corruptè pronunciant in compoſitis, pro Art, erd, ùt

Arnotte, ertnus, terræ nux, erdapffel. Vid. Menag. Etymol. Gall. Arnotte.

AR, Araris, nomen fluvii in Helvetia, Arola, unde nomen Pagi Argow, & urbis Araw. Item fluvii in Alſatia, Araris, Argo, Ergers, unde Argovia vel Ergovia i. Augia ad Ararim, *vid. Obſ. X. §. IV. ad Chron. Königsh.* & inf. *Gaw.*

ARA, pro *Here*, exercitus, *Araſcild*, V. Here:

Aribann, Heribannus. unde quidam Gallicum *Arriereban*, deducunt, ſed rectiùs de eo ſentit Caſſeneuve *in Orig. Ling. Gall.* & Menag. *Etym. Gall. voc. Ariereb.*

[ARA eſt honor, pro quo Otfr. III. 3, 39. c. 14. 200. *era* habet. Anglo-Sax. *Are*, honor, *Arfeſt, Arfæſt*, (Ehrenfeſt) honeſtus. *Arfall*, honorabilis, propitius. Suecis *ähra*, honor, culmen, faſtigium. Scherzius Not. ad Otfr. V. 4. 59.]

ARABEITI, labor, tribulatio, dolor. *Ano einekeru arbeiti*, absque ullo labore, c. 7. Kero. [Adde ex eodem Kerone ſequentia. *In arabeiti*, in tribulatione. c. 4. *ſaztos arabeit*, poſuiſti tribulationes. c. 7. *arbeit mera*, labor major. c. 39. *arbeiteo*, laboris. c. 48. *arabeit*, laborem. Prol. *arabeitan*, laborare. c. 64. *arbeiten*, laborent. c. 48.

In Gl. Monſ. hæc extant. *Arapeiti*, procella. p. 355. *Arpeiti*, ſanguine. pag. 357. in camino. pag. 335. Quum hic poſtremus locus ex Gloſſis in Jeſajam depromtus ſit, dubium mihi non eſt, quin ad verba Jeſ. XLVIII. 10. pertineat. Elegi te in camino paupertatis. *Arpeitſamo lip*, activa vita. pag. 407.]

Notkerus Pſalm. III. pr. *Ziu ſint Truhten dero ſo manege die mih arbeitent.* Domine quid multiplicati ſunt qui tribulant me! Id. Pſal. LIX. fi. [Id. Pſal. X, 7. *Under ſinero zungen liget leid und arbeit.* Sub lingua ejus labor & dolor.]

Tatian. c. 75, 2. & ibi Fr. Jun. [Adde c. 174. 5. At c. 19. §. 6. *arbeitente* ſunt laborantes in vinea.]

Otfr. II. 16, 58.

Salig thie in noti
thultent arabeiti.
Then man biro guati
duit ofto uuidarmuati.

Beatus qui ſollicitè
tolerant perſecutionem.
Quibus pro ipſorum benefactis
fiunt ſæpe moleſtiæ.

Idem V. 6, 131. c. 9, 68. c. 19, 47. c. 23. paſ-

ARA.

ſim. [Adde I. 18. 76. IV. 7. 62. V. 19. 100. in quibus locis, pro *laboribus, Doloribus anguſtiis* hoc vocab. vertendum eſſe Scherzius notavit.]

Willer. in Cant. Cantic. 3, 4. pag. 43. n. 19. *Uuant er* (de Chriſto ſermo eſt) *arbeit durch minen uuillon leit*, vincula ſputa colaphos — *ſo ne uuil oub ih necheine arbeit durch ſinen unillen ſcuhan.*

Arbeit, via. Regula S. Benedicti pr. *Durch die arbeit der gehorſamkeit*, per obedientiæ viam. Rectiùs, ſollicitudinem. [Imo *per obedientiæ laborem*, ita enim habet Regula, cujus verba Kero ita vertit. *duruh horſamii* (ita legend. *horſamy* vitium eſt typographi) *arabeit*. Prol.]

Arbeitſelig, Alemannis hodieque, plenus afflictionum, aliàs Armſelig, Elend. Geileri Narrenſchiff. fol. 9. b. *Die bekantnis eigner arbentſelikeit und ellentz gebürt im menſchen Demut.*

Earbetlicuſt, moleſtiſſimum : Gloſſæ MS. AS.

Gothis *Arbaidgan*, laborare, Matth. VI. 28.

Gloſſæ MSS. ASax *Earbedlicae*, egrè.

ARAEDDUN. expedierant : Gl. MS. ASax.

AREN, aquila. Ut renovetur ſenex. Vid. Notk. Pſalm. CII, 5. Conf. Ariſtot. 9. Hiſt. anim. 41. Plin. L. 10. c. 3, 15.

[*Ar, ari, aro*, aquilam notat, Sueci dicunt *örn*; Belgæ *arent*, Angli *arnt*. Rhythm. de S. An. §. 45. ℣. 746. *Alſo dir ari ſinin jungin dût.* Sicut Aquila pullis ſuis facit. Ap. Striker. vero c. XI. S. 1. p. 106. *Arn*, avem quamvis ex rapto vivere ſolitam notat. Hinc *Fiſchar*, eſt avis quæ piſcibus inſidiatur. vid. Opit. Not. ad Rhytm. cit. Staden. Explic. voc. Germ. Bibl. p. 895. Scherz. Not. ad Strik. l. c.] conf. inf. *Arin.*

[ARAHARI, vel *phlumari*, polymetarius. Gloſſ. Monſ. p. 327. *arahares*, vel *ſcipares*, polymetarii. p. 321.]

[ARAHLAHHAN, ſtragulam. Gloſſ. Monſ. p. 329.]

ARAHUM, Haraum, Harahum, Arhahum. Lex Ripuariorum tit. XXX. §. 2. *Quod ſi* (dominus) *poſtquam ſervum ad ignem adplicuerit, fugâ lapſus fuerit, ad placitum veniens, cum tribus teſtibus in Haraho conjuret.* Et tit. XXXII. §. 2. *Si ille qui eum mannit, cum tribus Rachinburgiis in haraho conjuraverit.* §. 3. *ante Comitem cum ſeptem Rachinburgiis in haraho jurare debet.* tit. XXXIII. §. 2. *Sibi ſeptimus in harabo conjuret.* tit. XLI. *Siquis ingenuus ingenuum ligaverit, & ejus culpam cum ſex teſtibus in haraho non approbaverit.* H. Speelmannus in Gloſſario textus illos ſingulos de jurejur. in Eccleſia præſtando intelligit : Nam Capitularium lib. VI. cap. 209. ſanciri ; ut *Omne Sacramentum in Eccleſia & ſuper reliquias juretur.* unde vocabulum ita interpretatur : *Arabum, locus conſecratus vel honoratus : à Saxonico AR vel ARE id eſt, honor, pietas. ARA THINUM FÆTER : honora patrem tuum.* Intelligit itaque Speelmannus per *Arabum*, Eccleſiam. Verùm fallitur Speelmannus, etſi enim ita conjunctivè legitur in allegato can. 209. vel ſecundùm Baluzianam editionem c. 214. imò etſi in Capitulari, quod St. Baluz. primùm edidit & ad ann. 744. refert, itidem ita legatur can. 14.

Omne

Digitized by Google

Omne Sacramentum in Eccleſia & ſuper reliquias à laicis juretur; Sic illum DEUS adjuvet & illi Sancti quorum ſunt iſte reliquiæ. Eſt tamen illud capitulum 209. deſumtum ex Capitulari IV. Caroli M. an. 803. quod eſt ipſum de Lege Ripuarenſe, ubi can. LVII. disjunctivè legitur: *Omne Sacramentum in Eccleſia AVT ſupra reliquias juretur.* Quam lectionem confirmant etiam ſequentia: *Et quod in Eccleſia jurandum eſt &c.* ergo datur etiam aliud quod non in Eccleſia jurandum eſt, ſupra reliquias licet. Id quod & aliud Capitulare Caroli M. an. 809. c. 29. docet: *Sacramenta quæ ad palatium fuerint judicata, ibidem finiantur.* Atque ita etiam habetur in LL. Longob. lib. 2. t. LVI. c. 22. At longè dilucidius id patet ex Capitulari I. Caroli M. an. 819. §. 14. *Ubi antiquitus conſuetudo fuit, de libertate Sacramenta adbramire vel jurare, ibi mallum habeatur & ibi ſacramenta jurentur. Mallus tamen neque in Eccleſia neque in atrio ejus habeatur.* quod repetitur lib. IV. Capitul. c. 28. & L. 2. LL. Longob. tit. 55. c. 26. Vide & Marculph. *Form. Append.* §. *V. p.* 438. Itaque in iis caſibus, quoties Eccleſiis furtum factum fuit, in altari ejus Eccleſiæ, *Lex Baiwar. t. I. cap.* 3. & 5. jurandum fuit, & ut ibi juretur, expreſsè adjicitur in legibus, & exemplum refertur à Baluz. *T.* 2. *Capitular. in Append. actor. vet. pag.* 1416. in aliis caſibus non præcisè. Sic & in Lege Alemannorum tit. 6. & 7. & confer. L. Ripuar. t. 66. de Sacramento. Quod H. Bignonius Not. ad Marculph. c. 38. advertit etiam extra Eccleſiam admotis Sanctorum reliquiis juratum, quod vel ex illo etiam capite conſtat: *Tunc in Palatio noſtro ſuper capella* (capſa) *domni Martini, ubi reliqua Sacramenta percurrunt, debeant conjurare.* Planè illud obſervatione dignum, quod quia in ipſo mallo publico ante ipſum Comitem & populum ſuper Reliquias Sanctorum erat jurandum, itaque in illo loco publico pro tribunali altare fuit erectum, ſuper quo juraretur. Docet hoc Appendix Formularum Marculphi cap. XXIX. *Notitia, qualiter & quibus præſentibus veniens homo aliquis nomine illo, in pago illo, in loco quod dicitur ille, IN MALLO PUBLICO, ANTE IPO COMITE illo vel aliis bonis hominibus qui ſubterfirmaverunt, poſitâ manu ſua ſuper SS. ALTERIO Sancto illo ſic juratus dixit &c.* Quamobrem ſic habendum: *Arbahum*, quæ genuina eſt ſcriptio, non ſignificat Eccleſiam, neque ex Teutonico *Are*, *Ere*, honor, ſed à Verbo *Arbahen* deſcendit, quod ſignificat exaltare, in altum tollere, *erhöben* hodie, Otfrido *Irhaben*, vide ſimplex *Haben* ſuo loco. *Arbahum* igitur altare appellarunt Ripuarii, quum aliàs per ſe ſignificaret quemlibet locum editiorem, & adſcenſorium Tribunalis. Denique abſonum eſt, quod Guillimannus lib. I. Rer. Helvet. p. 80. vocem hanc à Germanico *arn rechten* deducit, ſonareque, *coram judicum conſilio*: hoc enim dicitur ibi Placitum, à quo diverſum quid eſt *Arbahum*.

[ARAKER *pruoder*, parcus frater. Gloſſ. Monſ. p. 413.]

ARAME, brachio, Kero. c. 1. *Arumen.*

Otfrid. IV. 35, 59.

Oub in then arumen
giſuasliche bichumen.
Atque inter brachia
dulciter amplecti.

Arim, brachium, Notk. Pſal. LXXVI, 16.

Armon. Otfrid. II. 9, 165.

Haftetun thie armon
in thes Cruces hornon.
Fixerunt brachia
in Crucis cornua.

[In Gloſſis Monſeenſib. ſq. habentur. *Arma*, ulnas. p. 395. *aramon*, ulnis. p. 336. *armpouch*, armilla. p. 332. *arampovc*, Brachiale. p. 356. cubitus. p. 385. Denique in iisd. Gloſſ. in Eccleſiaſticum legitur. *Arm*, vel *elina*, accubitum. p. 355. Pro *accubitum* vero lege *cubitum*, quod & vox *elina*, quæ eſt noſtra *elen*, tanquam Synonymum addita requirit, & inde colligitur, quia in Eccleſiaſtico vox accubitum non reperitur. Cap. 9. vero ℣. 12. hæc verba occurrunt. *Cum aliena muliere ne ſedeas omnino, nec accumbes cum ea ſuper cubitum.* Hunc locum haud dubie intendit Gloſſator, vox enim cubitus in Eccleſiaſtico præter h. l. non extat, quam male vero ſenſum ejus perceperit, vel me tacente, quilibet intelligit.]

Hinc Compoſitum *Armellaiz*, i. e. *ein Laz mit ermeln*, vel *der die arme bedeckt*, ſagum militare. Iſidorus Lib. 19. Orig. c. 22. *Armelauſa vulgò vocata, quod ante & retro diviſa atque aperta eſt; in armos tantùm clauſa, quaſi armiclauſa, Cliterâ ablatâ.* quod *vulgò* vocatam ita ait, ad linguam Gothorum referendum: etſi Ugutio ad Sclavos referat. Certè Luitprandus Rex Longobardorum *armilaiſiam* geſtavit, teſte Anaſtaſio in Greg. II. Scriverius ejusmodi veſtem dictam putat ab *Armilauſis* populis, quorum mentio fit in Tabula Peutingeriana. Sed contrarium verius fuerit, & natio potius à genere veſtitûs ab aliis denominata fuit, ſicuti Galli Braccati, Togati, &c.

Gloſſæ vetuſtiſſimæ MS. linguæ provincialis charactere Lombardico: *Armilauſia*, *SERCAE.* Eſt autem Saraca vel Sarca genus pallii vel veli, ſecundùm du Fresnium *in Gloſſ. vid. Saraca.*

Armſtrangig, [*Armſtrenger*] brachio ſtrenuus. Willeram. in Cant. Cant. c. IV. pag. 67. n. 28. *Davides namo wirthet* (uuirt) *geantfriſtet* (gantfriſtet) *manufortis, thaz quit* (daz quit) *ARMSTRANGIGH.* (Armſtrenger) i. Davidis nomen interpretatur Manufortis, hoc eſt, Armſtrangig.

ARBATHEUS *en Lonthamo*, L. Sal. tit. XV. 1.

ARBORICHI, populus Germaniæ, apud Procopium. Vid. Vorburg. Vol. V. p. 438. Vol. VII. p. 150.

ARECTAE, concuſſerim: Gloſſæ MS. ASax.

ARAMUATI, paupertas.

Otfrid. III. 3, 28.

UUir lazemes uns lichan,
Man then filu richan.
Firnames nio zi noti
anderero aramuati.

Digitized by Google

Sinimus nobis placere
virum prædivitem.
Attendimus non admodum
aliorum paupertatem.

Armuati, idem de mendico cœco, L. III. 20, 80.

Klagota io binoti
min ſelbes armuati.
Conquerebar anxiè
meam egeſtatem.

Id. II. 16, 3. *Salig ſint armuotige*, beati pauperes. Notk. Pſal. LXVIII, 30.

Compoſitum ex *Aram*, & *Muati*. *Aram*, contractè *Arm*, pauper, indigus. [*Arame erquichan*, pauperes recreare. Kero. c. 4. *armeru*, pauperum. c. 31. 53. *armirun*, pauperiores. c. 59. *armida*, paupertas. c. 48. In Gloſſ. Monſ. *Armer*, parvus. p. 334. *aramuoti*, paupertatis. p. 336. *armicha*, paupercula. p. 386. *armm*, popularem. p. 383.] Otfr. II. 16, 1. *Salig birut ir arme*, beati eſtis vos pauperes.

Armuuiht, paupera perſona, Otfr. IV. 6, 46.

Gibot thaz ſi es gizilotin,
Joh armuuuiht irbolotin.
Juſſit ut hoc obſervarent,
atque pauperes accerſerent.

Idem IV. 2, 66.

Mit iu eigut ir ginuhto
io armero uuihto.
Apud vos habetis ſatis
pauperum perſonarum.

Cap. 12, 96. *armen uuihtin ſpenton*, pauperibus diſtribuere.

Arm, miſer. Fragm. de Bell. Hiſp. Caroli M. ✝. 979.

Genelun geriet michele not,
then armen Judas er gebildot.
Geneluni contigit ſummum periculum,
miſerum Judam repræſentabat.

Armen, miſereri. ASax. *ofearmian*, miſereri. Gothis: *Armai mik*, miſerere mei, Matth. X, 48. [*Armai unſis*, miſerere noſtri. Luc. XVII. 13. *Fangaarmida thuk.* Dominus tui miſertus eſt. Marc. V. 19. Eſthonibus *arm*, adhuc miſericordiam, favorem & amorem, notante Stahlio. Introd. in ling. Eſth. p. 39. 67. 86. ſignificat. Diecman. Spec. Gloſſ. Lat. Theot. p. 134.] S. Auguſtinus Epiſt. CLXXVIII. *Si licet dicere, non ſolum Barbaris linguâ ſuâ, ſed etiam Romanis SI HORA ARMEN, quod interpretatur, Domine miſerere.* ubi Fr. Junius in Gloſſar. Goth. emendat ex dicto loco Matth. X, *armai*, ſed non eſt neceſſe; potius ita: *Si Hera armen*: i. ſis Domine miſericors. veriùs, quàm quod Morhofius *de Ling. Germ. P. 2. c. 7. pag. 347.* putat legendum: *Herre dig forbarme.* Sed rectiùs ex veteri MS. quod Rigaltius notavit, ubi legitur, *Fbrota armes*, emendatur *Trohta armes*, Domine miſerere.

Quod ſuggeſſit V. CL. Frid. Roſtgaard epiſtola ſequente: „ In diverſum abeunt Manu„ ſcripti Codices. quorum Variæ Lectiones in

„ nova editione Patrum Benedictinorum ſum„ mo ſtudio collectæ ſunt. Arnulfenſis enim „ habet *Schroia armen*. Corbejenſis vero *Κυρσια* „ *armes*, & alius vetuſtus codex MSC. quem vi„ dit Nicol. Rigaltius, præfert *Fbrota armes*. „ Quarum quidem lectionem ultimam ceteris „ minime poſthabendam eſſe perſuaſus ſum, mo„ do luxatis membris adhibeatur medica ma„ nus, id vero fiet, ſi literam T in locum τῆ F „ ſubſtituas, habebis enim *Tbrota armes*, voce an„ tiquiſſima Danica & Gothica & Alamannica „ & Islandiæ incolis etiamnum hodie uſitata, „ qui *Tbrotin* DEUM vocant.

Bearmen, barmen, commiſereri. Item *Erbarmen*. Unde *Erbarmberzigkeit*, miſericordia: *Vita S. Attalæ Obſ. VIII. §. VI. p. 521. ad Chron. Konigsb.* vid. Barm.

Arming, miſer, Notk. Pſalm. XXXIII, 7.

Armherz, miſericors. Otfr. II. 16, 33.

Salig thie armherze,
Joh thie armun uuihti ſmerze.
Then muat zi thiu gigange,
thaz iro leid ſie irbarme.
Beati miſericordes,
Et qui pauperibus condolent.
Quibus animus eò procedit,
ut eorum calamitas ipſos miſericordiâ afficiat.

Notk. Pſalm. CX, 4. Iſidor. c. 9, 3.

Armherzidu, miſericordia, c. 7. Kero. *Armeherzin*, miſericordiæ, Notk. Pſalm. XXIV, 6.

Gothis, *Armabairthita*, miſericordia: eleemoſyna, Matth. 6, 4. c. 9. 13.

Armherzlich keba, eleemoſyna. Notk. Pſalm. XVI, 1. *Pergint armherzlich keba in des turftigen puoſame, duſelba petot fure iuuh.*

Armalich, *armilich*, hodie erbermlich, crudelis. Otfr. IV. 34. 40. de turba reverſa à cruce Chriſti:

Uuuantun heim tho ſpati
thero armilichun dati.
Reverſi domum ſerò
ab his miſerabilibus facinoribus.

Cap. XVI. 48. de Juda proditore:

Furiſta ouh in uuara
thera armilichun fara.
Dux quoque revera
iſtius crudelis expeditionis.

[In verſione Otfridi Schilterus: *thera armilichun fara*, reddidit; *Iſtius terribilis expeditionis.* Ad quem locum notat Scherz. Nollem vertere; *terribilis.* Nec exemplum hujus ſignificationis produci poteſt. Vox autem illa proprie *miſerum, infelicem*; interdum tamen etiam *malum, injuſtum* denotat, quæ poſterior acceptio huc omnino quadrat. conf. III. 15. 62. ubi *armilichun dati*, impia & mala facta appellantur. Fit quoque peſſimæ Judæorum voluntatis mentio ſub vocibus: *armalichun uuillan*: IV. 23. 4. L. III. cap. 20. 81. de Judæis cœcum à Chriſto ſanatum conſtituentibus.

Digitized by Google

Thio armalichun uuizzi,
uuas thes tho siriuuizzi.

Quæ Scherzius ita vertit:

Malorum (horum hominum) *animus*
erat hac in re tum curiosus.

Ceterum ipse Schilterus hanc vocem etiam *abominabilis*. vertit, L. V. 3. 26. *For armalichen lusten. Pro abominabili cupidine.* quem locum Scherzius, qui in MSC. legit *fon.* reddidit. *Contra malas cupiditates.* Occurrit etiam III. 14, 172. *In armilichen sunten.* In acutis morbis, ut Schilterus vertit. Scherzius vero in genere, *morbos graviores* notari statuit in Not.]

Armelicho sih ergeben, humiliter se dedere, Notk. Psalm. LXXIII, 19.

Otfrid. IV. 36, 2.

Ni mohtun noh bilinnen
thes armilichen uuillen
thieselben Euuarton.

Nond. poterant sedare
crudelem animum
Isti Sacerdotes.

Idem V. 9, 10.

Sie fyarun quitilonti
thie armiluchun dati.

Ibant enarrantes
crudelia ista facinora.

Perperam dictionar. Flacian. exponit *Ermlichen*, quod est miserum, miserabile, *armselig.*

Arme lüte, misericordes homines. Histor. Longob. MS. de S. Johanne Eleemosynario Alexandrino: *Davon so heissent die Spittelherren arme lüte, nach irme Herrn.*

Injecerunt manus
Domino in vincula.

IV. 19, 7.

In banton iro ſeilo.
In vinculis ſuorum funium.

IV. 22, 28.

So lag er thar in banton.
Jacebat ibi in vinculis.

IV. 27, 16. de clavis quibus Salvator cruci affixus:

Mit fuazin, io bi banton,
mit thrato herten banton.
Pedibus, manibusque,
valdè duris vinculis.

[*Gipenti*, alligatura. Gloſſ. Monſ. p. 354. *Gipuntan uuerde*, vinciatur. p. 342. *gipuntan uurti*, faſciretur. p. 340. *gipuntana mit hantdrubun*, vincti manicas. p. 335. *gipuntaniu.* circumligata. p. 332.]

Conf.

Digitized by Google

Conf. inf. voc. *Bant.*

Der bendet, ligatura chirurgica, Notk. Pſal. CXLVI. 3.

Binden, *anbinden*, *fangen*, vetus mos Alemannorum erga hoſpites intrantes, ut ſe redimant. Ekkehard. junior de Caſ. S. Galli cap. I. de Salomone Abbate S. Galli & Epiſcopo Conſtantienſi pag. 20. *Fratribus valedictis ſcholas præteriit, oſtium aperuit & intravit. Erat utique jus illorum, ſicut adhuc hodie quidem eſt, quoniam exleges quidem ſunt, ut hoſpites intrantes capiant, captos, usque dum ſe redimant, teneant. Ille verò uti Dominus loci ſecurus in medium illorum progreſſus cum ſtaret: Epiſcopum inquiunt, inter ſe, non Dominum Abbatem capiamus. Ille verò libentiſſimè hoc perpeſſus, quomodolibet ſe tractare vellent, conſenſit. Capientes verò illum, in Magiſtri poſuerunt, vellet nollet, ſolium. Si in Magiſtri, inquit, ſolio ſedeo, jure ejus uti habeo, omnes exuimini. At illi incunctanter id agentes, Liceret ſibi tandem ab ipſo ſe, ſicut à Magiſtro ſoliti ſunt, redimere. Cum ille ſubjunxiſſet: Quomodo? Parvuli pro noſſe, medii rhythmicè, cæteri verò metricè, quaſi pro roſtris rhetoricè etiam effantur:*

Quid tibi fecimus tale, ut nobis facias malè?
Appellamus Regem, quia noſtram fecimus legem.

At alter verſificator inquit:

Non vobis pia ſpes fuerat cum ſis novus hoſpes,
Ut vetus in pejus transvertere tute velis jus.

Poſtea ſe redemit luculento ſtipendio, quod vide ibidem.

[BANEN. *Zu banen*, ad perniciem, ad exitium. Striker. Exped. Car. Hiſp. c. 3. S. 1. p. 17. *Bana* Gothis eſt *necare*, *interficere*. *Bane*, cædes, exitium, homicidium, mors; *banadægr.* dies fatalis; *banamadur*, auctor cædis; *bani*, homicida. Vid. Verel. Ind. L. Goth. Anglo-Sax. *bana*, homicida, pernicies, Island. *bann*, damnum. Scherz. not. ad l. c.]

BANN, bannus, derivatum à priori voce *Ban*, & primariò ſignificat coactionem per vexillum, *verſamlung durch aufſteckung der Fahn*: & cum vexillum ſit duplex, militare & judiciale, hinc duplex quoque eſt iſta congregatio ſive Bannus, militaris & judicialis, quibus & aliæ ſpecies accedunt, de quibus infra.

I. BANNUS MILITARIS, Kriegsban, Heersfolge: Heervart: Reiſe: olim *Heerbann*, Heribannus, & *Bannire in hoſtem*. Kapitul. II. Caroli M. de anno 812. c. 1. *Quicunque in hoſtem bannitus fuerit, & venire contemſerit, &c.* Et LL. Longob. *L. I. T.* 14. c. 13. J. Feud. Alem. cap. VII. Caſeneuv. *Orig. Francic. voc. Arrierebann.*

Hic bannus ſeu evocatio in hoſtem ſive militarem exercitum, duplex eſt, primus ſeu anterior, & poſterior. Francis *Bannus* & *Arribannus*. Formul. Marculph. Append. c. XXXI. *Taliter ei conceſſimus, ut de omnes hoſtes vel omnibus bannis ſeu & arribannus ſit conſervatus, ut neque vos neque juniores atque ſucceſſores veſtri ipſo pro hoc inquietare nec diſmannare non præſumatis.* Quod hodieque in Gallia reliquum *Ban* & *Arriereban*, quod recte Caſſenevus non ab Heribanno, ſed à Gallico *Arriere*, (ſupra After) compoſitum aſſerit; atque *Ban* vaſallorum immediatorum, & *arriareban* mediatorum eſſe & ſubvaſallorum autumat. *Vid. Alteſerr. de Orig. Feud. Gallic. c. IX.*

Bannckloke. vid. Inf. *Clobben.*

Heribannus deinde etiam pœnam & mulctam denotat, quam contumax ſolvere tenetur. Allegatum Capitulare II. c. I. *Quicunque liber homo in hoſtem bannitus fuerit, & venire contemſerit, plenum Heribannum, id eſt Solidos LX. perſolvat. Aut ſi non habuerit, unde illam ſummam perſolvat, ſemetipſum pro wadio in ſervitium Principis tradat, donèc per tempora ipſe bannus ab eo fiat perſolutus. Et tunc iterum ad ſtatum libertatis ſuæ revertatur.* Kapitulare II. an. 812. c. 2. *Ipſe verò Heribannus non exactetur neque in terris, neque in mancipiis, ſed in auro & argento, palliis atque armis & animalibus, atque pecudibus ſive talibus ſpeciebus quæ ad utilitatem pertinent.*

II. *Bannus Judicialis*, Zwing und Bann, jurisdictio, cujus ſignum olim itidem fuit Vexillum judiciale. Hinc vetus formula *Bannum mittere* ſuper perſonam vel res, mandare publicè ſub vexillo. Notitia Judicati, quam de An. 891. refert du Fresne *in Gloſſar. voc. Bann. mitt.* ait: *In eadem hora ſic prendiderunt Miſſi S. Palatii unum fuſtem in manus ſuas, & BANDVM miſerunt Præpoſito, &c.* Alia de An. 1068. *Petivit — mittere bandum ſuper jam dictas res & prædictum advocatum &c. tunc Judex D. Regis per fuſtem, quem in ſuis detinebant manibus miſerunt bannum ſuper easdem res, & jam dictum advocatum, ut nullus quilibet homo præfatam Eccleſiam de ſupradictis rebus disveſtire præſumat, ſine legali judicio.* Item de An. 1028. *Et inveſtierunt præfatum abbatem ex parte Imperatoris — & poſuerunt bannum ſuper caput ipſius Abbatis, ut ſi aliquis homo de ipſis rebus Monaſterii aliquid injuſtè tollere vel contendere præſumit, componat de auro libras centum.* Hujus vexilli hodieque uſus alicubi, unde Francofurti *unter die Fahn bringen* eſt quod Romanis ſub haſtam publicam. Eſt autem Germanis Jurisdictio duplex, ſuperior ſive criminalis vel inferior, civilis: alicubi & triplex, nempe intermedia, ut ex Diplomate Ruperti Imp. apparet, quod exhibui *Comm. ad J. F. Alem. c. XLII. §. 12. ſq.* nec hæc tamen eadem eſt cum tripartita Romanorum diviſione in Imperium merum, mixtum & jurisdictionem, qua de re alibi.

Conf. Acta Lindav. p. 292.

Huc formula: *Curia cum banno.* de qua infra v. *Churt.*

Bannherrn, Domini jurisdictionales, Gerichts-Herrn.

Banniti, Schöppenbare freyen, die des Biſchofs Send, oder der Graven Geding ſuchen, da unter Königsbann: J. Sax. Prov. L. I. A. 2.

Bannum ſui Scabinatus oſtendere, i. e. quatuor ſuos progenitores, J. Prov. Sax. L. 3. A. 29. handgemal beweiſen.

Blutbann, & *καὶ' ἐξοχὴν Bann*, imperium merum, jurisdictio ſuperior & criminalis, Halsgericht, quanquam Halsgericht & Ban, quandoque differunt

ferunt, ita ut *Halsgericht* quis habeat, h. e. cognitionem in cauſis criminalibus, qui executionem in iisdem h. e. *Bann* ſpecialiſſimè dictum, *Königsbann*, nondum habet, ut oſtendi ex Diplomatibus Ruperti Imp. *Comm. ad J. Feud. Al. c. XLII. §. 13.* Definitur eodem cap. J. Feud. Alemann. Bann ſeu Halsgericht, *was des Gerichts iſt das uber Totslege und Blutgieſſen oder Blutrunſen gebet. i. quidquid de homicidio & effuſione ſanguinis judicatur.* quæ tamen deſcriptio eſt generis analogi, & exprimit ſpeciem primariam, non excluſis aliis criminum ſpeciebus, quibus ſanguis non effunditur, nec homicidium committitur, & tamen crimen eſt publicum & ad jurisdictionem ſuperiorem pertinens, & ſaltem afflictivam corporis pœnam ſecum trahens, veluti falſi & injuriarum atrocium crimen, &c.

J. Argentorat. Lib. I. c. 2. *Von des Schultheiſen Gerichte. Unt den gewalt den er het ze twingende die uber die da gerichtet iſt. das man da heiſet den BAN. den het er nit von dem Biſchove. want von dem Voute. und der gewalt der en höret niwan darzv da man das blut gieſen ſol. als den geſchicht, die da verurteilt werdent zv den galgen. zv dem hobete. zu der ſtümlunge. und ander lide nach der miſſetat die der menſche hat begangen. Wande ſuslich rache ſol ein geiſtlich perſone weder han noch fromen. Unt danne vonne ſivenne der Biſchof einen voget geſezzet. ſo ſol ime der Keiſer ſezzen, das da heiſet der BAN das iſt die rache mit dem ſtverte. unt allen den gewalt ze twingene die die ſusliche verdampniſſe verſchuldet hant. Dis iſt aber nu nicht gewonlich.* Latinus textus: *Habet autem poteſtatem cogendi & conſtringendi judicatos, quod vocant BANNVM? non ab Epiſcopo, ſed ab Advocato. Illa verò poteſtas ſpectat ad ſanguinis effuſionem, ſuſpendendorum, decollandorum, truncandorum, & hujusmodi pro qualitate delictorum. quam Eccleſiaſtica perſona nec habere, nec dare debet. Unde poſtquam Epiſcopus Advocatum poſuerit, Imperator ei Bannum, i. gladii vindictam in hujusmodi dampnandos & omnem poteſtatem ſtringendi dare debet. Quod audem modò non eſt conſuetum.*

III. *Wiltbann*, bannus ferarum, poteſtas banni ſuper feras, *Rupertus Imp. in Diplom. AEpiſc. Colon. An.* 1401. Charta Caroli M. apud Cranzium L. I. Metropol. c. 2. *Si quisquam hoc idem nemus noſtro bamno munitum — ſtudio venandi — introierit.* Bannforſt, Vid. inf. *Heide.*

IV. BANN, limes, fines agrorum in banno aliquo ſitorum, & ipſe quoque diſtrictus. contra diſtinguitur bannis τὸ *Lant*, regio, provincia, Comitatus, ut Totum partibus. Acta Comitior. Norimb. An. 1466. (2. *aber doch laut, das der etlich auf den bannen ſein zv diſen tag zv komen.* Hinc aliud *Bannwerk* aliud *Lantwerk.*

Bannwerk opus & operæ bannales debitæ à ſubditis alicujus banni & diſtrictus.

Lantwerk, operæ provinciales, quas præſtant ſubditi totius diſtrictûs. Charta vetus apud Du Fresn. An. 1147. *Nullum opus quod Bannwerk vocant, operari debent, niſi ubi homines mei ex communi indictu operantur. i. Lantwerk.* Hîc *Ban* non ſignificat Juſſionem vel Submonitionem ad operas, ut Du Fresne explicat, ſed locum & diſtrictum, ſicut & correlatum *Lant.*

Bannerneuerung, Banni renovatio, h. e. finium agrorum in aliquo banno ſituatorum. Glaber Rudolfus L. II. c. 10. *Multi ibi limites, quos alii BONNAS vocant, ſuorum recognoverunt agrorum.*

Hinc Gallicum *Abonner*, de quo alias Menag. Etym. Gallic.

Bannlüte, Abonnati, ſubditi alicujus banni ſeu bonnæ, cenſum Domino ſuo præſtantes. Rotulus MS. curiæ Dominicæ in Gruſſenheim, Monaſterii Ebersheimenſis: *Zu den drigen Dingen ſullent ſin Huber und Gotzhuslute und Banlüte.* i. e. *ad tria illa placita adeſſe debent Hubarii, Dotales & Abonnati.* Vid. *Gloſſar. Du Fresn. v. Abonnati.*

Bannſtadt, urbs banno gaudens, *Pfalz. Stamfolge, p.* 60. *V. Vogtman.*

Bannwart: cuſtodes banni. Duo *Bannwarten* in Curia Dominica quotannis eliguntur Ekbolzheimii, S. Thomæ Argentoratenſis.

Bannvogt, Chron. Königsh. p. 1156. *§.* XII. & p. 1147. *§.* XXV. idem quod Bannwart.

Burg-Bann, urbalis bannus, territorium civitatis, l. 239. *§.* 8. *π.* de V. S. quousque jus terrendi, arcendi, prohibendi civitas aut communitas quædam habet. Territio iſta fit per limites varii generis, inter quos & Dii Terminales & eorum, tanquam vindicum & tutanorum territoriorum ac limitum. Frontinus. Saxonibus *Wicbild*, *Weichbild*, i. vici limes, imagine v. g. Rolandi, Mercurii, Crucis, ſignatus. Vid. & *Burgfrid.*

Otto II. Imp. in Diplomate pro Monaſterio Gandesheim An. 980. *apud Meibom. T. II. pag.* 496. ibi: *Urbalem bannum, quem vulgariter Burchban vocant, confirmamus. Et inſuper Urbales bannos unum in Seburg, alterum in Greve; in jus præfatæ Eccleſiæ & Abbatiſſæ — conceſſimus. ut præſcriptorum locorum bannos ſub ſuo jure perpetim teneant, nec ullus deinceps Comes vel Advocatus aut alia quælibet perſona, ſuper eosdem bannos aliquo modo habere præſumat.* Rupertus Imp. in confirmatione privilegiorum civitatis Colonienſis An. 1401. *cum — banno urbis & bannileuca, quæ vulgariter Burchban & Bannmile nuncupantur.*

Scilicet civitates triplicis generis fines & limites jurisdictionis habere ſolent: primum & proprium eſt bannus intra pomœria, binnen dem Statgraben oder Zwinger, ſpeciatim enim hæc ſpecies *Zwing* vocatur. In villis & pagis *Ettern.* Vid. Infr. in E. Altera ſpecies banni extra pomœria extenditur bannus burgi externus, quæ aliàs & *Weichbild*, & *Flur* appellatur. Hinc formula inſtrumentorum: *Es ſey inwendig der Stat Str. oder uſſerhalb im Burgbann gelegen.* Et *Zwing* & *Bann* in inſtrumentis ſolent conjungi, ita ut Zwing intra, Bann extra pomœria territorium notet.

Quæ ſpecies regulariter usque ad miliare extenſa: unde nomen der *Bannile*, & *Bannileuca.* De qua extenſione quum gravarentur Proceres Imperii apud Fridericum II. Imp. is inter alia

hoc

Digitized by Google

hoc an. 1232. constituit : *Item in Civitatibus nostris novis BANNITUM MILIARE deponatur.* Vid. Cassieneuve *Orig. Gall. Voc. Bannlieue.*

Tertium genus dicitur *Gebiete, Bottmessigkeit*, superioritas, sub quo continentur villæ & præfecturæ, quæ quidem suo proprio banno, ut & jure civitatis, villæ vel communitatis aut vicaneatûs gaudet, nihilominus sunt sub potestate suæ Civitatis, metropoleos, quemadmodum superioritas Civitatis Reique publicæ Argentoratensis, ultra pomœria & miliare bannitum sive burgibannum, etiam ad præfecturas & villas Barr, Dorlsheim, Wasselnheim, Marley, etsi sint extra bannum urbalem.

Quo facit Belgicum *Bant*, Oosterbant, Brachbant, Bukenbant, de quo Wendelin. de LL. Sal. cap. IX. & infra *Brach.*

Itemque vox provincialis *Bonna*, limes, Glab. Rudolph. 2. 10. Du Fresne Glossar. *Bonna.* Unde Vindobona, Vienna, Limes. Vendorum. Itemque *Bunde*, metæ, *Glossar. du Fresn. v. Bodena.*

V. BANN, pro causæ cognitione, quæ uti Romanis duplex fuit, ordinaria, judicibus datis à Principe aut Magistratu : & Extraordinaria, quæ ab ipso Principe vel Magistratu fiebat : ita & Francorum sub imperio, quidam *Bannus* dicitur Domni Imperatoris vel Regis, h. e. Cognitio Extraordinaria certarum causarum. Kapitulare Caroli M. VII. an. 803. c. 1. *Bannus Domni Imperatoris vel Regis, quem per semetipsum consuetus est bannire, id est de mundiburdio Ecclesiarum, viduarum, orphanorum &c.* Aliâ notatione *Königsbann* appellatur in Jure Saxonico passim pro *Blutbann* vel *Halsgericht*, mero imperio, quo destitutus olim *Marchio*, dicebatur judicare non sub banno regis, sed proprio : unde mulcta ipsi debita erat dimidia banni regii, *Vid. J. Sax. Prov. Lib. 1. art. 59. Lib. 2. art. 12. ib. Gl. Germ. L. 3. art. 64.* ait hîc : *Palansgravii & Landgravii sub banno, ut Comites, judicant Regis, & ideò eis sexaginta solidi pro mulcta dantur. Cuilibet Marchioni XXX. solidi mulctantur : Et ipse judicat sub gratia seu homagio suo.* Et art. sequente : *Marchio judicabit sub sibi præstito fidelitatis sacramento post sex hebdomadas.* ubi Glossator Teutonicus diversas refert opiniones DD. Saxonicorum sui temporis, quid sibi velit hæc formula *bei Königsbann*, & ei opposita, *bey seinen selbs hulden.* Prima est Burchardi à Mangelfeld, Doctoris Theologiæ & Decretalium, itemque Ottonis Comitis de Falckenstein, quorum ille jussu Ottonis Ruffi Imp. primus auctor Glossæ Juris Saxonici refertur à Glossatore Weichbildici c. X. eaque ita habuit in MS. Codice meo : *Die Mergrefe dingit bie synes selbis hulden die ome da orteil finden in syme dinge, das sie sullen finden bie deme eide den sie om zu hulden geswom habin.* Hæc sententia rejicitur, quia non sit moris in judiciis non-feudalibus exigere sententias sub juramento vel homagio. Sed etsi fortassis hoc ætate novissimi Glossatoris in desuetudinem in Marchionatu Misniæ abierit, non dubitandum tamen est, quod tempore Burchardi & Falckensteinii in usu fuerit, quippe qui testes sui temporis & fori satis sunt locupletes : ac constat, etiam alibi in Alemannia illum morem generatim viguisse. Certè quas alias refert interpretationes adeò convenientes non sunt. Convenit & J. Alemann. Provinc. cap. CXXIII. & CXXXIX. ac CLXVII. præterquam quod in hoc posteriore capite Marchioni etiam adjungitur & æquiparatur Comes Palatinus, quem tamen Jus Sax. banno regio gaudere vult. Verum nulla est contradictio, atque Jus Alemannicum illustrat & hîc Jus Saxonicum, declarans regulam & restringens ad eos Palatinos qui *Furstenambte* habent, & sicut Comites jure nomineque Regio jus dicunt : h. e. qui omnimodâ jurisdictione, etiam criminali gaudent. Excipit porrò eos Palatinos qui hac dignitate & hac omnimodâ jurisdictione non gaudent, sed minori. De quo discrimine suo locò.

VI. Porrò vox Banni etiam specialiter dicitur de partibus quibusdam cognitionis utriusque ordinariæ vel extraordinariæ.

Bann, Gebot, verbot, Mandatum, Edictum. *Bannum ponere*, edicere, legem proclamare : pro quo & *Bannire*, *Bannen*, Kapitul. Caroli M. anno 802. c. 39. Et *Bandire*, Charta Rudolphi Regis an. 924. *insuper etiam & nostro bando bandimus, ut siquis &c.*

Bannum adimplere, Edicto parere. L. Ripuar. t. 65. *Super bannum Dominicum* annonam in hoste rapere, i. contra bannum seu mandatum Regium, *Carol. M. LL. Longob. 1. XIV. XI.*

[Huc pertinet quod in Gloss. Monseens. extat *Panna.* scita. pag. 360. In Glossis super librum Esther hæc vox reperitur, inde patet de Scitis, seu Edictis Regis Persarum accipi, atque locum Est. III. 8. indigitari, nullibi namque alias vox *scita* in hoc libro occurrit, ibi vero hæc verba Aman referuntur. *Est populus per omnes Provincias regni tui dispersus, & à se mutuo separatus, novis utens legibus & cerimoniis, insuper & Regis SCITA contemnens.* Refero huc etiam *After demopanne, das er iz sin lazze*, post decretam cessationem, quod extat in iisd. Gloss. pag. 401. legendum enim pro *demopanne demo panne.*]

Otfr. II. 18, 27. de Salvatoris mandato :

Ih zellu afur thanana
mines selbes redina,
Selbon ban minan
then ih heizu afurscriban.

Ego verò refero dehinc
mea propria verba,
Mei ipsius mandatum,
quod jubeo adscribi.

Banniti dies, Gebannene tage, i. dies juridici, quibus jus dicitur. J. Feud. Alem. c. CXIV. §. 3. *Vor mittem tage und an allen gebannen tagen mag der Herr sines tedings wol begünnen.* i. ante diem & omnibus diebus juridicis & in omnibus locis potest Dominus judicium suum exercere. Contrà

Gebannene Virtage, Feriæ publicæ, publicè edictæ. J. Argent. L. 2. cap. 40. *finis tage die sin,*

ame ſtumentage und gebannene virtage, des ſol man ribten. Et c. LXXXIV. *Sü irrent danne ſunnendage oder gebannen virtage oder ander ebeſtige not.* i. niſi impediant eos dies dominica vel feriæ publicæ aut alia legitima impedimenta. Pro quo in Jure Sax. Feud. c. IV. habetur, *Gebundene tage :* MS. *der Man ſal ouch ſime herrn dinen darmete, daz her ime urteil uinde zu lenrechte vor mittage, und buzen gebundenen tagen. und buzen uireltagen.* Keiſerſp. Narr: Schiff. LXXIII. fol. 156. *Uf gebannen feiertag ſolt man nit ſchieſſen, wann uf ſemliche tag ſo iſt alle knechtliche werck verboten.*

Bann, edictum citatorium.

Bannen, citare, Bannire, in LL. antiquis. Vid. Gloſſar. du Freſne. Bannitiones tres erant annuatim, ſive tria placita generalia, ungebotene ding, Kapitul. Ludovici Pii LL. Longob. 2. 43, 3.

Bann, bannus, ſententia pœnæ pecuniariæ. Mulcta. L. Alamann. t. 37. fi. *Et inſuper bannum, quem Lex habet, ſolvat. Königsbann gelten*, bannum dominicum componere, *Carol. M. in L. XI. t. XIV. Lib. I. LL. Longob.* is fuit LX. ſolidorum, quem tamen Rex cum conſenſu Procerum Francorum & Saxonum augere pro re nata poterat, Kapit. Caroli M. quod Saxonum inſcriptum, an. 797. cap. IX. Conradus Urſp. in Friderico I. Imp. *Et ne quis contra illud attentet venire, bannum, id eſt, pœnam pecuniariam conſtituit.* Fridericus I. Imp. in privilegio Monaſterii Sibergenſi Diœceſeos Colonienſis an. 1174. *Banno trecentarum librarum auri puriſſimi ſubjaceat, & ſolvat medietatem Cameræ noſtræ & medietatem prædicto cœnobio.* J. Sax. Prov. L. 1. a. 59. & paſſim. Kapitulare Carol. M. II. an. 812. cap. 2. *Ut non pro aliqua occaſione nec uuacta, nec de ſcara, nec warda, nec pro heribergare, nec pro alio banno, heribannum Comes exactare præſumat, niſi Miſſus noſter prius heribannum ad partem noſtram recipiat, & ei ſuam tertiam exinde per juſſionem noſtram donet.*

Bann, bannus, ſententia proſcriptionis perſonarum.

Otfr. IV. 8, 18.

So war ſo er uuari thanne
thaz er uuari in banne.

Ubicunque ille fuerit deinceps,
ut eſſet in banno. proſcriptus.

Rerum proſcriptio ſeu confiſcatio. Unde *res in bannum mittere*, confiſcare vel annotare ſaltem. Capitular. Franc. Lib. IV. cap. 25. *Si poſt unam & alteram Comitis admonitionem aliquis ad mallum venire noluerit, rebus ejus in bannum miſſis, venire & juſtitiam facere compellatur.* Et cap. 24. *Cujuscunque hominis proprietas ob crimen aliquod, quod idem habet commiſſum, in bannum fuerit miſſa, & ille, re cognitâ, ne juſtitiam faciat, venire diſtulerit, annumque & diem in eo banno illum eſſe permiſerit, ulterius eam non acquirat, ſed ipſa fiſco noſtro ſocietur.*

Inde verbum *Abandonare*, abandonner, i. e. ad bannum dare. Vid. Gloſſar. du Freſne. Menagii & Caſſanevi.

VII. Denique *Bann*, *Banna*, ipſum etiam crimen ob quod cognitio fit, denotat. Eò referendum potius videtur *Rædbanna* & *Dædbanna* in LL. Henrici I. R. Angl. cap. LXXXV. *Quicunque dando, recipiendo, referendo, vel cauſæ conſcius fuerit, aut conſilio, vel conſentaneus in aliquo, ſimili pœnæ ſubjaceat, & nemo poſſit ſuper his alterius inde warandus eſſe. Qui ad occidendum aliquem innoxium REDBANNA vel DEDBANNA fuerit convictus, noxæ componat inde ſolus & cum aliis.* Du Freſne in Gloſſ. D. vocem *Bana*, exponit homicidium, neſcio quo auctore, rectius crimen quodvis, *Rad* & *Dad*, eſt conſilium ſive cauſa moralis & factum ipſum cauſæ phyſicæ.

Meziban, proſcriptio finium. Kapitul. Caroli M. an. 809. 1. cap. XI. *De Meziban i. e. de latrone forbannito. Ut unusquisque Comes alio mandet, ut nullus eum recipere audeat.* Meziban, forban, foris bannitus, extra vel ultra fines & terminos regni: alius ſimplex bannus eſt tantùm ex territorio vel diſtrictu aliquo : Gerichtsreumung. *Mez*, modum, & menſuram notat, ſed & fines & terminos. *Geuui mez*, fines terræ alicujus. Otfr. I. 20, 15.

So uuit thaz geuui mez uuas,
ni firliazun ſie nih einaz.

Quàm latè illius terræ terminus, limes, erat,
non relinquebant ne unum.

Irbannen, excludere. Otfr. V. 21, 14.

Nu man uuizinot then man
ther armen ſelidono irban :
Iſt ferro irdriban ſon himile uz,
ther anderemo nimit ſinaz hus.

Si jam cruciatur ille homo
qui pauperes tecto excludit :
Quam procul rejectus à cœlo,
qui alteri rapit ſuas ædes.

Hinc *Irbondun*, vide infr. Bondun.

Bann, proſcriptio Eccleſiaſtica ſive Excommunicatio. Anathema, opponitur der acht, proſcriptioni ſeculari. J. F. Alem. cap. XXV. *Von Bann und Obte. Des verbannen und verechten mannes gezüge mag man wol verwerffen mit rechte in dem biſtume da er inne verbannen iſt, und in dem gerichte da er inne verechtet iſt.* Excommunicati & proſcripti hominis teſtes rectè reprobari poſſunt in eo Epiſcopatu, in quo excommunicatus, & in eo territorio ubi proſcriptus fuit. J. Prov. Alem. pr. *Wan ein man iſt in dem Bann ſechs wochen und einen tag, ſo ſol in der weltlich richter zu acht tun, und wer auch in der acht iſt ſechs wochen und einen tag, den ſol man zu bann tun.* Propter abuſum banni eccleſiaſtici illud non ſemper obſervatum à Judice ſeculari. J. Argent. Lib. 2. cap. 77. *In ſwelre hande Banne der man iſt oder die frowe die unſer burger ſin : das en ſol ime vorme Rate kein ſchade ſin. Man ſol ime ribten in alle wiz als er niht in banne were. Er mag och wol gezuge ſin vorme Rate.*

Bann, Pan, devovere ſeſe.

Fragm. MS. de B. Hiſp. v. 2362. Thargis de Rolando :

Sin

Digitized by Google

Sie bo(v)uet ſcol bitte thar umbe beligen.
Is iſt bitte min pan:
ether ih geletbege al yſpaniam.
Caput ejus hodie hîc circumjacebit:
Hoc eſt hodie ad quod me devoveo:
aut ego deſeram omnem Hiſpaniam.

Bann Waſſer, judicium aquarum. Lib. Salic. Monaſt. Ebersheim. de an. 1320. *Judicium aquarum. darnach hat der Abbet ſechs banne waſſer, der geltent dru zu 30. ſchillingen, ſwer dinne gepbendit wirt ze rehte.*

Bann Wein, I. Vinum cum edicto ſeu interdicto. Liber Salicus MS. Monaſterii Ebersheimenſis Cap. *Judicium vini banniti.* Conſuetudines Lorriaci à du Freſnio laudatæ: *Nullus Lorriaci vinum cum edicto vendat, excepto Rege qui proprium vinum in cellario ſuo cum edicto vendat.*

Tabularium Vindocinenſe Thuani, Charta 105. *Præterea ſuo tempore nemo auſus erat infra banleviam* (banni levatio, interdictio) *vinum vendere, quamdiu Comes ſuum vinum vendere faciebat, quo aut non emendaſſet, aut vinum non perdidiſſet.* Charta de Immunitatibus caſtrimeliandi: *Non licebit mihi vel ſucceſſoribus meis facere bannum vini, niſi per XL. dies per annum, & ſic quilibet hominum meorum toto alio tempore liberè ac ſine aliqua contradictione vendere poterit vinum ſuum.*

II. *Bannwin*, vectigal pro conceſſione banniti vini. Charta conceſſionis Henrici de Stalek Epiſc. Argent. an. 1252. *De vino bannus dabatur, omni anno à veſperis paſchæ usque ad ſex hebdomadas, de qualibet carrata vini una anna, quæ à cauponibus ibidem medio tempore vendebatur.* Jus Argent. L. 1. cap. 18. *Epiſcopi hactenus ſumſerunt theloneum de carbonibus & canabo de conſuetudine, non de jure. Sicut & bannum in vino. den ban von dem wine.*

Bierban, *Broetban*, vectigal de pane & cereviſia vendenda. Conſuetudines S. Audamari apud du Freſn. Gloſſar. B. *Dabunt ſingulæ manſiones de Broetban den. 12. & de Bierban den. 12.* neque confundendum cum *Bierbank.*

Futterbann, vectigal quod ſolvunt quotannis die Futterer, qui fodram vendunt, Hukerbann, propolarum, J. Auguſtan. f. 60.

Appannagium, ſunt qui ad vocem Banni referunt, quaſi dicas *Abbannung*, *abbannete brüder*, fratres abandonati. *Speidel. Schottel. de Ling. Germ. 2. 16. pag. 618.* Perperam. eſt à verbo linguæ Romanæ ruſticæ *Apanare*, ſignificat panem i. alimenta exhibere. *Gloſſar. du Freſne.* Vid. Diſſ. noſtr. de Paragio & Apanag.

BANG, BANK, ſcamnum, ſella.

Fragm. MS. Carm. de Bell. Hiſp. ℣. 1109. de Marſilie Rege Saracenorum:

Er geſaz kume uffe thie bang,
ime wart kalt unde beiz.
Vix ſederat in ſcamno,
frigore & ardore obruebatur.

Vdalricus: *Duo ſedilia, quæ vulgò bancos vocant.* J. Prov. Sax. L. 3. Art. 38. *Mulier cum mortua fuerit tempore vitæ mariti, cognata ipſius vicinior, quæ recipit ſupellectilem ſeu utenſilia, relinquet lectum ornatum*

marito, ſicut fuerat tempore uxoris, & menſam ornabit menſali, & bancum ſeu ſcamnum pulvinari, ac ſedile cuſſino. Germ. *ſeine banck mit einem pfüle, und ſeinen ſtul mit einem küſſen.* Unde patet, Bancum propriè dici ſedile longius, quod plures unà ſeſſores capit, ut rectè obſervavit du Freſn. in Gloſſ. hîc.

Bank, Gerichtsbank, Richterſtul, Judicium, tribunal. Weichbild cap. XX. *Er ſol komen zu rechter Dingſtat und vor die Bencke.* In MS. meo: *komen in die gebogitte Dingkbancke.* Gloſſ. Jur. Feud. Sax. cap. XXXI. *Zu diſer gab iſt not, das der man komme fur die vier Beuke, ob es zu Landrecht iſt: oder vor den Herren und vor ſeine manne, ob es zu Lehnrecht iſt.* Et mox; *So findet man im zween* (boten) *aus der Banck und zween dingpflichtige.* Conf. du Freſn. Gloſſ. hîc.

BANKART, nothus, illegitimus, à ſcamno, quod legitimo thoro opponitur. q. d. non ex thalamo, ſed ex ſcamno oriundus. Formula vulgaris loquendi de notho: *Sein vater iſt mit ſeiner Butter von der Banck gefallen.* Vid. & *Baſtart.*

BANKET: convivium. *Banquetiren*, epulari. Vetus mos Francorum, remotâ menſâ, in ſcamnis inebriari, Gregor. Turon. Lib. X. c. XXVII. *Invitatis ad epulum multis, bos tres in uno fecit ſedere ſubſellio: cumque in eo prandium elongatum fuiſſet ſpatio, ut nox mundum obrueret, ablatâ menſâ, ut mos Francorum eſt, illi in ſubſellia ſua, ſicut locati fuerant, reſidebant: potatoque vino multo, in tantum crapulati ſunt; ut pueri eorum madefacti, per angulos domûs, ubi quisque corruerat, obdormirent.*

BANC, ſcamnum pro menſa. *Mezgerbanck*, Bancha Macellarii ad vendendum, *Gloſſ. du Freſn. voc. Banc. Carnifex qui habet ſcamnum:* id. voc. Scamn. Gregor. Turon. L. V. cap. 7. *Ad dextram ejus* (Chilperici R.) *Bertbrandus Epiſcopus, ad levam vero Ragnemundus ſtabat; & erat ante eos ſcamnum pane deſuper plenum cum diverſis ferculis.* Conf. Caſeneuve *Orig. L. Gall. voc. Banqueter.* Salmaſ. de Uſur. pag. 511. *Bancarii dicuntur nobis qui Veteribus Trapezitæ & menſarii. Hinc menſæ in foro poſitæ non adſidebant, ſed inſidebant nummularii: Ideò non ſolum menſæ, ſed etiam ſcamni vel ſedilis habuit nomen.* Inde *Banquerot*, *banqueroute.*

BANSEN.

Gothis *Banſta*, horreum, Matth. VI, 26. Luc. III, 17.

BANT, BANTON, vincula. *Binden*, ligare.

Otfr. III. 12, 77. Salvator ad Petrum:

Gibint then man mit uuorton,
ther ſtante ſo in then banton.
Liga hominem verbis,
qui perſtat ſic in vinculis (peccatorum.)
[Melius. Et *ille ſtabit ita* (ut voluiſti) *in vinculis.* Scherz. in Not. ad h. l.]

Idem IV. 22, 28. de Barraba:

So lag er thar in banton.
Sic jacebat iſte ibi in vinculis.

[Tatian. 185. 10. *Buntun inan.* ligaverunt eum ſcil. Jeſum. conf. ſupra *Band* & infra *Pant.*]

[*Pantirum*, *Charchela*, ergaſtulo. Gloſſ. Monſ. p. 407.]

Bandt, canis paſtoralis, H. Jun. Nomencl. pag. 558. Kilianus : *Bandhond*, *Canis vinculis aſſuetus* : & *Canis pecuarius*, *paſtoralis*.

[BAR *givuet*, *giuvetun*, jugis boum. Gloſſ. Monſeenſ. p. 329.]

I. BAREN, *Beren*, ferre, portare, ſuſtollere, *empor heben*, quod vocabuli inde reliquum quaſi *ent-bar* : item *Borkirch*, Lettner.

ASax. Luc. VII, 12. *tha wæs thær an dead man geboren.* tunc inde mortuus homo portabatur. ℣. 14. *tha æſtodon tha the bine bæron*, tunc ſubſiſtebant qui eum portabant.

[Gloſſ. Monſeenſ. *Par*, attulit. pag. 343. *paren*, exertum. p. 339. *mit parentemo*, extento collo. p. 332. *pari*, faceret. p. 333. *peran*, ferre. p. 388. *perent*, protulerint. p. 387. proferunt. p. 388. reddunt. p. 392. adferent. p. 396.]

Berit thie [in noſtra edit. *Birit die*] *bluomen*, fert flores, *Willeram. in Cant. II.* 1. p. 20. *Siu thie ſconen ande thie* [unde die] *ſuozen epbela bired.* [epfele biret] illa pulchra & dulcia poma fert, id. II. 3. p. 23.

Notk. Pſalm. I, 3. *pirig poum guotero uuercho.* ferax arbor bonorum operum.

Vid. infra *Beren*, exhibere.

Hinc compoſitum *Gebaren*, hodie *ſich gebærden*, ſeſe gerere. J. Feud. Alem. c. XLIII. Rubrica : *Wie der Man ſol ſprechen und gebarn* (al. geborn, al. geparn) *ſo er ſin lehn entphohen ſol.* i. quibus verbis & geſtibus vaſallus inveſtituram impetret.

Gebare, *Gebære*, geſtus. Willeram. in Cant. Cant. V. 13. p. 101.

[Anglo-Saxones quoque *gebær*, dicebant, à *bæran* gerere, pari prorſus notione atque origine, qua peculiaris uniuscujusque hominis agendi modus latine *Geſtus*. Gallice *comportement*, Anglice *cariadge* nuncupatus. Jun. Not. ad h. l. p. n. 43.

Carm. MS. de Bell. Hiſp. ℣. 959.

Er vlob mit theme gebere,
ſam ther gote Muzere.
Volabat eo geſtu,
ùt bonus Muzare.

Muza Arabum Dux, qui Hiſpaniam domuit, unde *Muzere* Duces Arabum. Vid. infr. Muzere.

Idem Carmen ℣. 3666.

Ih ſah in in then gebaren,
thaz wolde wanen,
Er ſcolte Rolanten erſlagen.
Videbam iſtum in tali geſtu,
ut arbitrarer,
Velle Rolandum occidere.

Idem ℣. 4080.

Egeslih waren ſine gebare.
Er tete ſam ther gote rutare.
Truces erant ejus geſtus,
Agebat ſicut bonus ruptarius. h. e.
colonus inutilia exſcindens.

Gloſſæ MSS. ASax. *Habitudines*, *geberu*.

[*Giparida*, ſpeciem. Gloſſ. Monſeenſ. p. 374. *Frourun giparida*, lætiores habitu. p. 402.

Bara, baare, feretrum. Otfr. IV. 35, 27.

In erde odo in bara.
In terram vel in feretrum.

Idem ib. c. 26, 38.

Sie ſcrigtin ſon theru baru.
Proſilierunt è pheretro.

[Tat. de Chriſto XLIX. 3. *biruorta thia bara.* tetigit loculum. (Juvenis Nainitici.) Notat autem Palthen. *Bara* proprie non loculum, ſed feretrum Germanis notare. p. 369.]

Gloſſar. Saxonic. antiquiſſimum P. Pithæi : *Baar*, *feretrum.* Unde non malè idem vir doctiſſimus derivat : *Bargima*, *νεκροφόρος*. ut eſt in Gloſſis Græco Latinis. Vid. voc. *Ginnen.*

[Gloſſ. Monſeenſ. *in parun*, in lecticis. p. 336. *para*, geſtatorium. p. 405.]

Gloſſæ MS. ASax. *Baer*, *baſterna*. i. bare, trage.

Baarrecht, jus feretri, vel judicium feretri, quod habetur contra homicidam præſente occiſo in feretro jacente, ubi probatio per cruentationem vel ſanguinis è cadavere fluxum. Vid. Wehner. h. Schottel. de Jur. Sing. c. 3.

Inde *Reiteborn*, lectica, Königshov. Chron. c. 2, 67.

Sciltpor, armiger, ſcutifer propriè, Paul. Warnefr. l. 2. de geſt. Longob. c. 14. 28. *Regis Scilpor h. e. armiger & collectaneus erat.* Vide de horum generibus H. Speelm. in Gloſſar. *voc. Armiger.*

II. BAREN, Gibaren, conferre.

[*Offenbabren*, ita ipſe Schilterus Not. ad Otfr. II. 21, 36.]

Otfr. II. 21, 36. de modo orandi :

Thaz iz Got gibare.
Ut id DEUS conferat, quod petitum.

[In utroque Cod. MSC. Vindob. & Vatic. pro *gibare*, legitur *gibore*, Inde hunc verſum ita reddit Scherzius in Not.

Ut Deus id exaudiat.]

Idem I. 18, 3. de muneribus Magorum :

Ih ſagen thir thaz in uuara,
Sie mohtun bringan mera :
Thiz uuas ſus gibari,
theis geiſtlichaz uuari.
Ego dico tibi revera,
poterant offerre plura :
Hoc erat ita congeſtum,
quòd myſticum eſſet.

[*Hoc ita fuit geſtum,*
Ut ſpirituale eſſet.

Ita duos ultimos verſus reddendos cenſet Scherz. in Not.]

III. BAREN, *Beran*, ferre in utero, procreare. *In beran ſin*, in pariendo eſſe, puerperam eſſe, Otfr. I. 8, 6.

Birit, Otfr. II. 23, 29.

Ubilboum birit thaz
thaz imo iſt io gislahtaz.

i. Ma-

Digitized by Google

BAR.

i. Mala arbor gignit id,
quod ſui eſt generis.

Unde *Beermutter*, uterus. *Beerhaft und ſwanger*, J. Feud. Alem. c.

Berig, *Pirig*, fructifer. Notker. Pſal. I. ℣. 3. *der iſt pirig pomm guotero uuercho. unde fram diehent allu, din der bomm biret.* i. illa eſt arbor fructifera bonorum operum. & valdè proſperabuntur omnia, quæcunque arbor procreat. Idem Pſal. LI, 10. LXVII. 17.

Birigen, fœcundare. Notk. Pſalm. XXXII, 6. *die erda beregenot und gebirigot uuard.*

Berig, Nom. Propr. Regis Gothorum, Jornand. de Reb. Get. c. 4. 39.

Unbarig, *unberenti*, ſterilis. Tatian. 2, 2. *Eliſabeth uuas unberenti*, Eliſabeth erat ſterilis.

[Compoſitum eſt ex particula *Un*, & *beran*, parere, quod eſt ap. Otfr. I. 5. 45. *thu ſcalt beran*, paries. Eſt ergo *unberend*, non pariens, non paritura; Sic Otfr. I. V. 118. Eliſabetham noſtram, *reves unberenta*, corpore ſterilem, & ASaxonicus interpres Luc. 1. 7. *unberente*, appellat. Palthen. Not. ad Tat. p. 280.]

Cantic. Cantic. IV. 2. *iro nehein iſt unbarig.* ſterilis non eſt inter eas.

Umbera, ſterilis, Otfr. IV. 26, 74.

Thiu kindes umbera ſi.

Quæ liberos parere inhabilis ſit.

Unberebafti, ſterilitas, Notk. Pſalm. XXXIV. 12. XLV, 5.

Unbirgi, ſterilitas, Notk. Pſalm. XXXIV, 13.

IV. BAREN, generare, gignere, de utroque parente, patre quoque. Otfr. III. 20, 180.

Sulih ſo uuir uuarun,
thaz uuir nan blintan barun.

Hi tales fuimus,
quum nos eum cœcum genuimus.

Pſalterium MS. M. Pſ. 2. *Unſir herre ſprach zu mir : Mein ſun biſtu. ich gebar dich hude.*

Notker. in Symb. Athanaſ. ℣. 29. *Er iſt Got er uuerlte geborner ſone thes Fater uuiſte, unde iſt menniſco hier in uuerlte geborner ſone dero muoter uuiſte.* DEUS eſt ex ſubſtantia patris ante ſæcula genitus, & homo eſt ex ſubſtantia matris in ſæcula natus. Chron. Friburg. in Brisgov. p. 5. adjectum Chronico Königshov. *Herzog Fridrich gebar mit ſeinem gemahel zween ſune.*

Barn, infans. *Parn*, *Bârno*, filius.

[Tat. II. 6. *Manage Iſraheles barno :* multos filiorum Iſrael. Ad quæ verba ſequentia notat Palthen. Primitivum eſt *bar*, quod Gothis virum notat, uti videre eſt in Leg. Norweg. c. 48. tit. *Landzleie*, ubi expeditio virorum *baritoug*, vocatur. Atque inde eſſe vocabulum *Baronis*, quod virum, præſertim militarem, ſignificat, ut & Hiſpanorum *Varon*, ex Loccenio Antiq. Sueo Goth. p. 88. patet. Quod autem vir doctiſſimus ſubjungit, dicta voce Hiſpanica, non quemvis, ſed egregium præſtantemque virum denotari, id probari non poteſt, contrarium ejus apparet ex *Didaci de Rojas problem. de Philoſ. mor. p.* 28. ubi nomen *varon*, pro mare in genere uſurpatur. A *bar* factum diminutivum *barn*, puer maſculus, quod habet Junius in Gloſſar. ubi adductis omnibus Codicis Argentei locis ſignificatum hunc obtinere probat, excepto unico Marc. V. 39. quo de fœmella idem uſurpatur. Idem de Teutonibus priſcis Vulcanius in Comment. in ling. Get. pag. 65. obſervat. Factum vero deinde eſt, ut promiſcue pro utriusque ſexus infantibus vox ea acciperetur, id quod hodienum Sueci atque Islandi faciunt. Scoti quoque & Angli boreales *bairn*, eodem ſenſu dicunt. Huc quoque AS. *bearn*, filius, filia pertinet. vid. Benſon in Compoſ. conf. & Goldaſt. in Parænet. §. 34. Hæc Palthen. Not. ad Tat. p. 288. ſq.]

Otfrid. I. 13, 20. de S. Maria:

In ira barm ſi ſasta
Barno beziſta.
In ſuum ſinum poſuit
Filium optimum.

Kero : c. 7. *ubar parn mannon :* ſuper filios hominum.

Bibarne, progeniti, Otfr. I. 6, 30. *Fordoron bibarne*, majores, ante geniti, Otfr. I. 5, 15. [Cod. Vind. habet *bibarna*. Videtur autem Scherzio *thie fordoron bibarna*, idem eſſe ac Majores cum liberis, ut *Bibarna* duo ſint vocabula, *barn*, liberos notet, præpoſitio autem *bi*, cum, ſignificet ut ap. Otfr. II. 8. 9. *bi then uuin*, cum vino. Eadem ratione Otfr. I. 6. 30. exponi poſſe. vid. Not. Scherz. ad Otfr. I. 5. 15.]

[*Parn*, Rabano Mauro in Gloſſ. eſt infans utriusque ſexus. *Capar*, edidit, *gebar*. vid. Diecman. Spec. Gloſſ. p. 150.]

Ungeborn kint, cæſar, Königshov. Chron. Schnittling.

Burt, generatio.

Natura, Notk. Pſalm. LXX, 20.

Afterburt, ſecundinæ.

Abirburte, regeneratio, baptismus, Notk. Pſal. LXXXII, 11.

Anaburt, natura, Notk. Pſalm. XXI, 1. ſuprà A. & Pſalm. LXXXVII.

Chumbarre, Vid. Chunn.

Ebenburt, æqualis generatio.

Ebenburt J. Sax: eſt quadruplex, prima ſpecies oritur ex jure Scabinatus, altera ex jure Miniſteriali & officio infeudato, tertia ex ſervitute, quarta ex equeſtri dignitate, vide Gl. Germ. in lib. 3. a. 73.

Einborn, unigenitus, Notk. Pſalm. LXVIII, 36.

Erisporinni, primogenitura, Notker. Pſalm. XLVI, 5.

Erdpurno, terrigena : &

Erdpurtigen, terrigenæ, Notk. Pſal. XLVIII. 3.

Geburt, natio, Notk. Pſal. LXXII. 15. *die geburt dinero Chindo*, nationem filiorum tuorum.

[*Gipurti*, ſexu. Gloſſ. Monſ. pag. 392. ortus. pag. 393.

Gipores, propagationis. pag. 388.]

Bar, *Par*, art. Tyrol. Scot. pag. 278. *von meniger par.* Idem pag. 279. *von ſüſſer par*, de genere dulci, de Maria Virgine.

BAR.

[*Chind arperanti*, partu edens. Gloss. Monf. p. 405.]

Erborane, geniti, regeniti. Otfr. II. 2, 60.

Si uuarun ér firlorane,
Nu fint fon Gote erborane.
Erant antea perditi,
Nunc funt à DEO regeniti.

Fureburtig man, regenitus homo, continens, Notk. Pfal. XXXII. 16. Vid. in. F.

Irberen regenerare. Otfr. II. 12, 62.

Niſt ther in himilrichi queme,
ther Geiſt ioh uuazar nan nirbere.
Non eſt qui in regnum cœlorum venit,
Spiritus & Aqua ipſum nſ regeneret.

Weſteparn, ſapientes nati, Vid. inf. *wis* intellectus.

V. Facere, generatim.

Fride beren, pacem facere. Liber Salic. MS. Monaſter. *Vid. ſupra Voc. Aſeze.*

BAR, Adjectiv. liber, frey. *Barono*, liberorum: Ker. Fr. Jun. ad Tatian. III. 7. & ad Keron.

Barigildus, Francus homo, liber homo gentis Francicæ. Capitular. Karoli Calvi Regis An. 864. c. 32. *Ut conlimitanei & vicini Comites in una die, ſi fieri poteſt, mallum non teneant - propter FRANCOS homines & Advocatos, qui ad utraque malla non poſſunt occurrere. — Et ipſe ſic mallum ſuum teneat, ut BARIGILDI ejus, & Advocati qui cum aliis Comitatibus rationes habent, ad ſuum mallum occurrere poſſint.*

Barigildos hîc interpretatur Sirmondus Apparitores Comitis, fundamentum interpretationis videtur arceſſere ex eo, quod apud Italos vocentur hodie *Barigelli* principes apparitorum. At ſolidiſſima interpretatio videtur arceſſi ex ipſo textu Kapitularis, in quo qui primò *Franci homines* dicti, Advocatis juncti, in fine repetito vocantur *Barigildi*, iisdem iterum adjuncti: igitur iidem ſunt Franci homines & Barigildi, diverſi ab Advocatis. quos Innoc. Cironius (quem Du Fresne in Gloſſar. hâc voce, laudat) confundit cum Barigildis. Barigildi itaque hîc dicuntur Subditi Regni Francici, vox *Gildi* à neceſſitate præſtandi ſubditum denotat, vox *Bari* liberum ſubditum, non conditionis ſervilis, ſed qui in Mallo Comitis perſonam ſtandi habuit. Ratio autem Legis hujus opidò patet, quod, ſi duo Comites vicini eodem die Mallum haberent, contingere ſolitum, ut tam ipſi Franci in uno mallo actoris, in altero rei vel teſtis perſonam ſubire deberent, quàm & Advocati utrobique clientium rationibus inſervire deberent, quod quum ſine impedimento juſtitiæ fieri non potuerit, remedium hoc Kapitulari quæſitum fuit.

Barſcalk, libertus, manſi barſcalkorum ſeu Parſcalcorum diverſi à manſis ſervorum ſive ſcalcorum, exempla ſcriptorum Latinorum plura exhibet Du Fresne Gloſſar. h. v. Et ſimpliciter

BAR.

Barus, libertus, medius inter ingenuum & ſervum, L. Alem. c. 95. ubi fœmina ingenua, lita, barus & ſervus contradiſtinguuntur; ubi Du Fresn. in Gloſſ. malè pro viro quovis accipit.

Barton vox Angl. Sax. terra dominica, reſervata Domino, libera à canone & cenſu. *H. Speelm. & du Fresne. h. v.*

Bartæ, boſci, terræ incultæ: hodie *Blöſſen*, Vid. du Fresn. Gl. v. B.

Haubet pari, calvitium, i. e. caput apertum, ſine capillis. Notk. Pſal. XLIII. 1.

Perich, perichkibilla, calvaria, Notk. Pſal. CV. 19.

Berlich, apertus, *berlicher mutwill*, aperta, manifeſta malitia, Chron. Königsh. p. 857. & 891. 980. 1073.

Nah pariro ſcrifte, ſecundùm literam, apertam. Notk. Pſal. CIII. 5.

BAR, Subſtantivum, idem quod Superior, Dominus, herus, & generatim Vir.

Otfr. I. XI. 25, 26. de Auguſti Imp. Edicto Cenſûs:

Burg'ni ſi thes uuenke,
Nob baru thes io githenke.
Urbs nulla ſit hoc declinans,
Nec procerum quis id cogitet.

[Pro *baru*, ſive *bar*, ut T. I. noſtri Theſauri exhibetur, *barn* legi debet, ſecundum Cod. MSC. Vind. & Vatic. quæ vox proprie filium denotat: interdum vero in genere pro homine uſurpatur (vid. notata ad vocem *barn*) hinc *Gomnanbarn*, maſcula proles, ap. Tat. VII. 2. Verſus igitur. 26. ita vertendus:

Nec hominum *ullus cogitet.*

Judice Scherzio in Not. ad h. l.

Hinc *Baronum* dignitas denominata, de qua Du Fresn. [Conf. ê Palthenio notata ad *Barn.*]

Lex Alem. c. LXXVI. *barum aut fœminam.* ubi Gl. MS. adjicit: *i. virum.* Vid. Du Fresne Gl.

BAR, quicquid fert tellus, fructus. Reliquum in *Urbar*, fructus, reditus, quod vide in V. q. d. ertrag: was das gut uber ſich barit, ſicut dicitur Eſa. XXXVII. 31. de domo Juda: *Radicem deorſum, & faciet fructum ſurſum.*

BAR, *berend*, apertum manifeſtum, offenbar, quaſi quod *empor* in altum tollitur. Otfr. III. 7, 110.

Thaz man iz leſe thare,
gihaltan io bare.
Ut legatur ibi,
conſervatum manifeſtum. (apertè)

[Cod. uterque Vindob. & Vat. non habent *jo bare*, ſed *bi jare.* II. 4. 86. habetur. *bi jaron.* Scherz. Not. ad Otfr. III. 7. 110.]

c. XX. 42.

Unz ih bin hiar in uuorolti,
ſo bin ih lioht berunti.
Dum ego ſum hîc in mundo,
ſum ego Lux manifeſta.

Bac-

Digitized by Google

BAR.

Bac-Berend, latro manifestus. Vid. Bac. Hinc *Beren*, exhibere, vid. Infr. suo loco.

It. *Abere murdrum*, *Ebere murdrum*, æbere, homicidium manifestum, in LL. Anglo-Saxonum. LL. Henrici I. c. XII. *Ex his placitis quædam emendantur centum solidis, quædam Wera, quædam Wita, quædam non possint emendari, quæ sunt Husbreche, & Bernet, & Openthef, & Eberemorth.* Ubi recensentur crimina majora, quæ majori pœnâ, quàm mulctâ & wergeldo puniantur, ut pacis fractæ domesticæ, Incendii, furti manifesti, & manifesti homicidii. Hinc in iisdem

Abarnare, manifestare, cap. LXXV. & XCI. *abarnare murdrum*, homicidium manifestare, i. e. homicidam.

Bairth Gothis manifestus, clarus, splendidus. Alemannis

Berth, & *Brecht*, Adelbert, Albert, Albrecht, Obrecht, i. nobilitate clarus, inclytus. Vid. *Beracht.*

Beorht & *Briht* Anglo-Saxonibus Lucidus, Luc. XI. 34.

Beorhtneſſe, *Brehtneſſe*, claritas, Joh. V. 41.

Huc *Barta*, celtica vox, quam Du Fresne interpretatur *Sylvæ speciem.* potius partem dixerim, quam hodie vocamus eine blösse in einem walde. Charta ab ipso allegata an. 1238. *Terras cultas & incultas, videlicet & Boscos & Bartas.*

Irbaren, manifestare, profiteri, offenbaren, Notk. Psalm. LXVIII. 6.

Firbaren, abscondere, declinare. Otfr. I. 20, 63.

Thaz uuig er ni firbari
in thiu fin zit uuari.
Prælium non declinavit
cum tempus suum venit.

Idem V. 17, 15. de extremo die:

Zi uuizzane is firbari
uuar thiu zit uuari.
Ad sciendum illud abscondidit
quando istud tempus esset.

Verbarren, arestare. Königsh. Chron. cap. V. §. 76. *Do verbarrete men die Juden in der Juden-Gasse und satte gewefnete liute do.* i. Arestabantur tunc Judæi in platea Judæorum positis ibi armatis hominibus. Magis tamen est, ut ad Barr, sparren, barra, referatur.

Bar in Compositione, terminatio correspondens Latino OSVS & Græco ὠδης, denotans habitum aut copiam aut consuetudinem.

Krigebar, bellicosus, Königsh. Chron. c. II. 114. Reyserbar, p. 893.

Lasterbarig, criminosus, *Unlasterbarig*, irreprehensibilis, Otfr. III. 17, 132.

Afur zalta in Drubtin thaz,
thaz er ist liobt iruuelitaz,
Job finero dato
unlasterbarig thratò.
Porrò dixit eis DOMINVS hoc,
quod ipse esset Lux electa,

BAR.

Et suis operibus
irreprehensibilis omnino.

Sagibaro, Vid. Mal, Mallus.

BARCO, Vark, porcus, porca. Lex. Sal. tit. 2. §. 18.

Barco anno meo anitheota, porcus majalis sacrifus. h. e. porcus in Mense Majo consecratus, sacrificus. Sed *anitheota* videtur emendandum in *uuitheota*, wihen est consecrare, sacrificio dedicare. Mensis Majus est tempus castrandi porcos. Cæterum etiam Romanis dictum *Ver sacrum*, pecus quod natum est inter Calendas Martii & pridie Cal. Maji. *Livius Lib. XXXIV.* Vide Jo. Harduin. *Not. in Plin. Tom. I. pag.* 400. & Inf. *Ber.*

BARC, *Barg*, ramus. Lex Salica c. LXIX. *Siquis hominem de bargo vel furca sine voluntate judicis demiserit, mille octingentis denariis, qui faciunt solidos XLV. culpabilis judicetur.* Glossæ Pithœanæ: *De bargo, i. ramo.* Tacit. de M. G. cap. XII. 2. *Proditores & transfugas arboribus suspendunt.* Quod ex vetusto Gl. Sax. addit: *Baar, feretrum.* huc planè locum non invenit, vide supra *Bara.* Verum conferenti L. Salicæ §. seq. *Si quis hominem de RAMO &c.* facilè apparet, Bargum non esse Ramum, & pœnam quoque esse diversam. Magis itaque est ut intelligatur locus judicii, parcus publicus, *die Gerichtsstat*, in quo esti Furca.

BARRIG, Parricus, Parcus, Locus ramis vel palis contextus, conseptus. Lex Ripuar. Tit. 82. §. 2. *Siquis peculium alienum in messe apprehensum, ad parricum minare non permiserit, XV. Solid. culpabilis judicetur.* Lex Werinorum & Angliorum, T. VII. §. 1. *Qui gregem equarum in parco furatus fuerit, &c.* Cowellus JC. Anglus: *Parcus publicus est, area in quolibet feudo seu manerio circumseptus, in quo animalia damnum frugibus aut fructibus terræ quibuscunque facientia includuntur, donec de damno per Dominum satisfiat.* Vid. *Glossar. Du Fresn. Parcus*, & infra *Berse.* & *Barre.*

Parg, septum DEI. Notk. Psalm. XXXVI. 9. *uzzer dero Gotes parg werdent sie ferstozzen.* i. extra septum DEI exterminabuntur.

BARDVS, Cantor, Musicus, Celtis. Lucanus L. I. B. C.

Vos quoque qui fortes animas, belloque peremtas
Laudibus in longum vates dimittitis ævum,
Plurima securi fudistis carmina Bardi.

ubi Sulpitius annotavit, Bardum Linguâ Gallicâ olim Cantorem significasse. Ammian. Marcellin. Lib. XV. *Per hæc loca hominibus paulatim excultis, viguere studia laudabilium doctrinarum, inchoata per Bardos, & Eubages, & Druidas. Et Bardi quidem fortia virorum illustrium facta heroicis compositа versibus cum dulcibus lyræ modulis cantitarunt.* Strabo Lib. IV. Βάρδοι μὲν ὑμνηταὶ καὶ ποιηταί. Conf. Diodor. Sicul. L. V. Athenæ. Lib. VI. Boxhorn. *Orig. Gallic. pag.* 17. Tacitus de Mor. Germ. c. 3. *Sunt illis* (Germanis) *hæc quoque carmina, quorum relatu quem BARDITVM* (al. Barritum vel *Baritum*, quod à Baeren tumultuari, ineptè

ineptè deducit Annotator Willerami p. 105.) *vocant, accendunt animos, futuræque pugnæ fortunam ipſo cantu augurantur. Terrent enim, trepidantve, prout ſonuit acies. Nec tam voces illæ, quàm virtutis concentus videntur. affectatur præcipuè aſperitas ſoni, & fractum murmur, objectis ad os ſcutis, quo plenior & gravior vox repercuſſu intumeſcat.* Julianus Imp. in Miſopog. pr. Boxhorn. Lex. Britannico-Latin. *Bardd, Poëta, Propheta, Bardus. Bardas, Hanes, Hiſtoria. Poëtica. Barddoneg, Poëtica, poëſis, poëma, carmen. Barddoni, Poëta. Barddoniaidd, Poëticus, Barddoniaeth, ars Poëtica.* Iſaac. Pontan. Gloſſ. Celt. *Baren, clamare.* Vid. Cluver. *L. I. Germ. antiq. c. LI.* qui plura auctorum loca cumulavit. Morhov. de Poëſ. Germ. P. II. c. 6. ſq. tradit BARR ſignificare carmen. H. Valeſius *ad Ammian. Marcell. pag.* 94. aſſimilat Bardos Scurris Romanorum & Mimis, ſive Joculatoribus. Certè conjunguntur quandoque. Rogerus Hovedenus in Richardo I. *Hic ad augmentum & famam ſui nominis, emendicata carmina, & rhythmos adulatorios comparabat, & de Regno Francorum Cantores & Joculatores muneribus allexerat, ut de illo canerent in plateis: & jam dicebatur ubique, quod non erat talis in orbe.* Jo. Camerarius *in Vita Georgii Princ. Anhalt. p.* 6. mentionem veterum Bardorum faciens, addit: *Quum nunc quoque vulgares iſti hujus generis circulatores GABBARDI vocentur, quod nomen muneris exſpectationem* (Gabe warten) *ſignificat: nam ab iis, quos vel laudarunt vel exhilararunt jucunda recitatione, communiter donari iſtos, adhuc in moribus noſtris eſſe conſtat.* Mihi tamen Bardi honeſtiores fuiſſe videntur, ſeriis magis exerciti, quàm jocis aut adulationibus. Duravit hîc mos diu, etſi nomine Bardorum extincto. Annales Argent. MSS. fol. 860. de Ruperto Epiſc. Argent. Duce Bavar. intrante urbem Argent. An. 1449. & convivio exhibito inaugurationis: *Es gingen auch vor dem Tiſch acht Poëten, die hatten ire Reimen und Sprüche, waren auch bekleidet wie die Propheten, Hatten auch in iren henden allerley Seytenſpiel, und ſpielten vor dem Tiſch.*

[Plures auctores, qui, ad Bardorum, Celticorum quondam Literatorum & Poëtarum, hiſtoriam ac etymon ſpectantia tractarunt, poſtquam allegaſſet Diecmannus, craſſam Joh. Bodini, quam Method. Hiſt. c. 9. p. 323. 325. prodidit linguæ Teutonicæ priſcæ & hodiernæ inſcitiam, taxat. Scripſit autem ille *Germanis bardi nomen hoc tempore ſacerdotem notare*; Aliquot etiam inde nomina propria deduxit. *Hinc*, inquiens, *Dagobard, heroicus cantor, vel Poëta. Sigebard, victor Poëta: Albard ſtrenuus Poëta; Robard, rubus Poeta: Atque hinc Lombardi & Longobardi, Germani heroicum ſacerdotem rubeum ſacerdotem interpretantur; ſunt enim Langones & Bardi finitimi populi.* Sed hæc omnia falſa ſunt, & quod ad terminationem nominum propriorum attinet, eam non à *Bardis*, ſed à *berat* derivandam eſſe, infra voc. *Beraht* oſtendetur. Merum quoque commentum ſapit, quod idem, Latinos à noſtris *Bardis*, quia ipſis Poëtæ inepti & barbari videbantur, homines impolitos & ſtupidos, *bardos* appellaſſe ſcribit. Una quidem vox *bardus* eſt, quæ & Latinis *ſtultum*, & Celtis *Poëtam* notabat, ſed uti ſignificationis, ita & originis longæ diverſiſſimæ, quam altera Græcis, altera Gallis debebat. Quod accurate diſtinguens Feſtus p. 48. *Bardus*, inquit, *â tarditate appellatur: trahitur autem â Græco, quod illi βραδὺς dicunt. Bardus Gallice cantor appellatur, qui virorum fortium laudes canit, â gente Bardorum.* Hæc Feſtus. Quomodo vero etiam Celtica *Bardi* notio, alteram latinam generare potuit? cum illa ſerius demum Romæ, ex quo cum Gallis & Germanis bella gerere cœpit, innotuerit, (neque enim anterior ulla ejus in Rom. Scriptoribus mentio fit) hæc vero multis ante Seculis, jam inde à Cœcilii antiquiſſimi Comici, quem primum teſtem Feſtus excitat, in Latio fuerit recepta? Hæc Diecmannus. Spec. Gloſſ. p. 54. ſqq.]

Ab his origo *der Meiſterſänger*, quorum cum vetuſtiſſimum Collegium hîc Argentorati ſit, nihil tamen antiquius ex illo obtineri potui, niſi, quæ hîc ſequuntur:

Extract *aus der* Tabulatur

Der Löbl. Geſellſchafft des Meiſter-Geſangs zu Straſsburg.

Die erſten XII. Meiſter und Dichter aus Teutſchland, welche zu Pavya vor Keyſer Otto dem Erſten und Bapſt Leo dem VIII. ſeind verhört worden, auch mit ihrer Prob und Compoſition *berühmt beſtanden; Daruff ihnen Kayſer Otto und Bapſt Leo Brieff und Siegel geben, und Sie mit einer güldin Cron verehrt, darumb ſie ſingen ſollten, und ſolche Kunſt im gantzen Römiſchen Reich Teutſcher* Nation *ausbreiten ſollten.*

Die Erſten zwelff Meiſter.

1. *Heinrich Frawenlob zu Meintz*, Theol. Doct.
2. *Heinrich Müegling zu Maintz*, Theol. Doct.
3. *Klingesuhr, der VII. Fryen Künſte* Magiſter.
4. *Der ſtarcke Popp, der VII. Fr. Künſte* Magiſter.
5. *Walther von der Vogelweyd, ein Lant-Herr im Land zu Böhem.*
6. *Wolffg. Robn* (Wolffram) *ein Ritter von Eſch(ſt)enbach.*
7. *Ludwig* (Conrad) *Marner ein Edelmann* (aus Schwaben) *hat geſchrieben: Propheten-Tantz.*
8. *Bartholt Regenbogen ein Schmidt zu Maintz.* (al. Ulm.)
9. *Der Römer von Zwickaw aus Meiſſen.*
10. *CONRAD von Würtzburg, ein Geiger am Hof.*
11. *Der Cantzler ein Viſcher aus der Steier-Marck.*
12. *Der alte Stoll, ein Seiler.*

Meiſter und Nach-Dichter.

Heinrich von Effterding, ein Schuſter. Bürger zu Eiſenach. (Monatl. Unterredung, pag. 915. An. 1691.) *ſcripſit Lange Morgenröthe.*

In

Digitized by Google

BAR.

In Nürnberg.

Hanſs Sachſs ein Schuſter.
Cuntz Vogelgeſang.
Conradt Nachtigal.
Der Ortel, der Neidhart, &c.

Integrum grande ſatis volumen MSC. in Bibliotheca Academiæ Jenenſis VALENTINI VOIGTII, Civis Magdeburgenſis, Illuſtriſſimis Saxoniæ Ducibus An. 1558. dedicatum, aſſervatur, quod ex hujusmodi rhythmis Bardorum conſtat: In præfatione autem ortum & primos hujus artis Magiſtros refert. Integram præfationem Tenzelius Colloquiis ſuis Menſtruis Anni 1691. p. 931. inſeruit & hoc volumen recenſuit. Placet igitur è laudata præfatione ſequentia referre.

Alſo hat auch GOtt bey Keiſer Otten dem Irſten noch Chriſti geburt Newnhündert Sechtzigk Jar die Hochlobliche vnnd holtſelige Kunſt des Tewtſchenn Meiſtergeſangs ann tagk geben. — — Und wurden die Irſtenn vier genent Herr Pitterolffe, der Hoffgart, der Sigeler, vnnd der Alt Siegbart. Noch ynenn ſinndt komenn der Graff von Helderungk, Peter Zewinger, Herr Friderich vonn Schunenburgk, Graff Hermenn vonn Barburgk, der Sieber.

Die 12. alten Meiſtere.

1. *Heinrich von Affterdingk.* 2. *Der Romer zw Zerpigka Sigmar der Weiſe.* 3. *Der alte Stoll.* 4. *Herr Wolfferam vonn Eſtebach, Hertzogk Otte vonn Oſterreich, der vngelart Tugendhafft Schreiber.* 5. *Der Starcke Bopp.* 6. *Der Regenboge zw Ulm.* 7. *Der Cantzler.* 8. *Herr Frawenlob Ein Doctor zw Mentz, der Erupott, der Ramſlant, Cuntz Baſt.* 9. *Der Edle Marner, Hertzogk Leoppolt, der Meiſner, der Joringer, der Erntreiche, Hentz Schuler, Herr Petter Wolff, Peterleinn Sachs, Wentzel vonn Bebem, der Pfaltz vonn Strasburgk, der Junge Stoll, Romter von Biber, der Polſter, der Molcke.* 10. *Herr Curdt von Wirtzburgk.* 11. *Clingeſor Einn Doctor.* 12. *Herr Walter vonn der Vogelweidt Einn Ritter, Cuntz Bremberger, der Münch von Saltzburgk, Bruder Werner, Kungkleinn vonn Strasburgk, Cuntz Herter, Heinrich Nugeliungk, Danheuſer, der Elb, der Zcirgker, Meiſter Wendel von Gortze, Peter Pitter, Graff Ditterich, Meiſter Wilhelm vonn Toetze, Frawenn Ehr, Heinrich vonn Brun, der Bügler, der Hugo, der Süchesinn, der Ernfrow, Eibann vonn Gengenn, der Druckler, der Hultzingk, Veith Wagener, der Lilgenſeinn, Michel Nachtigal, Fritz Kothner, Hanns Müſtabluth, der Frawenpreis, der Meyennſchein, der Groſs Wengkel.*

Die 12. Meiſter zu Nüremberg.

1. *Albrecht Leſth, Veit Pogner.* 2. *Cüntz Vogelgeſangk.* 3. *Der Ortel, der Neidthardt, vnnd der Alten viel mehr die nicht zuerzelenn ſeinn, biſs uff die zwelff Meyſter zcw Nürmbergk.* 4. *Conradt Nachtigal. Fritz Zcorn.* 2. *Vogelgeſangk.* 2. *Herman Ortel.* 7. *Fritz Kothner.* 8. *Niclauſs Vogell.* 6. *Sixtus Beckmeſſer.* 9. *Auguſtinn Moſer.* 10. *Hanns*

BAR.

Schwartz. 11. *Vlrich Eislinger.* 12. *Hanns Foltz, Lenherdt Nünenbegk, Vnnd itz zw vnnſer Zeit denn Weitberümptenn Tewtſchenn Poeten, Hannſenn Sachſſenn.* &c.

An. 1598. *hat der Magiſtrat zu Straſsburg dieſes Collegium des teutſchen Meiſter-Geſangs* renovirt *und zwölff Meiſter darzu beſtettiget, und ihre Artickel* confirmirt; *Der Anfang des Brieffs iſt:* „ *Demnach ungevähr vor einbundert und fünff Jahren die* „ *uralte löbliche Kunſt des teutſchen Meyſter-Geſangs* „ *durch etliche kunſtliebende Gottesfürchtige Perſonen* „ *allhier aufgerichtet worden, und ſich im werck augenſcheinlich befunden, daſs ſolche Kunſt zu GOttes* „ *Ehre, auch Aufferbauung Chriſtlicher Religion und* „ *Erbarkeit vaſt erſprieſslich, daſs daher Unſere liebe* „ *Vorfahren — ihnen ſolch angeſtellt Werck — gefallen laſſen, auch — eine jährliche Steyer und Freygabe ſolcher ehrlichen Geſellſchafft verordnet,* &c. „ *Aus welchen dieſe Chriſtliche Kunſt und Ubung biſsher in unſerer Stadt einen ſolchen fortgang gehabt,* „ *daſs viel Perſonen* beyderley Geſchlechts *aus allerhand Ständen nicht allein dieſelbe geliebt und im* „ exercitio *gehabt, Sondern auch dadurch zu mehrer Erkantnis Gottes, und ſeines lieben Worts kommen,* &c.

An. 1598. *hat* M. Cyr. *Spangenberg ein Buch zu Straſsburg verfertiget, vom Aufkommen der Meiſter-Sänger, uf Pergamen geſchrieben, mit güldenen Puckeln. Da er den Urſprung von* Bardo Celtico *umb des Abrahams Zeiten herſucht. (Monatl. Unterredung* 1691. *p.* 912.) Vid. Opitii Proſod. Germ. p. 94. ſq.

BARDÆA, *Bardala*, Gallis & Celtis Alauda, Turneb. L. XIII. Adverſ. c. XXV. & L. XX. c. XXXVII. quaſi Cantrix avis κατ' ἐξοχήν. Vid. ſupr. *Allaud.*

[BAREFRIED, curia vel carcer, ubi cuſtodiuntur malefici. B. Herzog in Chronic. Alſat. L. X. c. III. f. 200. *kamen mit Grimme gelauffen, da die Juden gefangen lagen, und ſtürmeten an das Barenfried, und wolten die, ſo den mord begangen rechnen.* Reineſ. Vocab. Theot. MSC. conf. ſupra *Balfred.*]

BARG, verres caſtratus, Vid. infra *Ber.*

BARGEN, Vide infra *Bergan.*

BARM, ſinus, gremium, viſcera. Otfr. I. 13, 19. de S. Maria.

In ira barm ſi ſazta
Barno beziſta.
In gremium ſuum ponebat
Filium optimum.

Et c. XX. 27. de Innocentibus:

Siu zalutun ſiu ubar dag,
thar iz in theru uuagun lag.
Joh anan themo barme.
theru muater zi harme.
Rapiebant eos per diem.
dum in cunis jacerent.
Atque in ſinu
matris ad dolorem.

Item c. XI. 82. & III. 24, 179. de Jeſu elevante oculos, reſuſcitaturus Lazarum:

Stuant er thar tho nidare,
huab thiu ougun uf zi himile,
Zi thes Fater barme filu fram,
thanana er hera in uuorolt quam.
Stetit ibi hîc inferius,
ſuſtulit oculos ad cœlum,
Ad Patris ſinum intentè,
unde ipſe huc in mundum venerat.

[Tat. XIII. 10. *Thie einago ſun, thie dar iſt innan barme themo fater.* Unigenitus filius qui eſt in ſinu patris. Eadem ratione Gothis *barm*, & AS. *barme*, vel *bearme*, ſinus dicitur. Vid. Jun. in Gloſſar. Somner. & Benſon. Quibuscum hodienum & Sueci & Dani conſentiunt. Inde etiam eſt compoſitum Anglicanum *barmeloth*, ventrale apud Chaucer. & German. *barmherzigkeit*, quo affectus tenerrimus, quem erga liberos, quos in ſinu fovet, toto pectore mater exerit, videtur denotari. Palthen. in not. p. 327.]

Barmbrac, Schoshündlein, bracco parvus. Lex Friſon. t. IV. §. 3. *Qui occiderit canem acceptoricium, vel bracconem parvum, quem Barmbraccum vocant.* Quod perperam Lindenbrogius interpretatus, quaſi *barm* ſit parvus. Rectè H. Speelmannus, canis gremialis, quem ſequitur Du Fresne. Vid. & Brac. & Aram.

BARRE, barra, repagulum, ſeptum, *V. Du Fresne Gloſſar.* unde *Barri* caſtri Lotharingici nomen, *Chifflet. Comm. Loth. c. 1. p. 4.*

Chreobarrium, bardium, caſtrum doloris, ſeptum ſepulcri, Lex Sal. t. LVIII.

BARREN, verbarren, verſperren, includere. Charta Argent. Obſ. XVI. ad Königsh. p. 962. *alle ſtraſſen uns verbarret ſint.* Et ipſe Königsh. c. V. §. 76. *Do verbarrete men die Juden in der Judengaſſe.*

Gloſſæ MS. A. Sax. *Pearroe, clatrum.* V. ſupra *Barrig.*

Barret, barretlis, Birretum, capitis tegumentum, imprimis Doctorum. Nic. de Clemangis Lib. de Studio Theologico: *Non Cappa quippe doctorem facit, non Birreti magiſtralis impoſitio.* Vid. Du Fresne Gloſſar.

Barretlisliit, viri docti. Jo. Keiſersp. Broſſaml. fol. 45. *Wann Sigmund der Hertzog von Oſtereich ettwas mit dem Adel redt, ſo zohe er allwegen die geſchrifft der Weiſen herfur, das verdroſs den Adel, und fragten in, wie es kem, daſs er allwegen die Barretlisliit herfur züge. Da ſprach er: Allein Got mag euch Kunſt und Weisheit geben, und nit ich, und die natur gibt die. Aber us euwer eim mag ich einen groſſen machen, und mag im land und liit geben, ſilber und gold und gros reichtum. Darum züch ich die Gelerten und Weiſen herfür.*

Idem im *Narrenſchif. fol.* 15, barretlisnarren, mitrati, birrati. Et fol. 28. *Es gon ietz Frawen wie die mann, laſſen das har an den rucken hangen, und hont Baretlin mit hanen-federlin uf*, &c. Et poſtea: *Siheſtu nit wie man iezunt ſilberin kleinat an barreten treigt, als ſchellen, und, das ganz ein ſchand iſt, daſs die weiber ietzt baret tragen mit oren. Die man tragen ietzund huben wie die frawen mit ſeidin und mit gold geſtrickt. Sihestu nit wie die weiber hinden an den höptern Diademen machen wie die heiligen in der Kirchen.*

BART, barba. Barbam aluiſſe Celtas atque Teutones Francosque veteres conſtat; de Cattis & aliorum Germanorum populis C. Tacit. de M. G. c. 31. *Et aliis Germanorum populis uſurpatum rarâ & privatâ cujusque audentiâ, apud Cattos in conſenſum vertit, ut primum adoleverint crinem barbamque ſummittere, nec niſi hoſte cæſo, exuere votivum obligatumque virtuti oris habitum.* Vid. & Cluver. L. I. de Germ. antiqu. cap. XVI. Jo. Smetii Antiq. Neomag. pag. 70. ubi barbas veterum Sicambrorum ſeu Batavorum exhibet. Sed & more quoque aliarum gentium pro varietate affectuum & actionum, variè quoque barbam tractare conſueverunt. Indignantium & iratorum erat *den Bart ufvangen.*

Fragm. MS. de Bell. Hiſp. Caroli M. ℣. 4376.

Ther Kaiſer zurnete harte
mit ufgeuangeme barte.

Aliud MS. recentius de eod. [Strik. c. X. S. 16.]

Als diu rede vernomen Bart,
Bo begunde Charl den bart
Vil zornichleichen ſtreichen.
Er ſprach wie wais er mich ſo weiben,
Das er alſo uf mich proget,
Ich hais der Romiſch Voget:
Were Got nach ſeinem recht erchant,
ſo ſcholten mir pilleich ellev lant
Zu Rome weſen untertan.

Jurarunt per Barbam. Gobelin Perſon. Act. VI. c. 48. *Inter hæc quædam mulier, dum Rex* (Otto I. Imp.) *iter ageret, venit ad eum conquerens ei, quod vir quidam oppreſſit eam violenter, & ut juſtè judicaret, inſtanter petiit. Et reſpondit ei Rex: Dum reverſus fuero, faciam juſtitiam. Et ait mulier: Domine, forſan tunc memor non eris hujus injuriæ. Et Rex demonſtrata digito quadam Eccleſia propè ſituatâ dixit; Ecce illa Eccleſia ſit mihi & tibi in ſignum memoriæ. Et his dictis profectus eſt. Deinde poſtquam rebus diſpoſitis in Alemannia reverſus eſt in Italiam, videns Eccleſiam prædictam, quam in ſignum mulieri dedit, mandavit vocari mulierem. Et mulier veniens ad eum dixit: Domine, vir iſte, de quo querelam propoſui, maritus meus legitimus effectus eſt, & jam peperi de eo. Et ait Rex mulieri: Dico tibi per barbam Ottonis (ſic enim ſolitus erat jurare) oportet eum guſtare dolabrum. Unde lingua vulgari Saxonicâ hæc verba protulit: Bi Otten barde he moth barden ſchmecken. Et ſic viro adducto, juſſit eum decollari.* ubi etiam nota decollandi morem non gladio, ſed dolabro, i. e. *Parte*, bipennis aut ſecuris, *Weichbild*, c. 8. De Jurej. per barbam, Thulemar. ad Freher. de Statur. Caroli M. Mentiri, pejerare, dicimus hodieque: *das leugſtu in deinen bart nein.* Cæſarius Heiſterbac. Lib. II. c. XXVI. *Pater meus rectè mentitus eſt per mediam barbam ſuam.*

Barbam tangere aut & radere, erat mos adoptandi & patrinum fieri. Fredegarius Fragm. de Hiſt. Francor. p. 709. *Quadam vice Chlodoveus Rex Francorum & Alaricus Rex Gothorum, qui ſedem Tholoſæ habebat, — cum pacem inire cœpiſſent hujus convenientiæ, ut Alaricus barbam tangeret Chlodovei*

Digitized by Google

dovei effectus ille (illi) *patrenus.* ubi Th. Ruinart. Aimoin. L. I. de Geſt. Franc. c. 20. *Et Alaricus, juxta morem antiquorum, barbam Clodovæi tangens, adoptivus ei fierit Pater.* Collect. Hiſt. apud Caniſ. Tom. II. Antiq. Lect. *Cum pacem inire cœpiſſent hujus conventionis, ut Alaricus barbam tangeret Clodovei effectus Patrinus.* Paulus Warnefrid. L. VI. de Geſt. Langobard. cap. 40. refert promiſſum, *ut ei barbam, ſicut moris eſt, incideret, eumque ſibi filium faceret.* Et Lib. VI. c. 53. *Carolus Princeps Francorum, Pipinum ſuum filium ad Liudprandum Langob. R. direxit, ut ejus juxta morem capillum ſuſciperet: qui ejus cæſariem incidens, ei Pater effectus eſt.* Vid. infr. *Har.* Du Fresne ad Joinvill. Diſſert. XXII. p. 273. Et facit huc quod Sueonibus *Kegg* barba etiam de poteſtate & dominio uſurpatum, *Olaus Verelius.*

Beim barte rupffen, bart ausrauffen.

Per barbam trahere, injuria culpabilis. Lex Longob. Lib. I. t. VI. c. 4. *Siquis hominem liberum, ſubito ſurgente rixâ, per barbam aut per capillos traxerit, componat Sol. VI. Si autem ſervum miniſterialem, aut aldium, ſeu ſervum alienum ruſticanum per barbam aut capillos traxerit, componat Sol. I. ſicut pro una ferita.* Frideric. I. Imp. in conſtitut. de Pace tenenda: *Siquis aliquem ceperit, & absque ſanguinis effuſione fuſtibus percuſſerit, vel crines ejus aut barbam expilaverit, decem libras auri* (al. ei) *cui injuria illata eſſe videtur, pro compoſitione impendat: & judici viginti libras perſolvat.*

Bart abſcheren, injuria aut vindictæ ſpecies. Regino an. 546. *Dagobertus filius Clotharii poſtquam ad virilem etatem pervenit, Sandragefillum ducem Aquitaniæ & carum conſiliarium Patris, eò quod ſe quâdam contumacid deſpiceret, verberibus affecit & barbæ raſione deturpavit.*

[*Ungiparta.* ſine barba. Gloſſ. Monſ. p. 381.]

Barbam an Carolus M. aluerit? quæſtio ad dignoſcenda Diplomata genuina à ſuppoſititiis.

Neg. Welſer. Freher. Gryphian. Cruſius. Papebroch.

Aff. Rhetius de Stat. Roland. c. 1, 45. Thulemar. ad Freher. de Statur. Caroli M. Monatl. Unterred. 1691. pag. 9.

De variis cauſis alendæ barbæ tractat Jo. Geiler. *im Narr: Schiff. fol.* 27. ubi concludit: *Es ſint andere die tragent bert aus uppiger eer, — das ſint gros narren, ſie haben als vil narren ſchellen, als manch har ſie umb das maul und an dem kinn haben, ſo ſie kein tugen noch weisheit in inen haben, davon ſie rumreich mochten ſein, ſo wollen ſie von dem bart gelobet ſeyn, das ſie etwas ſunderliches habent. — Es ſeint darnach ander narren, die tragen halbe bert als ſtette ſeint auf einer ſeiten geſchoren. Etliche tragen knebelbert, etlich bond ein klein ſtuklin an dem backen ſton. Es wil yeglicher etwas beſonders tragen, und iſt alles narrenwerck.*

BASCHAE, Baſſus, Vaſſus, Miſſus Dominicus, *Vid. Du Fresne Gloſſar. v. Vaſſus.* Chron. Königsh. c. 2. §. 236. pag. 145. *Der Baſchae von Soffey.* Comes de Sabaudia. An. 1414. Alting P. II. Notit. Germ. inf. p. 8. *Vaſſos vocarunt, qui inter Beneficiarios minores, Vaſallos dictos, caput longè extollebant.*

BASGAWDA, vas in quo alia lavantur, Waſchkot, Waſchkeſſel. Vox Celtica vel Gallica, teſte Martiali:

Barbara de pictis venit Baſcauda Britannis.

Du Fresne Gloſſar. h. v. Boxhorn. Lex. Cambro-Britt. Compoſitum ex Waſchen, & *Kot*, Kaut, Gawd, quod generatim receptaculum hominum & rerum notat, quod vide ſuo loco.

BASIL, robur, quercus, vetus Gallica vox. Ammian. Marcell. L. XXX. *Valentiniano poſt vaſtatos aliquot Alemanniæ pagos munimentum ædificanti propè Baſiliam, quod appellant accolæ ROBUR. Robur, Veſte.* Vid. Cluver. G. A. II. 4. p. 353.

BASILIVS. S. Baſilii regulæ, fit mentio in Reg. S. Bened. c. ult.

BAST, virgula, Spiesruth.

C. Barth. L. 13. Adverſ. 4. *Baſtum Germanicæ linguæ eſt: Baſt enim fuſtem flexibilem, necdum ſatis firmâ rectitudine, notat.* Inde Gallicum *Baſton*, Menag. Etym. Gallic. Inde *Baſtonerius*, ἐαβδοφόρος, apparitor, *du Freſne Gloſſar.*

Gloſſæ MSS. ASax. *Tilio, lind vel Baeſt.*

Baſt, baſtum, baſta, ſarcina, clitellæ. Chronicon à Menagio hac voce in Etymol. Gall. allegatum: *Aſinum ſtravit, &, ut ruſticè loquar, ſuperpoſuit baſtas.* Lexicon vetus: *Sagma, ſella, quam vulgus baſtum vocat, ſuper quo componuntur ſarcinæ: clitellas alii vocant.*

BASTARD, Königskind: Nothus.

Frid. III. Imp. in Privilegio Carolo Marchioni Badenſi An. 1468. *Das alle und jede Baſtardy genannt Königskinder in der Marggraffſchafft zu Baden und allen und jeglichen andern Landen und gebieten deſſelben und ſeiner erben, wonende, zugehören, und Ir ſein und bleiben, und fur zu ewigen zeiten von niemand andern umb keinerley Leibeigenſchafft, dienſte oder andere anſuchung, angelanget, erfordert und beſweret werden ſollen.* Simili privilegio gaudet Elector Palatinus, *Ordinat. Provinc. Palat. t. VIII.* Knich. *de Inveſt. pact. c. 3.* Limnæ. J. P. III. 9, 84.

Boxhorn. Lex. Britanno-Latin. *Baſtardd, ſpurius, nothus, adulterinus, nullius filius. Mab ll wyn à pherth. Hanc vocem inani conatu multum laborant à Teuton. Belg. Gall. Hiſp. Ital. aliisque linguis deducere, quam nullo labore Britannam eſſe comperient, compoſitam à BAS, ἀβαθὴς, minimè profundus, & TARDD germinare, pullulare & ſalire, oriri, ut fontes. q. d. Qui non à profunda & antiqua nobilitate ortum deducit, ſed qui nuper ortus eſt & germinavit. Faſtardd dy Foſt.* Conf. H. Speelm. Gl. Menag. *Etymol. Gall. h. v.* Ratio denominationis mihi eadem videtur, ac vocabuli *Bank-art*, de quo ſupra: *Baſt* enim ſedile eſt, ſella, unde & *Baſterna*, lectica thoro oppoſita. Aliter Kilianus hîc.

BASTARNAS, Germanos fuiſſe, Vorburg T. I. pag. 46.

BAT, BATO, bonus, utilis, proficuus, vetus Celtarum vox atque Gothorum.

Botan Gothis proficere, Marc. V. 26. Joh. XII. 19.

Gebotan, reſtituere, reformare, Marc. IX. 12.

Gebetan, ASaxon. emendare, reſarcire, beſſern.

Gebeted beon, in integrum reſtitui, emendari.

Bato, Nomen Propr. Ducum Teutonicorum, H. Jun. in Batav. cap. 1. pag. 27.

Batav, Batavia, inſula cis Rhenum, Galliæ Belgicæ pars; (Incertus Panegyr. ad Maxim. & Conſtantin. Impp. ait: *Multa ille Francorum millia, qui Bataviam aliasque cis Rhenum terras invaſerant, interfecit, depulit, abduxit. Tu jam ab ipſis eorum regibus auſpicatus es, ſimulque & præterita illorum ſcelera puniſti, & totius gentis lubricam fidem timore vinxiſti.* Tacitus de M. G. cap. 29. *Omnium harum gentium virtute præcipui BATAVI, non multum ex ripa* (Gallica) *ſed inſulam Rheni amnis colunt, Cattorum quondam populus.* &c. Idem Hiſt. IV, 12. *Batavi donec trans Rhenum agebant, pars Cattorum, ſeditione domeſtica pulſi, extrema Galliæ ora vacua Cultoribus, ſimulque inſulam inter vada ſitam occupavere, quam mare Oceanum à fronte, Rhenus amnis tergum ac latera circumluit.* Conf. Alting. P. 2. Notit. Germ. inf. Vorburg. Vol. 7. pag. 15. & 57.) ita dicta ob paſcua præſtantiora, Dio Lib. LV. Iſ. Pontan. L. 1. Orig. Franc. cap. V. Eadem & locorum *Battenbergiæ* & *Battenſuſen* denominatio videtur. Conf. Ph. Cluver. 2. *Germ. Antiq.* 30. ubi cum errores H. Junii aliquot taxaſſet, & Pontanus in Diſcepp. refutare conatus eſſet, ipſe vindicias egit.

Batten, Alemannis hodieque notat prodeſſe, expedire.

Hinc *Abettum*, auxilium, incitamentum, *Abbettator*, incitator apud Anglos, vid. du Freſne Gloſſar.

Batizo, melius Gothis: Joh. 18, 14. *batizo iſt ainana mannan fravigan faur managein.* melius eſt unum hominem mori pro pluribus.

Batiſta, optimus, Goth. Luc. 1, 3. *batiſta Thaiaufeilu*, optime Theophile. Pro quo Alemanni

Bezziſto: Tatianus: *Thu bezziſto Theophile.* Pr. §. 3.

[Kero c. 31. *pezziſtuun* optimum, hodie dicimus contracte *beſte*. Ubi notari meretur, cum magna ſit literarum S. & Z. convenientia, promiſcue eas olim fuiſſe uſurpatas, cujus moris veſtigium Germani retinemus, quando duplex S. ſive Scriptura, ſive prælo ita ſignamus (ß) ut utraque figura ex S. & Z. compoſitionem exprimat. Palthen. ad Tat. pag. 277. vid. inf. in Paz. & Pezzira.]

Baz, bezirun, beziſta, Alem.

Otfr. V. ult. ℣. 193.

Bithiu iſt nu baz zi uuaro.
Quapropter eſt nunc bonum profectò.

Et ℣. 104.

Thie auur bezirun ſin.
Quæ verò meliora ſunt.

Idem I. 13, 20.

Barno beziſta.
Filius optimus.

Bazen, Verbum. Tatian. 55, 7. *in thero imo bazeta*, in dem es mit ihm ſich gebeſſert hatte. In qua melius habuerat.

[Ad quæ ſequentia notat Palth. Primitivum *baz*. Otfrid. habet. I. 2. 46. itemque Anon. Rhytm. de S. An. pag. 393. §. 20. ℣. 307. quod idem eſt ac *bez*, cujus exemplum eſt in Willer. pag. 109. (ita quidem legitur in edit. Merulæ at in noſtra. VI. 2. *baz*) eſtque idem contractum ex *bezziro*, melior, quod paſſim occurrit, vid. Ker. cap. 2. 7. Germaniæ ſuperioris incolæ adjectivo utuntur *bas*, inferioris ſubſtantivum inde formant *bat*, melioratio, augmentum, unde verbum *baten*, proficere, lucrari. Ad hunc itaque modum veteres Franci *bazan*, melius habere dixerunt. Germani nunc *beſſern* dicunt. Hæc ille Not. p. 374.

Beizzirimo uuige. Meliori bello. An. R. de S. An. §. 33. ℣. 564. Hinc

Gipeziran, quod vide ſuo loco in G.]

Conf. infra *Beſſern*.

BATIN *ubeles*, maledicerent, Otfr. III. 20, 280. imprecabantur, à *beten* precari malè, de quo infrà.

Hinc *Bathinodium*, precaria ſive exactio neceſſaria, *Nootbeete*, vide inferius *Beed.* & Not. §. 8. Chronicon Walciodorenſe MS. à du Freſne allegatum: *Conſtituit præterea, quatenus ex bis duabus partibus & poteſtatibus quaſi gens una & populus unus, ſibi invicem familiæ hærerent, & ſine exactione contraria & bathinodii quæſtu, Florinenſis homo ex Walciodorenſi poteſtate mulierem ſumens, legitimè ſicut ſibi parem ducat: ſicut versà vice ſimiliter Valciodorenſis de Florinenſi poteſtate mulierem ſumendo, faciet.* Ubi quidem Daniel Papebrochius à du Freſne laudatus, intelligit per Bathinodium jus *cunnagii*, vel *Merchbeti*, quod Domini in filiabus ſubditorum habebant, quaſi ſit compoſitum à *Bett*, lectus. Verùm non loquitur illud Statutum Walcioduренſe, quod Florinenſes ſibi incorporaverat, de aliquo jure, quod Domini in ſuos haberent, id enim ſalvum manſit per hoc Statutum, ſed de tali, quod reciprocè Florinenſes à Valciodorenſibus exigebant, quoties ex uno loco in alium tranſirent novæ nuptæ, quod erat ſpecies vectigalis fiſco debiti, *Ab-* & *Einzuggeld*, à quo ſeſe incorporati mutuò liberarunt.

BATTIN, BATTIRE, ferire, percutere, batuere. Capitulare Aquisgranenſe Caroli M. an. 789. cap. 79. *linum battere*. Lex Salica vetus ex Heroldi editione tit. XXXVIII. §. 4. *Siquis ſervum alienum battiderit, & ei inſuper quadraginta noctes trigaverit opere ſua, Malbergo Daudinariæ XL. den. qui faciunt Sol. 1. & triente uno culpabilis judicetur.*

De Malbergo hoc vid. Wendelin. in Nat. Sol. LL. Sal. Quod Editio altera declarat: *Siquis ſervum alienum flagellaverit, & in XL. noctibus operari non potuerit, XL. denariis, qui faciunt ſolidum unum, & triente uno, quod eſt tertia pars ſolidi, culpabilis judicetur.*

Battere in ſcuria, i. triturare, Carolo Calv. *in Edict. Piſtenſi cap. 29.*

Tribattere, percutere, *L. Sal. t. XL. §. 9. & 14.*

Battutus, percuſſus, L. Alem. t. 98. §. 2. *Forbatudus*, juſtè occiſus, L. Baiw. t. 79. Decret. Childeb. II. R. Franc. an. 595. §. 4.

Bat-

Digitized by Google

BAT.

Battallen, battallare, pugnare. Königsh. Chron. cap. 2. §. 19. *Dieſelben vier tuſent rittent dike bertus zu den XL tuſenden, und battelletent miteinander.* i. quatuor illa millia egreſſi ad XL. millia, prælia habentur invicem. Et §. 186. *die mit patellende wurden erſlagen und gefangen.* i. qui in pugna occiſi & capti fuerunt. Item §. 195. *dis ſtritten und patellen tribent ſie zwene tage.* i. hoc prælium atque pugna durabat per biduum. In LL. Baiwariorum

Batalare, du Freſnio eſt arma tractare, T. 2. c. X. §. 1. & T. 3. c. I. §. 14. ſi vera eſt lectio Lindenbrogii, ſed potior eſt communis lectio *Bajulare*; etſi iſtam præferat du Freſne *in Gloſſario. b. voc.* & Menag. *Etym. Gall.* & Voſſ. *de Vit. Serm.* 4. 2. & Caſſenev. *in Orig. Franc.*

Battalia, pugna, L. Burgund. Addit. 1. cap. V. §. 2. *Si ad battalia mulier foras curte ſuâ exierit, & aut vulnera acceperit, aut ei crinis inciſus fuerit, imputet ſibi, quia foràs domum ſuam egreſſa eſt: & ab eo qui eam percuſſit aut crinem incidit, nihil queratur.* Helmold. Chron. Slav. L. 1. cap. 92, 4. *hoſtem provocare & ſuſcitare bathalias.* hodie *Scharmützel.* Conf. *Voſſ. de Vit. Serm. L. IV. cap.* 2.

BATÔNS HAVE vid. inf. Haben.

BAVDELING, vid. Bode.

BAVHVNG, Bauhnung, vide *Bouchen.*

BAVLEBVNG, vide infr. Dinghof.

BAVM, arbor, L. Sal. tit. XXVII. §. 24. *Ortobaum*, arbor hortenſis, qui in horto eſt. Fortè *Chortobaum* reſcribendum, hodie *Chartebaum*, vid. *Chart.* & *Fugila.*

BAVR, ruſticus. vid. Buen.

Baurus, qui eſt morum agreſtium, fœdorum, Alb. Argent. du Freſne Gloſſar. in voc. Baurus. it. Buring. & Burs.

Baurmiet, Jus Sax. Prov. L. 3. a. 73. *Sclavæ quoties copulantur, præſtant ſuis Dominis mercedem copulationis. gebauve mede, Bumit*, gebür oder bauermiete recentiores, & explicant Hochzeitgeld. Eſt idem quod *Bedemunt*, ſupra.

Baurgülden, pagani, burgere in pagis, J. Sax. Prov. L. 3. a. 64. & 73.

BAZ, inferius, baſſum.

Hinabaz, infra, Notk. Pſalm. LXXXI, 1.

Inde *Baſſus*, cantus, voce gravi, depreſsâ, non altâ. Baſſa jurisdictio opp. altæ.

BAZ, melior, vid. Bat.

BE, *Bi, Pi*, pro, ad. Fragm. Carminis de colloquio Salvatoris cum Samaritana ℣. 10.

UUurbon be ſine lipleita.
Comparabant ad ſuum victum.

Per, Notk. Pſalm. XX. 2. *be imo*, per ipſum, Chriſtum. Vid. *Bi.*

Bebiu, propterea, Notk. Pſalm. XXV. 25. ſed videtur leg. *bethiu.*

Beuſculden, gratis, immeritò, Notk. Pſalm. XXXIV, 7.

BEAN, cicer: Gloſſæ MS. AS. inde Bone, faba.

BEARMEN, vid. Arm.

BEBR, *caſtorius quaſi lapis obdurat virilia*: Gloſſæ MS. ASax. & in F. *Fiber, bebr.*

BE.

BEC, roſtrum Celtis. unde reliquum hodie, *Bicken, ufbicken.*

Bebchen, rodere. Fragm. de Bell. Hiſp. Caroli M. ℣. 1028.

Then hat ther wurm gebebchet.
Iſtum vermis arrodit.

Beccaſſe hinc Gallis. Bonaventura Vulcanius in Gloſſis: *Avis eſt, quam à roſtri magnitudine Galli Beccaſſe, Belga Sneppe vocant.* Menag. Etymol. in *Acée.*

Beko, Bekunno, puba, tenta, Gloſſæ Lipſ. ubi Somnerus: *Probare Sax. acuminan. Atque hinc forſan noſtrum conning ofa leſſon, or part, quando ſcilicet quis id quod dicturus eſt, ſibi recenſet, experiundi gratiâ, utrum id memoriter didicit, necne.* Propriè roſtro tentare, *ufbicken.*

Bec-jaune, Gallis, *Gelbſchnabel*, unde *Bejaune, Bejane*, Beanus. Vid. Gloſſ. du Freſne voc. Beanus. & Becca: becco.

BECKELING, BECKELHAVB. Vid. Backena. & Buchel.

BECHE, tenebræ, caligo.

Otfrid. I. 5, 115.

Thaz er nan in bechе
mit Ketinu zibrechе.
Ut ipſe (Chriſtus) iſtum (Satanam) in tenebris
vinculis conſtringat.

Idem I. 10, 50. ex Cantico Zachariæ:

Mit droſtu ouch thie giſprechе
thie ſizzent innan bechе.
Solatio etiam hos alloquetur,
qui ſedent intra tenebras.

Idem III. 24, 198. de Salvatore Lazarum reſuſcitante:

Joh eruuuirbi thuruh not
Fon bechе hera uuidorort.
Et revertere confeſtim
ex tenebris huc retrorſum.

Idem V. 9, 4. V. 20, fi.

Hinc poſſit deduci verbum Italicum *Abacinare* cum Aeg. Menagio, i. occœcare: Sed magis eſt, ut à bacino derivetur, vid. ſuprà *Bac.*

Reliquum inde eſt, *Bechſwarz*, niger ut tenebræ.

BECHENNEN, vid. *Bekennen & Chunuen.*

BECHER, vid. ſupra Bac.

BECHERIDA, vid. Cheren.

BECHERTE *leut*, converſi. Hodie *bekehrte.* J. Auguſtan. fol. 69. b. *Umb alle becherter leut diener, hant die underanander icht ze clagen &c. das ſol ein Burggraf richten.*

BECHÖRUNGE, vid. Choron.

BECLOKEN, vid. Clohhen.

BECNUODELEN, vid. Cnuodelen.

BEHTEN q. beechten, comparare.

Fragm. B. Hiſp. ℣. 1403.

Sih ne tharf nieman mit in behten.
Se non oportet quemquam cum iis comparare.

BEDIS, hinnan bedis, à modo, hinfüro, Notk. Pſalm. LXVII, 25.

BEDIV, bedu, beede, ambo.

Otfrid. II. 18, 8. de Lege & Prophetis:

Suntar ih mit thulti
Siu bediu uuola irfulti.
Sed ego cum patientia
illos ambos bene implerem.

Idem III. 7, 40. de Salvatore vincente mundum & ejus miſeriam:

Mit ſines ſelbes todu
uberfuar thiu bediu.
Suamet morte
tranſcendit hæc ambo.

Idem V. 12, 59. de modo naſcendi ex Virgine permanente & de modo penetrandi fores clauſas:

Ubar bedu det er thaz,
ſo thiu ſin giuualt uuas.
In utroque fuit hoc,
prout Ejus potentia erat.

[Tat. II. 2. *beidu*, ambo.]

Bethen, ambobus.

Otfrid. II. 14, 96.

Ih zellu hiu bethen thaz uuar.
Ego referam vobis ambobus verum.

Bedenthalb des weges, utraque viâ, Lib. Salic. Ebersheim. de Curia Dominic. Sigolzheim.

Conf. Fr. Jun. *Gloſſar. Goth. voc. Ba.* & *ad Tatian.* 2. 2.

BEDVEN, Betuen, prohibere, Notk. Pſalm. XXXIX, 10.

Betuot ſin ora, obthurat aures ſuas, Notk. Pſal. XLIII, 2. Pſal. LXVIII, 16.

BEED, Bede, Bete, Beta, petitum, poſtulatum.

Otfr. II. 4, 82. de poſtulato Satanæ, ut Salvator lapides converteret in panem.

Nim gouma uuaz er uuolti,
Uuaz ſulih beta ſcolti.
Attende quid iſte voluerit,
quid hoc poſtulatum ſignificaret.

Notk. Pſalm. XIX. 7. *Got iruolleie alle dina beta.* DEVS impleat omnes petitiones tuas.

Vid. Bita.

Bette, conceſſio ad preces. J. Feud. Alem. c. XIX. fi. *Es mag kein Here kein gedinge liben an keinem gute das ein man von ime het one ſinen willen und bette.* i. Nullus Dominus poteſt expectativam dare de aliquo feudo, quo quis inveſtitus eſt ab illo, ſine ejus voluntate & conceſſione.

Kebeten, indicere. Notk. Pſal. XLIX. 8. *uueliche zinſa er uns uuile indicere, kebeten.*

Beed, beete, precariæ, exactionis genus, quod olim precarium, poſtea neceſſarium factum eſt, *Freher. Gloſſ.* Salvian. de Gub. DEI Lib. V. p. 109. *Nihil Tributorum apud Vandalos, Gothos, ut ne Romani quidem qui inter eos vivunt, iſta patiantur.* Tacitus de M. G. c. XV. *Mos eſt civitatibus ultrò ac viritim conferre Principibus vel armentorum vel frugum, quod pro honore acceptum, etiam neceſſitatibus ſubvenit.* Königshov. Chron. cap. 2. §. 6. *Servius Tullius der war der erſte der zinſe und Bete und Stüre erdochte zu heiſchende von dem Volcke zu Rome.* Vide ibi Append. pag. 1145. Ludovicus R. Germ. I. in Diplomate pro Monaſterio S. Stephani: *Jubemus ut nullus Judex publicus — ad cauſas audiendas vel freda vel tributa vel thelonea exigenda, aut manſiones vel paratas faciendas aut fidejuſſores tollendos, — nullas redibitiones aut illicitas occaſiones requirendas — non ingredi audeat.* Hîc in vetuſta translatione *freda & tributa* redditur: *Schazung* & *bete* itemque *Redibitiones*, *Stüre oder bete.* Vid. Obſerv. V. ad Chron. Königshov. §. XXII. Acta Lindav. p. 350. Scilicet Synonyma ſunt veteribus *Stüra* & *Bete*, & illam tributi vel collectæ ſpeciem propriè notat, quæ non per Indictionem Regiam, ſed cum conſenſu Procerum ac Statuum impetratur.

Richard. Imp. in Confirm. Privileg. Francof. VIII. Sept. an. 1257. Precariam vocat: *Præterea ſtatuimus & mandamus ut omnia bona & prædia, quæ hactenus cum prædictis civibus PRECARIAM Imperio perſolverunt, quomodocunque ad loca religioſa vel perſonas alias Eccleſiaſticas vel mundanas prædicta bona devolvi & transferri contingat, ſunt ante ad ſolvendam PRECARIAM bona ipſa nihilominus teneantur.*

[*Beethe*, ordinaria contributio, quæ juris diſpoſitione, puta lege publica in caſus certos ſolenniter conſtituta eſt, & regulariter poſſeſſores prædiorum gravat omnes. Bocerus de Collect. cap. 6. v. *Ohrbede.* An huc pertinet, quod in Regiſtraturis anno 1332. confectis Erffurti ab Herm. de Bibra Proviſore des Maintziſchen Fuhrwerckshofes extat? *Homines Slabi in Melcdorf in Titelſtett & Dagberſtett, dant Dominica Lætare Vice Domino decem ſolidos denariorum nomine BETEMUT ſingulis annis.* Effurtenſes in Unvermeidlicher Vorantwort. f. 20. ei referunt, quod habet Zacharias P. R. in epiſt. ad Bonifacium. Impetrare à Francis ad reddendum Eccleſiis vel Monaſteriis plus non potuiſti, quam ut invertente anno ab unoquoque ſervorum duodecim denarii reddantur. Reineſ. Vocab. MSC. Theot.]

[Hubertus Thomas, Leodius, in Chronico brevi civitatis Heydelbergenſis, Vitæ Friderici II. Electoris Palatini ſubjuncto, p. 301. hæc refert. A. MCC LXXXIX. Sequuta eſt transactio inter civitatem Heydelberg ſuper petitione (quam vocant die Beed.) ad CCCC. libras Hallenſes. Cujus tenor fuit talis. *Nos Scultetus, Scabini ac univerſi cives in Heydelberch, tenore præſentium profitemur, quod cum Sereniſſimus Dominus noſter Ludovicus, illuſtris Comes Palatinus Rheni, Dux Bavariæ, inſpectis noſtris defectibus, quos ſuſtinuimus, hanc nobis gratiam fecerit, quod in proximo feſto Beati Martini & in ſubſequenti termino, pro petitione (die BEED uuolgo) quolibet anno, de quadringentis libris Hallenſibus ſtare vult contentus: nos è converſo promiſimus & promittimus per præſentes, quod ei eandem ſummam, quadringentarum librarum annis ſingulis in dicto termino perſolvamus, dantes ei in teſtimonium*

præ-

Digitized by Google

præſens ſcriptum. Dat. Heydelberg. an. MCCLXXXIX. XVI. Kal. Martii. Appenſum eſt Sigillum in cera flava habens aquilam uno capite, cum Literis. *SIGILLUM CIVITATIS HEIDELBERGÆ.*]

Bewan, obligatus ad Betam.

Bedemunt, præſtatio pro conceſſione nuptiarum à Domino in cujus mundio & poteſtate nupturiens eſt, non ab ore, quod oretenus impetretur, ut viſum Schottelo Lib. 2. de Ling. Germ. cap. 12. pag. 466. & de Jur. Sing. cap. 1. §. 35. & cap. 2. §. 13.

Vid. ſupr. *Batin ; Batinodium.* & *Beten.*

Conf. du Freſne Gloſſar. v. Auxilium. & Beda.

Beed vid. Bet.

BEFEHDEN, vid. *Fehed.*

BEFEHT, ſpecies conſuetudinis Francicæ, quam deſcribit du Freſne Gloſſar. h. voc.

BEFILLIDI, proſterneret. Gloſſæ Lipſii. ibi Somnerus : *Sax. Afillan, præcipitare, unde noſtrum to fall i. e. cadere. item to fell, dejicere, de qua voce plura in Fellon ſal.* hodie, *gefellet*, geſtürzet. Notker. Pſalm. VII, 16. *Si indeta die gruoba dar ſi Chriſtum befellen wolta.* Synagoga aperuit foveam, in quam Chriſtum injicere, detrudere volebat.

BEGANGEN ſine ea, legem ejus requirant, Notk. Pſalm. CIV, ſi.

BEGE, *Begyne.* Lambertus le Begue, auctor Beghardorum & Beguinarum, circa A. C. 1180. teſte Aegidio in Radulpho Epiſc. Leod. c. 52. Chron. Belg. M. pag. 193. *Begart* ex Beg-art, Begini generis. *Begyne*, Begi diſcipula. Matthæ. Pariſ. an. 1243. *Eisdem temporibus quidam in Alemannia præcipuè, ſe aſſerentes Religioſos, in utroque ſexu, ſed maximè in muliebri, habitum religionis, ſed levem ſuſceperunt, continentiam & vitæ ſimplicitatem PRIVATO VOTO profitentes, ſub nullius tamen regula coarctati, nec adhuc ullo clauſtro contenti.* Quod inſtitutum ab initio non malum videtur fuiſſe. Vitam enim Aſcetriam & monaſticam jam tum olim etiam privatis in ædibus Chriſtiani exercuerunt, *Novell. V. cap. 3. ibi : niſi tamen quidam eorum.* Nicolai Papæ reſcriptum *can. 20. q. 3. c. 4.* J. Goth. *ad C. Th. de Epiſc. c. 20.* Et refert exemplum ejusm. virginis monialis privato voto, quæ ſe ad repellendum amaſium, excœcavit, quod dixerat iſte, ſe captum ab oculis ejus illicibus, Autor Prati Spiritualis, Jo. Moſcus, Abbas, in Biblioth. Patr. T. 2. p. 560. cap. 60. Mox tamen propter abuſus Impp. improbarunt, tum ex civili ratione ob præjudicium Reip. ſpeciatim Decurionatus, *l. 26. C. de Decur.* tum ob ſcandala evitanda, *Novell. 133. cap. 1.* itemque à Conciliis & Pontificibus Rom. ob erronea dogmata, quæ recenſet Clemens V. damnata in Synodo Viennenſi an. 1312. *cap. ad noſtrum. 3. Clementin de Hæretic.* & Johan. XXII. an. 1317. ſub Bulla publicari fecit. *Vita I. Joh. XXII. pag. 120.* Jac. de Königshov. cap. 3, 91. de eodem Papa : *und gebot ouch das men alle Beginen und Zullebruder oder Begehарde ſolte abetun die do anders Kleider drugent denne andere weltliche lüte.* Cur *zullebruder* dicti, pauperes fratres, mendicantes, q. d. vectigales fratres, vectigal autem zoll eleemoſynam ſtipemve hîc denotat. Quod tamen an. 1325. Johannes XXII. Avenione temperavit, & permiſit mulieribus fide dignis, quæ nec culpabiles nec ſuſpectæ, ſub habitu Beguinarum vivere, *cap. Ratio recta. Extrav. comm. de relig. Domib.*

Jo. Keiſerſperg. fol. XI. *Jungfrawen, Schweſtern, und Begynen, die nit offentlich kuſcheit geloben, aber bei inen ſelber.* Et poſtea : *Es iſt ein miſsbrauch das die jungen Begynen zu den ſiechen gond. Ja der ſiech tut inen nitt : Es iſt war. Iſt die frau ſiech, der man iſt aber nut ſiech. Iſt der man ſiech, der knecht in dem hus, iſt nut ſiech, oder der vetter der zu ſiechen gat und kumpt lügen, wie er lebe. Sie gond auch etwan us eſſen, es were beſſer, du ſchikteſt inen heim. Es ſolt den STAT nieman an ſich nemen under den frawen, ſie wer denn viertzig jar alt, wiewol etlich ſprechen, ſechtzig jar.* Idem fol. 70. *das ding ſeind ir ſchuldig zu wiſſen, es iſt nit Begynen theding.*

Conf. du Freſn. *Gloſſar. Begh.* & St. Baluz. *T. 1. Vit. Pontif. Aven.* Kilianus : *Beghyne, virgo ſacra, virgo veſtalis, mulier monaſtica, monacha : vulgo Beguina. Sunt autem Beguinæ mulieres religioſæ nulli voto adſtrictæ, in ſacro muliebri contubernio viventes, quamdiu illis gratum eſt. Joach. Hopperus à beginnen i. incipere deducit, quod principium ſive initium quoddam rei monaſticæ ponant.* [Idem de Hoppero refert Diecmannus, ſed addit : Multo tamen veriſimilius alii, vel à *Begga*, Sorore S. Gertrudis, vel à velo capitis, *beguin* appellato, vel à *Philippo la Begue* nomen hoc mulieres iſtas accepiſſe tradunt. vid. Chokier 2. Fac. Hiſt. 14. pag. 218. ſqq. Hoornbek Exam. Bull. contra Jeſuitiſſ. pag. 13. ſqq. Menag. Orig. Ling. Gall. pag. 89. Hæc Diecman. Spec. Gloſſ. pag. 18.]

BEGEGVNSTA, cœpi, Gloſſæ Lipſii. ubi Somnerus : *Hoc Saxonibus, Verſtegano teſte, ongan : longè autem propius noſtrum Begun. utriusque origo à Sax. onginnan, Belg. Beghinnen, incipere.* Vid. ſupra *Anakin.*

BEH, bech, pix.

Otfrid. V. ult. 47.

Thar thultent beh filu heiz.
ibi patiuntur picem multùm calidam.

Francis : *Sbeb, Sbehs.*

Unde compoſitum *Sbehs-hart*, picis ſylva, *Specbshart* apud Francofurtum. Willich. in *Tacit. de M. G. P. II. c. I. p. 562.* C. Celt. *de Herc. Sylv. p. 743.*

BEHABEN, BIHABEN, BIHEBEN, BIHALTEN, tenere, tueri, ſervare. *Einen fohen und behaben*, captivum tenere, J. Arg. ut & ſimpliciter *behaben.* Königsh. Chron. c. V. §. 191. *behubent das Stettlin und die zwo Veſten in Brumat inhendes und Kriegetent doraus.* i. tuebantur opidum & duo caſtra in Brumat occupando & exinde militabant. Idem cap. 1. §. 37. de Pharaone populum non dimittente : *do behup er das Volg alſo vor.* tenuit, retinuit populum ùt ante.

Otfr.

Otfr. III. 2, 36. de DEO Chriſto:

Ther ſo krefftiger iſt,
Bihabet thaz in uuorolt iſt.
Qui potentiſſimus eſt,
Tuetur quodquod in mundo eſt.

[Tat. c. 215. §. 14. Verba Pilati refert, dicentis. *Ir habet bihaltera, faret, inti bihaltet ſoſo ir uuizzit.* Habetis cuſtodiam, ite, cuſtodite ſicut ſcitis. Ibid. *Sigilonte then ſtein mit bihalterin.* Signantes lapidem cum cuſtodibus. Ita quoque Stryker de Exp. Car. Hiſp. Cap. 1. Sect. 1. *Der in behalten hate.* qui ipſum cuſtodiebat. In Suevia adhuc *Ein behalter* dicitur locus in quo aliquid cuſtoditur.]

J. F. Alem. c. 3. §. 2. *Ein ieglich Pfaffe der von Ritter Sart iſt, der mag wol behaben lehn zu ſime libe.* quilibet clericus originis equeſtris poteſt utique feudum tenere ad dies vitæ.

Beheben mit dem eide, jurato aſſerere, obtinere. J. Arg. Lib. I. cap. 30. utraque, prior & hæc ſignificatio uno in capite occurrit: *Dernach ſo git er* (der Munsmeiſter) *die andern* (phennigmaſe) *alſament als gar uf, das er bihebet mit dem eide das er nichts nicht habe, noch niemanne wiſſe der ſi habe. und diſe yſenin zeichen dilgget man unt briket ſi, unt git dem Munsmeiſter wider, oder behebet ſi mit des Biſchoffes urlobe ganz und unzerbrochen.* Præterea alia omnia ita ex toto reſignabit quod jurabit, ſe nec habere plura, nec ſcire aliquem habere. in quibus formæ delebuntur & frangentur, fragmentaque monetario reddantur aut ipſe de licentia Epiſcopi integra & illæſa retinebit.

Beheben zu den Heiligen, pro quo & *Bereden* dicitur, eſt jurare per Sanctos vel ſuper reliquiis Sanctorum. Jus Feud. Alem. c. XXVI. §. 2. *Got der Herre für ſine Man und behebet zu den Heiligen das er nit en wüſte, das das gut verſezet was.* Adit Dominus ad Pares ſuos juratoque aſſerit, ſe neſciviſſe, quod feudum fuerit oppignoratum. Cap. XXXI. *Behebet der Herre das gut mit zweien gezügen zu Ime ſelber, das er ſin eigen oder ſin lehn ſi: So hett er das gut behebet.* Si jurat Dominus mettertius ſive cum duobus Sacramentalibus, feudum eſſe ſuam proprietatem vel feudum &c. & paſſim.

Beheben ſin recht, cauſam obtinere, victorem fieri. J. F. Alem. c. XLVI. *und behebet der man domit ſin recht*, & obtinuit vaſallus cauſam. Et cap. 71. §. 4. *So hett der Herr verloren und der Man behebt.* Tunc Dominus causâ cadit, & vaſallus victor exiſtit. Sic & *Obtinendi* verbum in jure feudali Longobardico dupliciter accipitur & pro juramento, & pro victoria, 1. F. 4. §. 2. & 1. F. 12. ib. Bitſch.

Behaben mit urteil und recht, obtinere per ſententiam, Frid. III. Imp. in Diplom. ſuper Præbenda Regali, an. 1492.

Behalten mit dem eide, idem quod beheben, jurare. Rupertus Imp. an. 1404. privilegium dedit Senatui civitatis Wormatienſis, *das wann dem Rate zu Wormſs uſswendig Wormſſe ein rechte erteilet werde, mit dem eide zu behalten, und die Wiederparthie meynen das alle perſonen die in dem rate zu Wormeſſe geborent, komen ſollen fur das Gerichte, da ſich dann die ſache verhandelt hat, das vorgenannt rechte mit dem eide alſo zu behalten, das In und der Stat gar zu ſwere und ſchedelichen wer, wann ſie verderplichen davon werden mochten — Ordnen, wann — obgenante Burgemeiſter und Rat ſoliche rechte zu behalten erteilet wurde, und ſie in irem Rate zu W. daſſelbe rechte ſamentlichen uff ire eide erkennent und behaltent, daſs ſie das in derſelben maſſen als ſie dann alſo uff ire eide erkennent und behaltent, von worte zu worte ſchriben und mit ire Stat Ingeſigel verſigeln laſſen ſollent, und das danne eyme yren geſwornen Heymburgen beuelhen damit fur das an das geriehte — zu rijten, das dakein zu fören und zu verkuuden, und auch an der obgenanten B. und Rats aller ſtat daſſelbe rechte alsdann furbaz daſelbs fur gerichte zu behalten und zu tun, Wollen wir das das — ganze Krafft — haben ſolle — als ob die obgen. B. und R. aller ſelber gewertige weren ſoliche rechte zu behalten.* &c. Wenceslaus Imp. in confirmatione Regalium Archi-Epiſc. Colon. an. 1396. Dom. Oculi: *Mit ſinem eyde bekant, begriffen und behalten.* Conf. *Comm. ad J. F. Alem. c. XI.* 1.

Behebe menſchen, Continentes. Keiſersperg. Broſaml. fol. 69. *Behebe menſchen, in denen anfechtungen ufgond, aber ſie geben inen keinen ustrag.* Continentes, in tentationibus excitantur, ſed non dant exitum eis.

BEHALBEN, vid. *Halb.*

BEHALTEN, vid. ſupra Behaben. [Apud Tatian. c. 69. 2. *behalten* ſignificat obſervare. Dicitur enim *Behieltun tho thie Scribara inti thie Phariſæi, oba her in Sambaztag heilti.* Obſervabant autem Scribæ & Phariſæi, ſi in Sabbatho curaret. Et notat quidem Palthen, p. 380. *Behalten* non tam eſſe obſervare, quam obſervata memoria tenere; Quod tamen hoc Tatiani loco, *behalten* obſervare notet, res ipſa de qua ſermo, dubitare non ſinit.]

Behalter.
Behaltener. } vid. Halodan.
Behaltnis.

Behærto. vid. Hart.

BEHATVO, retrorſum, Gloſſæ Lipſii.

BEHELETE, vid. *Helen.*

BEHOF, behuf, notdurfft. Chron. Sax. *Des ſe behof hadden*, neceſſaria quibus indigebant.

BEHVDAN, impedire, verhüten, verhindern. Willeram. Cant. Cant. cap. 2, 1. *Thiu thorna ne mugan thie liliun behudan, ſiu ne waſſen ande bluoye under hin.* [In noſtra edit. ita legitur: *Die dorna ne mugen die lilion beduhan, ſiu ne uuahſe unte bluoie unter in.* conf. inf. voc. *Bethuuuan.*] Spinæ non poſſunt impedire lilia, quin creſcant & floreant inter ipſas. conf. inf. Hoodan.

BEHUGNIS, vid. inf. Hugen.

BEIAG, venatio, bejagen, Chron. Königsh. cap. V. §. 151. p. 333. [*Bejaen*, hodie erjagen. Striker de Exp. Car. Hiſp. cap. 1. S. 3. p. 4. *Di ere het bejait*, honorem acquiſivit, *er hat ehre erjaget.*]

BEIER, BAIER, Baiwarn, Baiarii, Bavari.

Fragm.

Digitized by Google

Fragm. MS. de B. Hiſp. Caroli M. ℣. 943. de gladio Caroli M.

Ullaz man tha wunderſane want.
Naimes there Beiere wigant
Vorte is wone Beiereu.
Thaz urkunde wil ih in zeichen.
Ther Smit biez Madelger,
Thaz ſelue ſwert worhte er
in there Stat zo Regensburch.
Iz wart mere unde got,
tho ſin Naimes ther Herzoge phlach.
Er gaf iz Karle ſineme Herren.

Vid. voc. *Naimes.* Vorburg. Vol. VII. pag. 219.

Quia Taſſilone depoſito, provincia Bavariæ non Duci, ſed Comitibus commiſſa fuit à Carolo M. teſte Presbytero Ratisp. in Chron. Bavar. p. 13. itaque Dux Naamam non Bavariæ, ſed Bavarorum militum Dux militaris fuerit, aut titularis, ut Witekindus Saxoniæ, aut fabuloſus, ut putat Freher. ad d. Chron.

Peiere, Bavari, Rh. de S. Annon. ℣. 319.

Beirelant, Rhythm. de S. Annon. ℣. 296. Bavaria.

Beieriſch, Bavaricus. Rh. de S. An. ℣. 305.

Vid. inf. *Boien.*

BEIN, vid. *Bain.*

BEITEN, exſpectare.

[*Tribtin peitoot unſih tagelihhin.* Dominus exſpectat nos cottidie. Kero Prol. p. 18.

J. Feud. Alem. cap. XXVI. §. 4. *Man ſol ime beiten unz das er kumt.* Exſpectandum eſt, donec redeat.

[Striker. Exp. Car. Hiſp. *Weder er lenger mochte peiten.* Utrum deberet diutius morari, ſeu manere hic.]

Vid. Biten.

BEITTEN, mordere, vid. *Bizzen.*

Beittendiu, vid. Bizzen.

BEIZEN,

Irbeizta bara nider, deſcendit, Notker. Pſalm. XVII, 10.

Vid. ſupra *Baiz.*

BEK, Beko, vid. Bec.

Bekennen, cognoſcere, agnoſcere, ſcire. Rhythmus de S. Annone §. 8.

Ob ir willit bekennin der burge aneginne.

Si vultus ſcire urbis primordia. adde §. 14. 35.

Willeramus in Cant. Cant. 1. 4. & ibi Fr. Jun. pag. 6.

[Striker. de Expedit. Caroli Hiſp. Procem. p. 2. Ubi & Scherz. in Not. locum ex Ottonis Dimmering. Itiner. MSCto adducit, in quo *bekennen* eodem in ſignificatu occurrit. Idem ſignificat *Bechennen*, quod vid. infr. in *Chunnen.*]

BEKEREN, immutare, Capitul. Franc. IV. 19.

BEKVNDEN, bekant machen, vid. Chund. & Kund.

[BELANGEN, deſiderare, hodie *verlangen*, quo ſenſu *langen* occurrit ap. Otfrid. I. 18. 86,

Striker de Expedit. Caroli M. Hiſp. Sect. 15. pag. 42.

Die Furſten belanget ſere,
Die lange hie geweſen ſint,
Si ſeben gerne Weip und Chint.]

BELCH, legitur apud Otfridum IV. 21, 27. in editione Flaciana, & aliàs nullibi, emendandum

Beldi ex MS. pertinet igitur ad vocem *Bald*, quam vide ſupra.

BELDI, BELDIDA, vide *Bald.*

BELENT, Notk. Pſalm. XVI, 11. Sed vox ſuſpecta.

Bellende canis, Ryth. de S. Annon. ℣. 696.

BELGEN, iraſci. Vide ſupra *Abulkii.* Gloſſæ Lipſii : *Belgen, iraſci. Belgon ſal, iraſcetur. Bilgis thu tih, iraſcere.* Notk. Pſalm. VII, 12. [Tatian. X, 1. *Tho Herodes giſah, uuanta her bitrogan uuas von then Magin, balg ſih harto.* Quum Herodes videret quoniam illuſus eſſet à Magis, iratus eſt valde.] In Alſatia & Belgio hodieque uſitatum. Atque Abr. Mylius de Ling. Belg. cap. XX. putat *Belgum* nominatum quaſi indignatorem, ùt Argentoratenſes Zornii, & Belgas quaſi indignabundos & irritabiles. Certè BELGARUM NOMEN eſſe Germanicum, ex eo conſtat, quia populus hic fuit originis Germanicæ, & Rhenum tranſierat, ac Gallos ſuppreſſerat iis in terris à ſe occupatis, ùt conſtat ex Julio Cæſare Lib. II. de Bello Gall. cap. 1. 2. ſqq. ubi ſcribit, *à Remis ſe fuiſſe edoctum, plerosque Belgas* (nam & Galli commixti erant Belgis dominatoribus) *eſſe ortos à Germania, Rhenumque ANTIQUITUS transductos propter loci fertilitatem ibi conſediſſe, Gallosque, qui ea loca incolerent, expuliſſe : ſolosque eſſe, qui patrum noſtrorum memoriâ* (ſunt verba Julii) *omni Galliâ vexatâ, Teutones Cimbrosque intra fines ſuos ingredi prohibuiſſent. Quâ ex re fieri, ut earum rerum memoria magnam ſibi autoritatem, magnosque ſpiritus in re militari ſumerent.* Quæ notatio ſit vocabuli hujus obſcura eſt, & refert Cluverius de Germ. Antiq. varias conjecturas, Lib. 2. cap. 3. Quando autem hæc transmigratio facta ſit, non certò conſtat. Facta autem fuit ante irruptionem Teutonum & Cimbrorum, quæ contigit anno ante N. C. CXI. Vide infra voc. *Deut.* Unde Julius ait, *Patrum noſtrorum memoriâ ;* idque longo tempore, quod Julius vocat *antiquitus.* Unde pateſcit aliam Germanorum migrationem transrhenanam fuiſſe, cujus meminit Corn. Tacitus, *de Mor. Germ. cap. 2. Ceterùm*, inquit, *Germaniæ vocabulum recens & nuper additum : quoniam qui primi* (non ſimpliciter primi, ſed primi inter iſtos, qui Taciti aut patrum tunc memoriâ transgreſſi, Tacit. *Hiſtor.* IV. 73, 6.) *Rhenum transgreſſi Gallos expulerunt* (ipſos Belgas ex parte) *ac nunc Tungri, tunc Germani vocati.* Quæ transmigratio poſt Cimbrorum impetum facta fuerit, oportet, & poſtquam Belgæ cum Gallis coaluerunt, & pro uno populo habiti, unde Galliæ Belgicæ nomen. Quod vero Tacitus de nomine Germaniæ ait

recens additum fuiſſe, de eo *vide infra in voc. German.*

Belgi, vid. Bulge.

BELIBEN, mori, vide infra *Liben* & *Biliben.* Hodie : Bleiben, ſcil. tot, Rhythm. de Ludovico Rege ℣. 76. & alibi paſſim.

BELIGET, vid. *Licke.*

BELLAGIN, bellagines, Gothis Leges. Jornandes *de rebus Geticis.* cap. XI. *Diceneus Gothis Phyſicam tradens, naturaliter propriis legibus vivere fecit, quas usque nunc conſcriptas BELLAGINES nuncupant.* Ubi Bonav. Vulcanius annotat : *Bellagines Gothicum vocabulum eſſe nemo mihi perſuaſerit, ſed ex Gothico corruptum. Id verò fuiſſe crediderim WELHAGEN brevitatis causâ ita contractum à WELBEHAGEN, quod ſignificat Beneplacitum ; ita ut Bellagines meâ quidem ſententiâ nihil aliud ſint quàm Placita Principum ; quæ fortaſſis iis temporibus, ùt & hodie, in hanc formulam deſinebant,* Want ons alſo gelieft, *quod idem eſt ac ſi dicas :* Want ons alſo welbehaegt. *Quod verò prima vocabuli litera W. in B. mutata fuerit, vitio aliarum nationum factum putarim, quibus pronunciatio gemini V. planè eſt inſolens ; ac præcipuè Hiſpanis, quos (quemadmodum olim Ebræi Ephratæos pronunciatione vocis Schiboth ſemel exploraruntt) nulla ratione certius cognoveris, quàm ex vocis alicujus, quæ geminum V. habeat, pronunciatione. Audies enim ſtatim pro* Water & Wijn *pronunciantes* Oubater, & Oubin. *Prius enim V. in W. pronunciant ùt V. vocalem ſuô more, ſcil.* Ou. *(neque enim v. breve ſive Gallicum agnoſcunt,) alterum verò V. in W. pronunciant ùt B. Quod quidem vitium non tantùm in poſteriore litera gemini W. committitur, ſed in omnibus aliis vocabulis, quorum Syllaba aliqua ab V. conſonante initium facit. Qui quidem error in Latinis etiam Gloſſariis eſt frequentiſſimus, in quibus promiſcuè B. pro V. conſonante, & V. pro B. poſitum reperias ; ut in Gloſſariis utriusque Linguæ, quæ jam apparo, oſtendam. Mirum autem videri non debet, ſi vocabulum hoc* Bellagines *ab Hiſpanis ita corruptum cenſeam, quum veriſimile ſit Leges haſce à Regibus Gothorum in Hiſpaniâ fuiſſe conditas. Neque enim Gothi uſpiam diutiùs continuata Regum ſerie, quàm in Hiſpaniâ Regnum obtinuerunt. Et Iſidorus eas ipſas Leges Latinas fecit. Sed erit de his aliàs commodior dicendi locus, quum ſecundas meas in Origines Iſidori curas edam ; ubi & de Longobardicarum Legum inſcriptione, & aliis aliorum librorum veterum appellationibus agam ;* Laterculi *videlicet,* Codicis Homerici ἐκ τῆς Νάρθηκος *dicti, &* vetuſtiſſimi Codicis Hiſpanici, *cui titulum faciunt : EL LIBRO DEL BEZERRO.* Alii poſtea hanc vocem compoſitam ex *By* & *Laga*, i. e. Villæ Lex, ſive Lex Municipalis, Vide du Freſne *Gloſſar. voce hác Bellagines & Bilage.* Gothis *Bauan* eſt habitare, *Bauain*, domicilium, Marc. V. ℣. 3. Islandis *Byr*, urbs. Vide & *Bille* infra. Loccen. Lib. 2. Antiq. Sueo-Goth. cap. 2. pag. 49.

BELOUUAN, vid. *Loube.*

BELT, mare Balthicum, Sinus Codanus, Oſt-See, Chron. Sax. an. 944. *Oldenborch is geheten na Wendeſcher tungen Stargarde, unde is de ende der Wendeſche lant, unde ligt in Wigarien in dat weſten des mers, dat dar het de BELT in dem ende des Stichtes Enkede, Sudeyland unt Femeren.* Helmold. *Lib.* 1. *cap.* 1. *Chron. Slav. Slavorum populi multi ſunt, habitantes in littore Baltici maris. Sinus hujus maris ab occidentali Oceano orientem verſus porrigitur, appellatus ideò Balticus, eò quòd in modum balthei longo tractu per Scythicas regiones tendatur usquè in Græciam. Idemque mare Barbarum ſeu Pelagus Scythicum vocatur, à gentibus, quas alluit, barbaris. Hoc mare multæ circumſedent nationes. Dani ſiquidem ac Sueones, quos Northmannos vocamus, ſeptentrionale littus & omnes in eo obtinent inſulas. At littus Auſtrale Slavorum incolunt nationes, quorum ab oriente primi ſunt Ruzi, deinde Poloni, habentes à Septentrione Pruzos, ab auſtro Bojemos, & eos, qui dicuntur Morabi ſive Carinthi atque Sorabi.* Adamus Bremenſis de Situ Daniæ.

Vita S. Anſcharii Epiſcopi Hamburg. in Mabilloni Actis Ord. S. Benedicti Sec. IV. P. 2. p. 77. *Aldenburch civitas magna Slavorum, qui Waigri dicuntur, ſita eſt juxta mare, quod* Balticum *ſive BARBARUM dicitur, itinere diei ab Hammanburg.*

Balth, nomen Regis Wiſigothorum, qui à Scandia migrantes ad Balthici maris oram aliquandiu imperarunt : unde Balthorum familia illuſtris, *Vide ſupra Bald, audax.* Socrates Hiſtor. Eccleſ. 4. 33. P. Diaconus 12. 12. Petav. Ration. Tempor. P. 1. L. 6. cap. 14. & ipſius maris appellatio quibusdam videtur.

Balthia, Scandia, Scandinavia, Baſilia h. e. Suecia & Norwegia, non inſula ùt Plinius putat, ſed peninſula, vagina gentium Jornandi. Ferrarius in Lexic. Geograph. tradit, Baltiæ apud Platonem mentionem fieri, quod non eſt. Xenophon Lampaſcenus fuerit fortè. Plinius Lib. IV. Sect. XXVII. *Xenophon Lampaſcenus à littore Scytharum tridui navigatione inſulam eſſe immenſæ magnitudinis BALTIAM tradit, eandem Pytheas Baſiliam nominat.* Sententiam Helmoldi ſupra laudatam veram eſſe confirmat Ol. Verelius, *Not. in Heruarar Saga cap.* 1. *pag.* 17. *Admodum*, ait, *frequens antiquis fuit maris denominatio à* BELTE, *i. eſt cingulo, quod undique ſtringat, circundet & liget terram continentem, inſulasque. Ju Trideilum : Laugur er landa belte, h. e. Mare terrarum cingulum.* Et poſt multa : *Fallitur proinde quisquis exiſtimat BELT proprium eſſe nomen freti illius inter Selandiam & Fioniam, uti & alterius illius inter Fioniam & Jutiam, cum commune ſit nomen, vel potius Metaphorica Maris appellatio.* Quod tamen κατ' ἐξοχὴν huic mari ſpeciatim impoſitum cernitur. *Vide infra Sund.* Aliam Alb. Kranzius *Lib.* 2. *Vandaliæ, cap.* 17. non à Baltheo ſed à Balte, dem Belt. Quem & Ortelius ſequitur. At Matth. Prætorius *in Orbe Goth. Lib.* 1. *cap. VI. §. V.* Sarmatis ſuis ac Scythis hoc mare atque inſulam aſſerit, atque ex iſtâ Lingua originem deducit, quaſi *Alba terra*. Sed hypotheſi paradoxâ totus ille liber nititur, quâ ſubrutâ, opus concidit : Sicut Rudbekii Atlas.

BELTIS, *vide infra Betlid.*

[BENAMEN, certe, revera. Striker. de Exp. Car. Hiſp. Procem. p. 3.]

[BE-

Digitized by Google

[BENAVENTONOLANT, Iſpania. Gloſſ. Monſ. p. 417.]

BENEIMDON *ze ſtecchene*, ſtatuerunt defigere, hodie *ſich etwas zu thun vornehmen*. Notker. Pſalm. XVI, 11. conf. inf. *Nam*.

Beneimeda, teſtamentum, diſpoſitio, propoſitum, Notk. Pſal. XXIV, 10. 12. & Pſal. XLIII. 18. Pſalm. XLIX, 5. 9. 16. *beneimſchrifft*, Pſalm. LXXIII, 20. Imprimis Pſalm. LXXXII, 6. Pſalm. XCIII, 13.

Forebeneinet ze enigemo libe, prædeſtinati ad vitam æternam, Notk. Pſalm. LXXXVII, 12.

Benuſt, binuſt, mit benuſt uberwinden, de maleficis, Datt de P. P. I. 1, 70. vernemen, cauſæ cognitio.

Benemede, deſcriptio, benennung. Chron. Königshov. cap. V. §. 28. pag. 275.

BENGEL, fuſtis, baculus. *Bengeln*, fuſtibus cædere. Jus Argent. Vid. Franc. Junii *Gloſſar. Goth. pag.* 82.

BENNA, Benne, Wenne, Wanne, Vaſis genus. Vita S. Remigii apud Surium, XIII. Januarii: *Accepit cerevisiam in Vaſculis, prout potuit, quæ omnia in vaſe, quod vulgò BENNA dicitur, collocavit*. Idem vehiculi genus *Wen, Wegen*. Feſtus: *Benna linguâ Gallicâ genus vehiculi appellatur; unde vocantur Conbennones in eâdem benna ſedentes*. An inde *Compan ?* Eſt vox hodieque in Alſatiâ uſitata, *eine Benne*, aliàs *ein wagen mit einer flechten*. *Vide infra Carr*, carpentum.

Benerth, ſpecies Angariæ & ſervitii, quod curru fit. Lambard. in Itinerar. & du Freſne *Gloſſar. Lit. B.*

BENNA, crux aurea Moguntina. Vid. Spiegel. ad Guntheri Ligurin. Lib. 1. pag. 288. & B. Rhenan. Rer. German. Lib. 2. pag. 303. Gloſſar. du Freſn. v. Truverenſ. Kyrinad. Annal. Trev. P.

BENSCULDEN, vid. *Schuld*.

BENUMEN, *Vide infra Namen*.

BENUTE, nequaquam, bey leibe nicht, *Chron. Königsbov.* 2. 158.

BENZ, diabolus. Geiler. à Keiſerſp. Broſaml. fol. 9. Videtur à *Bann*, bannitus, excommunicatus.

Elibenzo, forbannitus. Otfrid. III. 18, 28. Samaritanus: Judæi ad Salvatorem:

Biſt elibenzo fremider, h. e.

Tu es forbannitus extraneus.

Deſturbenzon, Friſiorum pars. Annal. Francor. apud Lambec. Lib. 2. Biblioth. Cæſar. pag. 355. *Friſiones qui vocantur Deſturbenzon, quaſi à domino deſtinati, parviſſimis, ut eis eſt conſuetudo, naviculis vecti ſupervenerunt*.

[BEODAN, prædicare. Iſid. c. 4. 7. Unde & *chiforabodot*, prophetatum, prænunciatum. ap. eund. cap. 3. §. 3. Utrumque à *boto* nuncius. juxta Palthen. in Not. pag. 401.]

BEOD, BIVD, BEVD, menſa. Lex. Sal. tit. 48. XLIX. *quod in BEUDO ſuo pultes manducaſſent*. Gothis: *Biud*, menſa. Marc. VII, 28. Franc. Jun. Gloſſar. Goth. pag. 93. Anglo-Saxonibus:

Beod, menſa. Ælfric. Beda 3. 2. & 6. *Beoddern*, refectorium. Gloſſ. vet. Lindenbrog. Belgis *Bodem*, eſt menſa rotunda inſtar ſundi doliaris, quod apud tenuiores & in caſtris plerumque menſæ vice fungitur. Wendelin. Gloſſar.

Beodſers, Tiſchvers, Tiſchlied, hymnus, quò ante epulas celebrabant divinas laudes. Gregorius M. Dial. I, 9.

Beodſod, *Weoſod*, altare, ſacra menſa, Anglo-Sax. Vid. Thom. Marſchall. Obſ. 2. in verſ. Goth. Evangel. pag. 543.

BEOST, *coloſtrum*. Gloſſæ MS. Anglo-Saxonicæ.

BER, *bær*, eſt (1.) nomen animalis generale grandioris, & tum domeſtici tum ſylveſtris. Itaque *Ber* (2.) modò ſignificat Verrem, quæ vox Latina à Celtico fortè fluxit: atque ad removendam homonymiam, etiam cum adjectione dictum *Berſwin*. Jus Sax. Provinc. Lib. II. art. 40. *Wes hunt adir beer, adir ochs, adir pfert*. &c. Quod Latinus interpres reddit: *Cujus canis aperve, taurus*. &c. Facit Edictum Aedilitium Romanorum. *L. 40. ſq. De ædil. edict. Ne quis canem, verrem, vel minorem aprum*. Jus Alemann. Prov. c. 211. *Urgawl haiſt ain Perſchwein, dem ſol man järlichen die zend auslaben oder abſegen*. A voce Ber deſcendit Alem. *Barg*, verres caſtratus, Majalis, *Geſner. Hiſt. Quadr. voc. Sus. p.* 873. & 885.

In Malbergiis Francorum dictus *Brarecho*, *babene*. L. Sal. t. 2. §. fi. Sacrifus vel Votivus: *Barco ano meo anitheota*, §. pen. Gloſſ. MS. ASax. *Majalis, bearug*. Vid. ſup. Barco. (3.) Sed & de vervece vox *Ber*, uſurpata. Illyrii Vervecem vocant BERAN, *Geſner. Hiſt. Quadrup. de Ove. p.* 804. Eſt autem Vervex aries caſtratus, *Hammel*; in Helvetia, *Wider*, & ſpeciatim *Heidwider*. Geſn. ib. Quanquam Vervex etiam pro quovis ariete uſurpetur. *Geſn.* ib. Dicitur porrò vervex Ber, & cum adjectione *Vihs*, uti adhuc dicimus *Schafvieh*, ita Celtæ *Ber Vihs*, vervex, inde Gallicum BERBIX, & Latinum vervex, contra ac viſum du Freſnio *in voc. Berbix*. & Menagio *Etymol. Gall. voc. Brebis*. Lex Salica T. 4. §. 2. *Siquis anniculum vel bimum berbicem furaverit. Certè ſi tres aut amplius* (i. triennes aut amplius) *berbices fuerint* &c. quos in Malbergio Francorum vocarunt *Feiſchheſſo*, & *Fetiſchheſo*. h. e. Feiſte-Schaffe. Fette Schaffe. Paul. Warnefr. de Geſt. Longob. L. V. c. 40. *Habebantur in Palatio berbices miræ magnitudinis, quos ille ſupra dorſum eorum lanam apprehendens extenſo brachio à terra levabat*. Legitur & in Lege Alemannorum penult. & Wiſogothorum. Tertio (4.) *Aprum* quoque notat, quod cum Celtico *Eber* convenit. Vocant autem Germani *Eber* non modò ferum, ſed frequentius cicurem i. verrem, *Geſn. Hiſt. Quadr. p.* 873. 908. & ex oppoſito *Wilder eber*, p. 926. Rh. de S. Annon. ℣. 238. quartam beſtiam Danielis nominat *ein Ebir*, & ℣. 244. *daz Waltſuin*. Notk. Pſalm. LXXIX, 14. *Ziu habet in nu iruuoſtet der eber uzzer uualde, Titus uzzer dietin, unde der einluzzo uuilde ber*. i. *et devaſtavit nunc eam aper de ſylva, Titus de gentibus, & ſingularis ferus*. Et de-

denique (5.) ursum, *Perin*, ursi, Notk. Psalm. XLVI, 1. hodieque *Beer*, baer. Gesn. Hist. Quadrup. p. 941.

[*Dar leosi* (lege *leo si*) *odo perun inne liccant*, cavea theatri. Gloss. Mons. p. 407. Ita circumscribunt caveam theatri hæ Glossæ. *Da löwen seyn oder bæren inne ligen.*]

Baernhemb, quidam vocari volunt equos ingredientes ut ursi, pedes primum anterius leviter in terram ponentes, deinde posteriorem quoque partem submittentes. *Gesner. Hist. Quadrup. p.* 943.

Berenstangen, clathra ursorum. J. Arg. L. 1. c. 49, 4. *Es si an türen oder fenstern oder bernstangen, das von ysene gan sol.* Sive in januis sive in fenestris sive in januis ursorum.

Germani circa ursum & ejus venationem propria quædam vocabula usurpant; qualia sunt: *Der baer brompt, gebet, frisst, wirt gejagt, ertruckt und frisst vil hunde: wirt gestochen.* i. Ursus sævit. procedit. vorat. agitatur. comprimit & devorat multos canes: venabulo figitur.

Sonopair, Sonobär, verres dux gregis, L. Longob. 1. 25, 47. Vid. Sono.

Baers, lupus: Glossæ MSS. ASax.

BERACHT, BERACHTERA, clara, serena, à Bar, berend, manifestum, clarum, de quo supra in *Bar*.

Otfr. V. 17, 63. de stella Polari:

Then thu iu berahtera naht
so kumo thar giseban maht.
Quam tu in serena nocte
vix conspicere possis.

Idem IV. 33, 21. de sole obscurato:

Thaz ira lioht berahta
Si garo iz in intuuorahta.
Hanc suam lucem claram
Is penitus istis subtrahebat.

Berahtnissi, splendor, Isidor. cap. 2, 3. hod. Pracht.

Giberechtot, glorificatus, Tatian. cap. 159. fi. cap. 167, 7. [In edit. Palthen. legitur *giberehtot*, & *giberehtota*, & significat, *clarificatus est, clarificabit.*]

[*Giperahtanah*, Theophania. Gloss. Monseens. p. 394.]

[A. S. *beorht*, lux, *beorhte*, lucidus, clarus, *beorhtlice*, clare, lucide. Cod. Argent. Joh. 14, 21. *Gabairhtia*, manifestabo. *Brehen*, splendere, nitere. Island. *Braer*, nitet, splendet. Winsbeckia in Paræn. §. 11. *Ob man dich nu durch frien mut ze wibes tugenden brechen siht.* Staden. Expl. voc. Germ. Bibl. p. 481. Hac de causa Angli *bright*, illustre vocant. In Cod. Evangel. Marschalli itidem est *beorhtnes*, quod originem ducit, à *beorht*, lux. Palthen. Not. ad Tat. p. 313.]

Ex *Beracht*, contractè pronunciatum *Bracht*, *Brecht*, *Breiht*, *Berat*, *Beret*, *Bert*. quæ promiscuè in variis nominibus præsertim propriis cernuntur:

Adelberacht, nobilitate illustris: Corruptè *Adelbert*, nomen Ducis Alsatiæ, pater S. Attalæ. Corruptius legitur in antiquis monumentis: *Obrecht*. quemadmodum & Albertus Imp. in Chronico Königshoviano vocatur *Obreht*.

Landberacht, nobilis per totam regionem. corruptè *Lamprecht*, *Lambert*.

Huc pertinet vox *Pertir*, in Rhythmo S. Annon. ℣. 116.

Daz diu sin dugint desti pertir weri.
Ut illa ejus virtus eò illustrior esset.

Bert, enim seu *Pert* est illustris, *Berter*, *pertir*, illustrior. Quid hoc vocabuli sit, se ignorare fatetur Opitius primus hujus carminis editor, & conjicit legendum esse *breiter*, major. Sed non opus emendatione.

In eodem ℣. 195. habetur *breiht*, i. illustris.

Gidadun ire reiche vile breiht.
Fecerunt sua regna multùm illustria.

[Vers. 489.

Daz her diu lant birechta.
Ut ille terram illam illustraret.

Vers. 576.

Brahter finin Schim.
Splendidior suo fulgore.

Conf. Scherz. not. ad hæc loca.]

Vergobret, appellant Aedui magistratum suum summum, qui creatur annuus, & vitæ necisque in suos habet potestatem, cui Divitiacus & Liscus præerant tempore J. Cæsaris, *lib.* 1. *Vergo*, werk, opus, administrationem notat, & Prætoriam aliquam majestatem. Vide infra voc. *Werah*.

Dagobert, vid. Dag.

Foraperahtida, præclara: Kero.

Winipreht, amicis clarus. Fr. Jun. in Willer. pag. 21.

Vid. sup. Bar, berend.

[Glossæ Lipsii *filobert*, præclara, *filuberthon*, præclaris, eundemque significatum nomina propria, quæ in *bericht*, vel *brecht*, desinunt, satis probant, e. g. *Engelbrecht*, angelus lucidus, *Albrecht*, ubique clarus &c. Palthen. Not. ad Tat. p. 312. Addit nomen *Filibert*, multum clarus. Scherz. Not. ad Rhythm. d. S. An. p. 6.]

BERDE, genimen, gewechse, à *beren*, vid. supra in *baren*. Tatian. 160, 3.

[Junius in Not. MSC. hoc *berd*, per metathesin literarum factum putat à *bred*, Germanis nunc *Brut*, fœtura, unde verbum *brüten*, per Germaniam inferiorem *broeden*, fovere & excludere ova, parere. Anglis *bred*, idem est ac educatus, quod de homine pariter ac bruto accipitur. In eo itaque solo differentia est, ut quæ vox nonnisi de procreatione animantium accipitur, olim quoque de propagine arborum & fruticum accepta fuerit. Simplicius forte & verius fuerit dixisse, à verbo *beran*, ferre, gignere, substantivum hoc esse *berde*, id quod fert arbor, genimen. Conf. c. 167, 3. 4. Palthen. Not. ad Tat. p. 386.]

BERE, hordeum ASax.

Berefagul, tributum hordeaceum.

Bere-ern, bern, horreum.

Digitized by Google

Bereflor, beretum, area, quâ trituratur. tenne.

Gothis *Barizeinaus blaibaus*, hordeaceos panes.

Alemannis hodie *Bier*, cerevisia, potus hordeaceus. de quo Cluver. 1. Antiq. Germ. 17. Menag. Orig. Gallic. Voss. de Vit. Serm.

Berebrecht, hordearius, Gloss. Sax. du Fresn. h. Melzer.

BEREDEN, convincere. J. Argent. L. 2. c. XXV. *Swer sich vermisset den andern ze biredene mit Schœffelen.* Qui in se suscipit, alterum convincere per Scabinos. Et passim. Scribitur etiam

Bireden. Vid. & *Uberreden.*

Aliud *Bereden* est & persuadere, idque fraudulenter. Inde Sax.

Brede, LL. Kanuti R. cap. 44. quod dolum, fraudem interpretatus, *du Fresn. Gloss.*

BEREGAFOL, vid. Gaba.

BEREIT, armatus. *Bereite man*, armati. *Bereitschaft*, arma, J. Arg. L. 2. c. 144. Vid. *Reit.* Chron. Königshov. Obs. XV. pag.

BEREN, exhibere. J. Arg. L. 1. c. *Disen sol man suslich er beren*, his talis honor exhibendus. à *Bar*, manifestum, de quo supra.

Beringe, vid. inf. & *Beru.*

Entberen, non exhiberi, carere.

[BERENNEN. Striker. c. 5. S. 15. p. 49. sq.

Ich wil mit meinen henden
Mein guet swert balswenden
In seinem hertze pluete berennen.

Notat ad hunc locum Scherz. in Fragm. de Bello Caroli M. ℣. 2232. (lege ℣. 2353. uti & h. l. in not. provocatur ad Not. ad Striker. V. 25. 1. sed leg. V. 15. 1.) eodem modo legi

Ih wille mit miner hende
Then guoten Palswenden
In sineme berse plute berennen.

Addit autem Scherzius. Annon forte aptius legeris: *berennen, berænen*, quod idem est ac *maculare, polluere.* Keysersperg in Postill. P. 3. p. 71. *Gemeiniglich wen man einen berænet oder slebt, das im ein blowes wirt, so spottet man sein, das heisset proprie sugillare.* Brand im Narrenschiff. p. 37. a.]

BERESBOTON, zizania, Tatian. c. 72. 4. 6. [Non satis assequor rationem compositionis hujus vocabuli, tacet hic Junius. Ab A. S. *bere*, hordeum, & *buten*, prædari, eam petendam esse Stadenius existimat. Mihi sequentem in modum excutiendum videtur. *Bere*, baccæ, acinique sunt, hodienum ita Germanis dicti. *Bauth*, Gothice rem inanem, aut odore atque sapore, adeoque vi omni destitutam notat, uti exemplum de sale insipido. Luc. 14. 34. docet. Anglis inde *bad* malus inutilis est. Videtur itaque voce hac *beresboton*, genus illud lolii denotari, quod folliculis inanibus constat, nec quicquam præter speciem bonæ frugis habet. vid. Jun. Gloss. Goth. voc. *bauths*, cum quo præsens germanice loquendi ratio *eine taube nuss*, consentit. Sejunctæ quoque voces *beres boton*, *betes boto* extant. §. 2. 3. 5. Palth. not. ad Tat. p. 382.]

BERFRID, vid. Balfrid.

BERGAN, *Bargan, Purgen, Gibergan*, occultare, verbergen. Notk. Psalm. IX, 16. *striccha den sie burgen.* i. laqueo, quem absconderunt.

Bargegeld, Bergegeld, Bergeld, merces seu præstatio pro conservatis bonis naufragorum, Vid. Schottel. de Jur. Singul. c. XX, 10.

Tih purgedo, te absondisti, Notker. Psalm. XVIII, 8.

Giborgon, meminisse, Notk. Psalm. XVIII, 13. huc non pertinet, sed ad *Borg* infra.

Notk. Psalm. XXXII, 7. *Do sih uheli stuont pergen*, quum malitia se occultare cœpit.

Idem Psalm. LVI, 1. *Do Christus parg fore Judeis, das &c.* quum Christu occultaret Judæis, quod DEUS esset.

[BERGON defendere & conservare significat. vid. Not. ad Willeram. p. 15.]

Vide in G. hinc *Berg*, quidquid aliquid occultare potest, *Halsperg, Bainberg, Heerberg, Wendelin. Glossar. pag.* 135. Speciatim

Berg, Mons, quo terra subsidens occultatur: *Unde hinter den berge halten.*

Malberg, locus judicii, regulariter in monte aliquo, unde *Mons placiti* in LL. Malcolmi R. Scotiæ. *Du Fresne ad Joinvill. p.* 241. atque sub dio, usque dum Tecta constitui præceptum Capitul. Franc. L. V. c. 91. Suoz *Stankperg*, mons Libani, Notk. Psalm. XCI, 13.

[Significat *bergen*, etiam eripere periculo, servare. Hinc *Pergamum* & *Pergama.* Vossius de V. L. S. p. 128. adde Stiernh. Gloss. U. G. *Berger-Lohn, Berger-Geld*, merces, quæ debetur pro opera præstita in bonis naufragis mari eripiendis. *Kornberg, Heuberg*, sunt tecta quibus servantur frumenta, fœnum. Palthen. Not. ad Tat. pag. 426.]

BERIA, Ber-aw, campus, Ebene, planities.

Berewick, vicus vel opidum in planitie: opponitur *Burgo.* Vid. du Fresn. ad Joinvill. pag. 89. & in Glossar.

BERICHTENGE, gubernatio, J. Arg. L. 1. c. 1. Vid. *Richten.*

BERICHTEN, vid. *Richten.*

BERILLE, berillus, Perle, Margarita.

Fragm. Carm. de B. Hisp. Caroli M. ℣. 905.

In luhten tha ofene
Crisolite unde Calcedonie
Berille thie besten,
Unde thie go(v)ten amatisten.

[Conf. de Berillo Diecman. qui inde nomen perspicillorum, quæ antiquitus *Barillen* & *Parillen*, hodie *Brillen* vocantur, derivandum statuit. Spec. Gloss. p. 51. sqq.]

BERINGE, promtitudo. Geiler. Keisersp. Brösl. fol. 75. b. à *Beren*, exhibere.

BERIS, vid. inf. *Berse.*

Berismundus, Nom. Propr. Regis Getarum.

Berswinda, Nom. Propr. Ducissæ Alsatiæ.

*Berse*n, opidum Alsatiæ, quod *Speries* vocatur in Diplomate Dagoberti R. vid. Observ. nostr. X. ad Königshov. §. IV. Vid. infra.

BER.

BERK, vid. *Bergan.*

Berkrecht, jus mettalifodinarum. Charta Henrici Imper. an. 1189. in Metropol. Salisb. *Cum piſcaturis & Molendinis, alpibus, & venis ferri, quod vulgò BERGRECHT dicitur.*

BERLICH, vid. Bar, liber.

BERN, Berna, Steura generalis in ſumtus Regios collata. Aeneas Sylv. Hiſt. Bohem. cap. LVIII. & Chronicon Bohem. quod allegat du Freſne *Gloſſar. voc. Berna.* Nec tamen Bohemica h. e. Slavonica vox eſt, ſed Teutonica, à Verbo *Beren*, exhibere, præſtare, tribuere.

Fuit primò ſpecies monetæ, *Berna*, vid. Freher. *de re monet. pag.* 42. quâ poſtea vectigal certum ſolvi oportuit, quod & *Urſus* dictum, *Alb. Arg.* 1448. *Fabric. Orig. Sax. L.* 6. *f.* 663. Moneta poſtea nomen *Bazen* aſſumſiſſe videtur, de quo ſupra.

Prov. *Bern anbinden*, ſchulden machen, æs alienum contrahere.

Bernbrot, Berbrot, panis præſtarius, genus vectigalis. Jus Argent. L. 1. c. XVIII. *Sicut & Bannum in vino, & panes qui dicuntur BERBROT obtinuerunt. Als ouch den bann von dem Wine und das brot, dem man ſprichet BERBROT.*

Ex Vetuſto Cod. MS. Dis iſt das BERNBROT das zu S. vollet und teilt man das alſo:

Eime Camerer git man XVII. brote zu der wochen der eines einz pfenniges wert iſt.

Item deme Schencken zu vierzehen nahten XVII. brot unde neizwie vil roben.

Item deme von S. VIII. brot zu der wochen.

Item dem Spiſer zu der wochen VII. brot unde III. velde acker in Rufach ban und uff XII. Schetze Roben hat auch ein Spiſer.

Item den Meiſterköchen zu der wochen V. brot.

Item dem Portener der der porten hudet VII. brot zu XIV. nahten.

Item mines hern weſcherin zu XIV. nahten V. brot.

Item deme Pfiſter einer vierdegezal minere denne II. acker in Banno M.

Ein pfiſter zu S. der das Bernbrot usrihtet, der nimet von iedeme brotbecken, der innewendig des burgbannes zu S. geſeſſen iſt, zu viertzehen tagen ein pfenigbrot, und ſol das brot nut muſeſſig, ſchimelig noch gevallen ſin. Und was ouch frömeder brotbecken herin brot füret, es ſi mit Schiffen, mit Karchen, mit eſeln, mit pferden, der git ieglicher alle wochen ein brot, und nimet ouch zu drin wochen in dem jare, zu wihenachten, zu oſtern, und zu pfingeſten dehein berenbrot, und git auch den Ambahtlüten deheines. Man git auch eime pfiſter alle Sunnentage ſo der Biſchof in der Stat iſt X. viertel Weines und Spiſe von hobe darzu.

XV. Buch MS. allerhand Statordnung. B. 58. b. Der Landbrotbeker Zollordnung. — Und umb ſolches ſol man inen von unſer Stat wegen geben zu lone, nemlich dem Brotbeker

BER.

Zoller 3. ßdl. und den andern zweien uf ieden 2. ß. und ſol keiner me das BERENBROT haben, nyeſſen oder entphohen in deheiner weg. Circa An. 1493.

BERREN, vehiculum, Schaubkarn.

Liber Salicus Monaſterii Ebersheimenſis: *Der ſinen berren ſchüttet har.*

BERSE, BARSE, BIRSE, Barrig vel Parcus ad ferarum cuſtodiam circumſeptus. Vide ſupra BARC, ramus. Hodie *ein Gehege, Wild-Hecke*, Inde hodiernum BIRSEN, propriè intra berſas venari. *Vid. du Freſn. Gloſſar. Berſa, berſare.* Hodie verò *Birſen* opponitur Venationi, *einem rechten Jagen mit tüchern und garnen*, quum birſatio ſine iſtis inſtrumentis & copiâ canium, duntaxat à venatore *mit birſchbuchſen* fiat & feræ his feriantur.

Berſe, ep. Alſatiæ, ſupra Beris, fortè quod Parcus regius ibi fuerit, Thiergarten.

Berve, vid. Bitherbe.

BERUNGE, delectationes, Pſalm. $\frac{15}{16}$, ult.

BESAGEN, vid. Secho.

BESATTEN, vid. Saten.

BESCEDIWIT, obſcurabitur, quaſi à Schaudwe, umbra: Gloſſæ Lipſii. Vid. infra *Scada*, Schatten.

BESCHISS, fraus. *Durch uſſaz, beſchiſs und bosheit*, Königshov. p. 917.

BESIBENEN. *Beſiebnen*, i. *Peinlich fragen*, vid. Wehner. *Obſ. Beſieben.* Datt. de P. P. I. 1, 72. Mos vetus des beſiebnens, nec tamen ita neceſſarius, ut propterea delicta manerent impunita, ſi is exercere non poſſet.

Abuſum iſtum abrogavit Maximil. I. ad Frideric. Bar. de Limpurg. *Weil biſſanhero in dem Limpurgiſchen Halsgerichten eine gewonheit und herkomen geweſen, wan ſchedliche Leute in denſelben Gerichten betreten, das ſie umb irer Miſſetat, wiewol warer Schub oder gichtiger Mund vorhanden were, mit ſiben Mannen, ſo darumb ir eyd tun muſten, bezeugt, und damit vom Leben zum tode bracht wurden: Und dadurch das ubel ungeſtrafft bliebe. So haben wir dieſe gewonheit abrogirt, uf das das ubel geſtrafft, der gemein nutz befordert, und den rechten ſein lauff gelaſſen werde, und uff waren Schueb, gichtigen mund, oder Leumuth und ir ſelbſt bekentnis richten und ſtraffen, und die Ubeltheter ferner zu uberſiebnen nicht ſchuldig ſeyn ſollen. Dat. Freyburg in Brisgow, ultimo Julii* 1498. Goldaſt. R. Satz. P. 2. p. 179.

Geſibenoten werlt ziten, Notk. Pſalm. VI. ℣. 1. *Nah ſieben tagen dero wechun chumet der abtodo. Daz iſt dies judicii. Der nah diſen geſibenoten werlt ziten chumet.*

Uberſibenen, juratò convincere cum ſex conjuratoribus. Cod. MS. Juris Auguſtani, tit. *Ob man ainen uberſibenden muzz. Iſt das ain man ainen furbringet fur gericht, den er anſpricht umb den lip, und gat daran das er in uberſibenden muz, ſo ſol er ſweren mit ſin aiuz hant darumb er in da anſpricht und ſullen denn die ſechs die im da helfen wellent nach im ſweren, daz der ait rain ſy, und nit main, und ſuenn daz geſchiht, ſo hat jener ſin rebt behebt und ſol man im richten als recht iſt.*

BESI-

Digitized by Google

BESIGELAD, vid. Sigil.

[BESINA. Extat hæc vox in Fragmento Colloq. Samarit. cum Chriſto ℣. 10. *Beſina lipleita.* Emere alimenta. Ubi annotat Palthen. pag. 422. *Si* hæc lectio vera eſt, quod vix credo, ingenue fateor, me iſtud verbi alibi non legiſſe. Textus Angl. Saxonicus hoc in loco ita habet: *Wolder him mete bycgen*, volebant ſibi emere cibum. Vocem enim *beſigen*, i. e. occupatum eſſe, huc referendam non ſtatuo. *Bycgan gebucyan*, A. S. eſt emere. Goth. *bugjan* idem.]

BESIZEN, obſidere, hodie notat poſſidere.

Beſeſſen hus, obſeſſa domus, arx. J. Argent. L. I. c. 49. *Iſt das der Biſchof dhein huz beſizet, oder ime beſeſſen wirt, ſo geben ſi dribundert Schoſſ.* Si caſtrum aliquod Epiſcopus obſiderit vel ei obſeſſum fuerit, trecentas ſagittas dabunt.

Vid. infra *Seſſe.*

BESKRENKEN, ſupplantare, Notk. Pſalm. XVI. 13. vid. Scranc.

BESSERN, à baz, bezirun, vid. ſupra *Bat:* emendare, Notk. in Pſal. XXXII, 7. *Daz er die ſine mit iro abtungo bezzereie*, ut DEUS ſuos per malorum perſecutionem emendet.

Beſſerung, emenda, pœna privata, reſtitutio damni. J. Feud. Alem. c. XXX. *Wer die gewere hat an dem gute, Tut dem yemand uff dem gute laſter oder ſchaden, das ſol er yme beſſern, und nüt dem von dem er es hett.* i. Qui vaſallus poſſeſſor eſt feudi, ſi quis ei damnum dat vel pauperiem in feudo, emendet is huic, & non domino à quo id tenet.

J. Argent. L. 1. c. XLVIII. *Si damnum aliquod acceperint, per captivitatem vel amiſſionem rerum ſuarum, Epiſcopus debet emendare, Beſſern.* Cap. X. *umbe den Vrevel ſo wettet er dem Richter XXX. Schill. und dem an dem er gevrevelt bett, beſſert er ſine miſſetat drſvaltlibliche.* i. *componet judici XXX. ſolidos pro frevela: illi quem invaſit componet ſuam miſſetat triplicatam.*

Formula vetus libellandi: *Schuldig ſin zu keren, zu beſſern und abe zudragen und ein wandel darumbe zu tun.* Vid. voc. Ere.

Beſſern, mulctam, pœnam luere, Componere, al. *Wetten.*

II. *Beſſerung*, pro *Buſſe*, Wette, pœna publica, judici debita. Idem J. F. Alem. c. XLVI. *Weller der getzuge der nüt en komet, der beſſert dem Herren.* i. teſtis contumax mulctam debet domino. Cap. XLI. *Wurt er aber ſchuldig und verbeſſert das, als recht iſt, er ſol yme aber ſine lehn liben.* i. Si convincitur, & pœnam luit de jure, tunc itidem inveſtiri debet. Ubi alii Codd. pro *verbeſſert*, habent *gebüſſet.*

J. Argent. L. 1. cap. XXXV. conjunguntur *Wetten* & *Beſſern* ùt ſynonyma, & Interpres per *emendationem* reddidit.

Beſſerung, de relegatione. Jus Argent. L. 2. c. 108. *So beſſert er LXIV. Wochen von der Stat eine myle, fur V. Pfunt.* & cap. 112. *Beſſerung ſol nit abegon biſſ* &c. relegatus non rejiciendus, donec &c. c. LXXXII. *Wer in der Stette beſſerung iſt, von welre hande ſachen das iſt, er ſi zu obte, oder nit, der ſol fride han uſſewendig des burgbannes vor dem, von deswegen er uſſe iſt.*

III. Beſſerung, melioratio, emponemata emphyteutarum, vaſallorum, *Ord. Solm.* 2. 7, 74. aliàs *Scheuffelrecht*, J. Argent. *Franzk. de Laudem. c. XV.* Tabor *de Jur. Colonar. Prov.* §. 69. 72. Conf. J. Feud. Longob. 1. *F.* 4. §. *Siquis & ſeq. & II. F.* 8. §. *E contrar.*

Specialiſſimè Stercoratio, Tüngung, Tunger, Miſt, quo melioratur ager.

Beſſerung, Uberbeſſerung, übermas, ὑπερoχὴ, quanto pluris quid æſtimatur de præſenti. *Ordin. Argent. de Executione.*

BESTAN, obſiſtere. Fragm. de B. Hiſp. ℣. 1411.

Thaz in thirre welde leue ſobein man
ther ſie thorre beſtan.
Quod in hac ſylva vivat talis vir,
qui ipſis audeat obſiſtere.

[*Aggredi prælio* hanc vocem ap. Striker. de Exp. Hiſp. Car. c. 2. S. 1. & ſæpe notare Scherz. notat. l. c. p. 9.]

[BESTAUPTER, i. e. vituli, agni, hœdi. *Die hausleute zu Ufhofen im Fuldiſchen dörffen weder hüner noch beſthaupter zahlen.* Wertheim. Acta. c. 4. f. 86. Reineſ. Vocab. Theot. MSC.]

BESTIFTEN, vid. Stift.

BESUACHEN, vid. Biſ.

BESUEVIT, ſoporatus. Gloſſæ Lipſii: ibi Somnerus: *Somnus, ſopor, ſomnium, Saxon. Swefn, & ſwefene.* i. e. *Eingeſwebet, Eingewiget.* conf. inf. *Sueven.*

BESVICHEIDE, ſcandalum, Gloſſæ Lipſii. ubi Somnerus: *Æſwic, al. geſwic, & aeſwicunge, Saxonibus ſcandalum, offendiculum: beſwic autem eis pro fraude.* [A. S. *beſuuikan* eſt ſupplantare, ſeducere, illicere, depravare: *beſuuic*, ſcandalum: *beſuuicend*, impoſtor. Palthen. not. ad Tat. p. 356.]

Beſuik, ſupplanta. Notk. Pſalm. V. ℣. 7. *Hæretici mit luginen ilent die menniſcen beſuicken.* Hæretici mendaciis feſtinant homines decipere. *Beſuikit*, decipit, Gloſſ. Lipſ. Vid. mox *Biſvich.* & inf. *Suuich.*

BESVIFEN, complecti. Fragm. de Bell. Hiſp. ℣. 1765.

Er beſwif in mit then handen.
Complexus eum manibus.

[BESUOCHEN, probare, tentare. Willer. IV. 16. *Daz ir ſie beſuochet.* Ut eam probetis, tentetis. Ap. Notk. Pſ. XXV. 2. verba. Proba me Domine & tenta me: ſic redduntur. *Beſuoche mih. unde choro min.* Paulo poſt, ibid. dicitur: *Alſo ſi teta Abrahamen, do er temptatus (beſuochit) wart.* Scherz. in Not. ad Willer. l. c. conf. inf. *Biſuah.*]

BETAN, opertum, zugethan, *Notk. Pſalm. V. ult.*

BETT in hortis, areolæ. [*Peti*, areolæ, Gl. Monſ. p. 353. *petilinum*, areolis. p. 339.]

Wurzbette, Cantic. Cant. c. V. 13. *Sine huſſelon ſint ſamo uuurzbette, die der geſezzet ſint von den kun-*

kunſtigen Pimentaren. i. genæ illius ſicut areolæ aromatum conſitæ à pigmentariis.

BET, BETTE, lectus. *Betdi*, lecti. Formula vetus Confeſſionis apud Lambec. L. 2. Bibl. Cæſ. 5. p. 319. *noh denin az noh dranc ni gap, noh flezzi noh betdi.* i. nec quicquam cibi nec potûs dedi, nec indumenti, nec lecti.

Petiu, lecti. Tradit. Fuldenſ. p. 459. *III. petiu cum tribus capitalibus.* i. tres lecti cum tribus cervicalibus, *drey betten mit ſo vil hauptküſſen.* Et p. 472. *Betin III. pulvilli V.* Regula S. Benedicti. c. 55. *Stramenta lectorum ſufficiant, matta, ſagum, & lena & capitale : zu dem bittgewand iſt genug ain Matten, ain Strat, ain Decke und aine Küſſi.*

Beed, culcites : Gloſſæ MS. ASax.

Batlinia, bettlaken, *Capitul. de Villis cap. XLII.* panni lintei lectorum.

Bettechameron, penetralia Regum, Notk. Pſal. CIV, 30.

Bett in molendinis, Flutbett : unde *Bedum* linguæ Provincialis, palorum ſeries, quæ ad continendam aquam, quo validius rotam torqueat, ſolet ſupra molendinum infigi, *du Freſn. in Gloſſar.* Et in voc. Beta : *Agnina pellicia & nocturnales, qui vulgò Betæ dicuntur.*

[*Petichamero*, conclavi. Gloſſ. Monſ. p. 329. quaſi *Bettkammer.* Quum in Gloſſ. ſuper IV. Reg. hæc vox extet, reſpicitur IV. Reg. VI. 12.]

Bettiriſon, valetudinarii. Climici.

Otfrid. III. 14, 132.

Thar ſint ouh gizalte
Bettiriſon alte,
Ummachtige man.
Thie heilt er al ſo gizan.
Ubi ſunt etiam relati
morbis Chronicis laborantes,
Imbecilles homines.
Quos ſanavit ipſe omnes ſic congruè.

Idem L. V. cap. 17, 80.

Betbret, lectus moribundi. *Sin ſelgeret ufs bettbret ſparen*, ultimam voluntatem differre usque in lectum, mortem.

Bettiſiohhe, paralyſis. Tatian. cap. XXII. 3. [Non paralyſin, ſed paralyticos, hæc vox ap. Tat. notat : ſcilicet, quod nervis reſolutis, ſurgendi ac incedendi facultate ademta, lecto perpetuo ſint affixi : ut notat Palthen. pag. 549.]

BETE, BETHEN, oratio, orare.

Otfr. L. ult. c. ult. ℣. 234.

Iſt uns hiar gizeinot,
in bethen io thuruh not.
Eſt nobis hîc indicatum,
orando ſtudiosè.

[Aliam longe ſignificationem *bethen* in hoc Otfr. loco obtinet : hinc Scherz. in Not. loc. cit. ita transfert.

Sunt nobis hic repræſentata
in utriusque certe accurate.]

Beta, dir uuerdera iſt diu beta dero himeliſcon guoto, danna dero irdiſcon, Notk. Pſalm. LIX. 7. i. tibi gratior eſt oratio cœleſtium bonorum, quàm terreſtrium.

[*Betonne*, adorare. Tat. VIII. 1. Dicimus nunc in compoſito *anbeten*, à ſimplici *beten*, orare. Saxonia infer. *beden* dicit, unde nomen eſt *Bedæ*, quod oratio ſ. Horatio Latinorum reſpondet. Palthen. Not. ad l. c. p. 316.]

Betoman, adorator.

Otfr. II. 14, 135.

Thaz betont uuare betoman
then Fater geiſtlicho fran.
Ut adorent veri adoratores
Patrem ſpirituali fiduciâ.

Anabetare, auſpices : Notk. Pſal. LXXIII. 15. idololatræ.

Betehiutiu, confeſſor, Notk. Pſalm. LXXVII. 67. ſed vitioſa lectio.

Betelode, mendicitas, Notk. Pſalm. CVI, 10. vid. Ode.

[*Petalunga*, mendicitas. Gloſſ. Monſeenſ. pag. 352. rogationem. pag. 354. *petalungo*, rogatione. pag. 355.]

Vid. & Beede.

BETALLE, totaliter. Henricus II. Epiſc. Argent. in literis inveſtituræ Hugonis Comitis de Luzelſtein A. C. 1223. *gap er dem Stifte lidecliche und betalle ſine burg Luzelſtein.* Latinè redditum : *liberè & totaliter.*

BETEILEN, privare, Notk. Pſalm. LXXXIII. 6. vid. inf. Deil.

[BETEKEN, tegere, hodienum *bedecken.* Fragm. de Bello Caroli M. ℣. 2671. *Mit plote betoken.* conf. inf. Dak.]

BETEMPHAN, vid. *Bitemphen* & *Thamph.*

BETLID, BELTIS, BELTIDUM habet H. Speelman. & du Freſne ex Synodo Celichytenſi an. 816. c. 10. de Epiſcoporum exſequiis celebrandis : *Singuli ſervorum DEI diem jejunent, & XXX. diebus, canonicis horis, expleto Synaxeos, & ſeptem BELTIDUM Pater noſter pro eo cantetur, & hoc expleto &c.* Speelmannus hîc putat ſe reperiſſe, quod ad antiquitatem *Roſarii* faceret, *Beltidumque* interpretatur ex Saxonico *Belt*, i. e. cingulum, baltheus. Sed rectè notat du Freſne, jure dubitari poſſe, an Roſarii uſus eâ tempeſtate extiterit. Quid verò ſit Beltidum non explicat. Mihi ſic videtur : *Pater noſter* non jungitur cum *Beltidum*, ſed interpunctio ita debet ordinari : *expleto Synaxeos & ſeptem beltidum*, ſubaudi, officio, tunc *Pater Noſter pro eo cantetur.* Porrò officium Synaxeos ſive Miſſæ, & ſeptem pſalmorum in uſu fuiſſe, docet du Freſne alibi ex Veteri Charta in Hiſtor. Monaſterii S. Nicolai Andeg. *Canonici verò pro defunctis Monachis ſeptenarium facient Vigiliarum, Miſſarum & Pſalmorum competentium.* Unde niſi fallor in voce *Beltidum* transpoſitio literarum ab amanuenſi admiſſa eſt, & legendum BET-LIDUM, h. e. precum carminicarum ſive pſalmorum, ex *Bet*, preces, & LIDUM, Lied, cantio.

Otfrid.

Digitized by Google

BET.

Otfrid. L. IV. c. 4, 107.

Thesses liedes uuunna
al einera stimma
thaz sungun &c.
Hujus cantici jucunditatem
omnes unâ voce
cantarunt.

Kero c. 48. appellat *Salmsangum*, psalmum, *psalmengesang*.

BETHADON, Behaton, absconderunt, Glossæ Lipsii: ubi Somnerus: *Saxonico respondet Hydan, behydan, Belg. boeden, abscondere, tegere, unde nostrum bodi. ruum Hide sive To hide, illo sensu.* Vide Hoden.

BETSTAB, Krumbstab, pedum Episcopale, Wchn. in K.

BETHUWAN, bedeuben, supprimere, suggillare. Willeram. in Cant. Cant. III. 8. pag. 50. n. 21. *bethuuan thes lichamon*, [*beduban des lichamen.* ita habet nostra edit.] *geluste.* Supprimere corpus cupidinem. 1. Cor. 9. ult. *Reprimit motum carnalem*, interpretatur ipse Willeramus. [Scriverius habet *beduban*, quæ lectio videtur retinenda: est autem *beduban*, idem ac nostrum *betäuben*, qua voce etiam Lutherus utitur. 1. Cor. 9. 27. Ita cum Staden. Explic. Voc. Germ. Bibl. p. 124. Scherz. in not. ad l. c. Willer.] Conf. sup. *Beduban.*

BETHUNNENDERO, deprimentium, Gloss. Lipsii. Somnerus nihil annotat, sed legit M. pro NN.

[BETRAGEN, tædere, tædio esse. Goth. *Trega*, tardare, invite aliquid facere. *Tregur*, tardus, invitus. *Tregi*, ægritudo, angor, desiderium. Striker. de Exp. Hisp. Car. M. c. 5. S. 11. p. 48. *Nu lat en niht betragen.* Non sit vobis tædio. Gnomologus MSC.

Wer nit enweis und nit enfraget,
Und nit enkan, und ine lerns betraget,
Und hasset den der recht tut,
Dise drü sint toren mut.

Scherz. not. ad Striker. l. c.]

BETROCHEN, betracht, curatum. Chron. Königshov. c. V. §. 30. *Das für wart nit wol betrochen oder beforget.*

BETUEN, vid. *Beduen.*

BETÜTEN, vid. *Diuten.*

BEVAILDI, possedisti. Gloss. Lips. ubi Somnerus: *Forte à Sax. wealdan, regere, gubernare.* Vid. inf. *walten.*

BEVEHEM, *Bewehem, Bewi*, Vid. infra *Boji.*

BEVIE, amplecti. Fragm. Carm. de Bell. Hisp. ℣. 4362.

Er bevie sie mit there hant,
also tote er sie uant.
Amplexus eam manu,
ùt mortuam deprehendit.

Beuah, posuit in duobus, complexus est, Notk. Psalm. CIV, 27. An & huc *Bivih?* de quo inf.

BEVOLLEN, impleti. Fragm. Carm. de B. Hisp. ℣. 1561.

BEW.

Er biez ime vore ziehen
thie marh bewollen ziere.
Jussit sibi produci
equos impletis phaleris.

[Equos maculis eleganter signatos. Ita vertit Scherz. in h. l.]

BEUUELLAN, & *beuuollen*, vid. infr. *Wollon.*

BEUUAREN, vid. *Were.*

BEUUEMMEN, contaminare, Notk. Psalm. CV, 39.

BEWEREN, probare juratò. J. Argent. L. I. c. V. *Und des richters botte beweret mit der dritten hant das er ime dri stunt vür gerufet hat.* Et nuncius judicis probaverit tertiâ manu, quod tres istas vocationes &c. Vid. s. *Bebaben*, & inf. *Hant.* A *wären* verificare.

BEWEREN, vetare, prohibere, à *Weren*, defendere, verwehren. Notk. Psalm. XCV, 9. *Fone beuueritemo holze*, à ligno vetito. *Uueren*, vetare, Notk. Psalm. XCVI, 3.

BEWISEN, demonstrare.

Sines gutes bewisen dicitur in Jure Feudali de Domino feudi, quando in possessionem mittit vasallum, *J. F. Alem. c. XX. J. F. Sax. c. X. J. F. Longob. 2. F. 7. §. 1.*

Idem dicitur quoque de vasallo, qui tenetur Domino investituro exhibere specificationem rerum feudalium, de quibus petit investituram, *le denombrement.* J. F. Alem. c. XXXII.

Bezirun, Bezista, vid. supra *Batten.*

BI, PI, hodie *bey*, per. Jurare per aliquid, v. g. *Bi Got*, per DEUM, formula jurandi. Du Chesn. T. 3. Hist. Franc. ubi Vetus Chron. de Rollone primo Normannorum Duce: *Hic non est dignatus pedem Caroli osculari, nisi ad os suum levaret. Cumque sui Comites illum ammonerent, ut pedem Regis in acceptione tanti muneris* (Provinciæ Neustriæ) *oscularetur, linguâ Anglicâ respondit: NE SE BIGOT. Quod interpretatur, Ne per DEUM. Rex verò & sui illum deridentes, & sermonem ejus corruptè referentes, illum vocaverunt Bigoth, unde Normanni adhuc BIGOTHI vocantur.* Ubi *Ne se* est *ne sit*, hodie dicimus: *Das geschcheicht bey Got nicht.* Bigot Gallis etiam superstitiosus, *Urb. Ghevræus Miscellan. pag. 627.*

Per barbam jurare, *Bi Ottens barte*, per barbam Ottonis, formula obtestandi, de qua supra *voc. Bart.* Gothis: *bi himina fivarau*, per cœlum jurare, Matth. V. 34.

Otfrid. II. 4, 86.

Bi jaron io ginuagi.
Per annos jam multos.

Idem IV. 1, 103.

Al bi thinen mahtin.
Omnia per tuam potentiam.

Bi alles waz, per totum, omnimodo.

Otfrid. IV. 7, 39.

Quad, theiz ni uuari bi alles uuaz,
Ni si thuruh sinan einan haz.
Dixit: quod id non foret per totum,
Nisi propter ipsius solius odium.

Digitized by Google

BI.

[In hoc loco *bi*, propter significat, judice Scherzio in Not. Unde versum 39. ita vertit: *Dicebant; quod hoc non fieret propter aliud quid.*]

Sic & Latinum *Apud* Francis. *Du Fresn. Gloss. Apud.*

II. Post. Otfr. I. 27, 56.

Bi jaron quimit er iu heim.
Post annos visitabit vobis.

[*Piuege*, post viam. Gloss. Mons. p. 358. leg. *pi uuege.*]

III. Pro. Otfr. I. 4, 24.

Oppboron er scolta
bi die sino sunta.
Sacrificare debebat
pro suis peccatis.

Idem IV. 12, 112.

Thob er scolti in morgan
bi richi sin irsterban.
Etsi debebat ad crastinum
pro regno suo mori.

Idem V. 19, 102.

Biro, bi iro. Otfrid. I. 1, 155.

Biro guati,
Pro sua salute.

Idem II. 16, 59. pro ipsorum benefactis.

Bunsig, bi unsig, pro nobis. Otfrid. I. 18, 12. cap. XX, 67.

IV. De, von. Otfr. IV. 6, 30.

Ouh zalta in thiu sin guati
bi eine brutloufti.
Item narravit eis illa sua Bonitas
de quibusdam nuptiis.

Idem V. 13, 2. cap. XIX, 41. 43.

[*Pinuz*, de junco. Gloss. Monseens. pag. 412. forsan legend. *pi nuz.*]

V. Ex, aus. Otfr. I. 2, 42.

Iz nist bi bilauue gidan.
Non est quicquam ex malitia factum.

Idem ibid. v. 44.

Bi niheinigemo nide.
Ex nulla invidia.

VI. Propter. Otfr. V. 17, 43.

Bi ira missodati.
Propter eorum peccata.

[*Bi thia meina.* Formula in Otfrido passim occurrens. vid. II. 6. 31. III. 14. 35. IV. 11. 63. notat autem: *propter pravitatem.* vid. Scherz. Not. ad Otfr. p. 106.]

[VII. Ad. Gloss. Monseens. *Pihantun*, ad manus. p. 365. Legendum videtur *pi hantun*, hodie *bey handen.*]

Bigahin, properè. Otfr. II. 14, 187.

Bimanne, viritim. Otfr. II. 14, 185. de civibus Samariæ:

Sie iltun tho bimanne
fon theru burg alle.
Festinabant tunc viritim
de castello omnes.

BI.

Bi, adverb. ferè, fast, beynahe. Chron. Königshov. c. 2. §. 16. *Und do Hannibal hette bi die stat gewunnen.* i. quum Hannibal ferè urbem superasset. Et passim.

Vil-bi, idem quod Ferè. Jus Argent. L. 1. c. XV. §. 1. *Zu des Burggraven ambacht höret, das er sol setzen meister vil bi uber alle die ambacht in der Stat.* ad officium Burgravii pertinet ponere Magistros omnium ferè officiorum in urbe.

Bi, circum, in Compositis. *Bistuntun*, circumdederunt.

Otfr. III. 22, 17.

Thie Judeon nan bistuantun.
Judæi Ipsum circumdederunt.

[*Pi mir*, circa me. Gloss. Monseens. pag. 358.]

Bi, in compositis perfectionem notat. *Bibrachton*, perfecerunt, Otfr. IV. 1, 43. *Biharne*, progeniti, posteri, Otfr. I. 6, 30. & I. 5, 15. & infrà alia.

BIBALA, S. Biblia, Otfr. I. 2, 42. Sed lectio est corrupta, lege: *Bi balauue*, ex malitia. Supra *Bale*. Geiler. Narrenschiff. f. 12. *So hör ich wol, darumb das die Bibel tütsch ist getruckt, so sol man die tutsch bibel nit predigen den Tütschen. Die Juden haben sye in Abrahamscher sprach, die Ungerer in Ungerscher sprach, die Behem in Behemscher sprach, desgleichen von andern sprochen die da biblen haben in irer sprachen.* Observa versiones Bibliorum ante Reformationem. Vid. Buah.

BIBASHUNT, vid. *Hund.*

BIBOTUN, mandata, Tatian. c. 2. 2. gebote, edicta. Keroni *pibot* vocantur, quod suo loco vid.

BIBRINGEN, *Bybringan*, perficere, hodie *verbringen*, Otfr. I. 11, 99. II. 22, 6. III. 8, 54. attentare, IV. 1, 44, V. 20, 97.

[*Pipringant*, *Kauorant*, convectam. Gloss. Mons. p. 407. *piprachtium*, contulimus. p. 405.]

BIBUN, tremere. Kero. c. 47. hodie *Beben.* Otfr. IV. 34, 1. *Erda bibinota*, terra tremuit. *Pieuin* trementes, *unbaldo*, Notk. Psalm. XCIII, 1.

Cant. Cant. c. V, 4. *Min uuamba erbibeneta ze sinemo anagriffe.* venter meus intremuit ad tactum ejus. *Mit bibunge*, cum tremore. Psalm. II, 11. MS. Arg. *Irbibenoton*, contremuerunt, Notk. Psalm. XVII, 8. *Erdbiboth*, Terræ motus, id. Psalm. XXXIV, 16.

BICHA, bigeo, al. bila, malè. L. Sal. tit. XIX. 10. 11. & tit. XXXVII. §. 5. crimen incendii alienæ sepis. vid. Wig.

BICHUMEN, amplecti. Otfr. IV. 35, 60.

Ouh in then arumen
gisuaslicho bichumen.
Atque inter brachia
dulciter amplecti.

BICHUNDIT, dinosci. Kero.

BICLEIBIT, vid. *Gicleiptin.*

BIDAN, vid. *Biten.* expectare.

BIDERBI, Bidarbi, utilitatis, usus. c. 35. *Piderboom*, utilitatibus. c. 35. *Piderbeer*, utilis. c. 7. *Piderbun*, utile. c. 32. *Piderborin*, utilius. c. 3. Kero. Vid. suprà *Arbe.*

Digitized by Google

BI. BI.

[*Biderbi*, veram acceptionem esse *probus*, *honestus*, statuit Junius Not. ad Willer. pag. 57. Discedit vero ab hac Junii sententia Palthenius, qui credit, propriam ejus significationem esse, ut substantive posita, qualemcunque utilitatem, adjective usurpata, hominem frugi denotet, sub generali autem illo significatu omne deinde genus virtutis, quæ sua natura ad utilitatem, & ejus cui inest, & eorum adversus quos exercetur, tendit, comprehendat, v. g. probitatem, fortitudinem &c. Belgis adhuc & in inferiori Germania degentibus, *bederve*, sive *bedarf*, homo est utilis & rebus gerendis aptus, *unbederve*, *unbedarft*, ineptus atque nauci, ad eum fere modum quo in Glossar. Boxhorn. nux cassa, *unbidherbiu*, vocatur. Hæc ille Not. ad Tat. p. 356. Scherzius vero primariam hujus vocis significationem statuit, utilem, secundariam, probum. Twingero Voc. MSC. Germ. Lat. *biderbe*, est probus; *Unbiderbe*, improbus. Hinc nostrum *bidermann*, quod occurrit in Mythol. MSC. Germ.

Es geböret nach an ein bidermann,
Das er nit vergessen sol
Wer im tut ubel oder wol.

Eodem modo *biderwip*, pro fœmina honesta ac proba, in Jur. Stat. Arg. MSC. occurrere, ubi dicitur: *Und sollent es befelben der nechsten siner frunde eim, der ein biderman ist, oder ein biderwip.* Ac denique notat in Cant. Eccles. *O mensch bewein dein Sünde gros.* §. 12. occurrere *Und* Herodes *achtet ihn*, Christum, *für bider.* h. e. probum, innoxium. Hæc Scherz. Not. ad Striker. de Car. M. Expedit. Hisp. ejusque verba Procem. *Sag ich von einem bederben man.* pag. 1. In Glossis Monseensibus extat, *Pidirpi*, compensatio. p. 377. fructus. p. 378. muneris. p. 387.]

Bederben, uti frui, J. Prov. Alem. MS. c. 254. *dieweil er es bederbet.* pro quo alii Codd. habent, *nützet oder arbeit*, al. *brauchet.*

Bitherbit, expedit, Tatian. c. 172, 3. [Ap. Tat. c. 28, 3. extat *bitherbi*, expedit. at c. 172, 3. *bitherbisot*, expedit. c. 185. 11. *bither ist*, expedit, pro quo tamen *bitherbi ist* legendum Palthen. in Not. p. 390. monet.]

Bitherbe, probus, honestus. Conf. supr. *Arbe*, *Arfborn.* Willeramus Paraphrasi Cant. Cantic. 1. 16. p. 19. n. 11. *So ich sume wijla geruowet bin à persecutione, so willon ich thesse meer bitherue skinan thurg thinan willan.* [So ih cheina uuila geruouuet bin à persecutione, so uuil ih des de mer biderbe sceinan duruh dinen uuillon. Ita nostra habet editio.] sic explicat:

Si requiem præbes, vernant virtute fideles.
Floret honestatis plus copia tempore pacis.

Ubi P. Merula annotat *Berue*, in translatione Speculi Saxonici hinc per Syncopen deductum, cui *böse* opponitur.

Brachante, pagus in Belgio, alius à Brabantia: Mabill. Act. O. Bened. Sec. IV. P. I. pag. 26. in Vita S. Liudgeri: *Dedit ei Rex Carolus in Regno Francorum, in pago Brachante, in loco qui Lotusa vocatur, monasterium S. Petri gubernandum cum omnibus adjacentibus Ecclesiis & villulis*. ibi Dn. Mabill. annotat: *Lotusa vulgò Leuse, Hanoniæ opidum inter Athum & Tornacum*.

BRAK, Bracco, J. Sax. Prov. L. III. a 47. *Winde, Hetzhunde und Braken mag man wol gelten mit ires gleichen die also gut sint*. Glossæ Lindenbrogianæ: *Licisca, Mistbella, vel Brechin*. Vid. supra *Barmbr*. & Glossar. *Du Fresn*. itemque Ægid. Menag. *Etymol. Ling. Franc. voc. Braque*.

BRA.

BRAMON, vepres, Otfrid. II. 9, 120. & 168. de ove Abrahami, mactaturi filium:

Ein scaf er stantan gisah,
thaz uuas zém opphere gimah.
Er sah iz thar uuernon
in bramon mit then hornon.
Ovem is stantem videbat,
hæc erat ad sacrificium apta.
Vidit eam hærentem
in vepribus cum cornibus.

BRAN, *Bren*, Celticum videtur, i. furfur, Kleien. Cambrobritannis & Gallis adhuc usurpatum. Du Fresne.

BRANG, à bringen, hodie bracht, afferebat. Otfr. IV. 35, 37.

Bringen, κατ' ἐξοχὴν ad effectum perducere, stabilire. Notker. Psal. XX. 12. *Sie dahton dero dingo, diu sie bringen ne mahton*, cogitaverunt consilia, quæ stabilire non potuerunt.

BRANNO, augenbranen, augenlieder.

Notker. in Psal. II. ult. *in slago dero branno*, in nictu oculi. Vid. infr. v. *Brauuo*.

BRAND. vid. Brinnen.

BRARECHO, porcus castratus, Lex Sal. t. 2. fi.

BRASS, brassen, exacerbare, irritare, Notk. Psal. CV. 43.

Uzbrassen, ausbrechen, Fragm. de B. Hisp. ℣. 998.

Wie starcke thiu untruue uzbrast.
Quò magis perfidia se exserebat.

BRASS, polenta, malz, hordeum vel triticum excrescens, das ausbrast, auswechset und gemalen wird, receptum in linguam provincialem, Brace, Brasium, Bracius. Plinius Lib. XVIII. c. 7. & Lib. XXII. c. 25.

Eginhard. Epist. XXIII. *Farinam, bracem, vinum, formatem venire facias*. Carolus M. Kapitul. de Villis cap. XXXIV. *Formaticum, Butyrum, bracios, cervisias*, & c. LXI. *Ut unusquisque judex, quando servierit, suos bracios ad palatium ducere faciat; & simul veniant magistri, qui cervisam bonam ibidem facere debeant*. Glossæ Veteres: *Braces, unde fit cerevisia*.

Brasseorum Cistæ, Weichbild. Sax. c. XXVI. §. 2. hodie Malzkasten.

Brasiare, Braciare, Braxare, praxare, Cerevisiam coquere. Vid. Du Fresne Glossar.

Bracionarium, brasseria, brasserie: Mealdhus, Malzhaus. Glossæ Ælfrici: *Bracionarium, mealdhus i. domus brasii*.

Conf. Menagii *Etymol. Gall. v. Braise. & Brasser*.

Certè polenta fit per tostionem etiam, wird gedurret uf der Malzdarre, wiewol es auch Lufftmalz giebt.

Atque Græcum βράσσειν & βράξειν ejusdem fuerint originis Celticæ. Cæterùm quomodo veteres Brasium sive polentam curari & moli fecerint, expositi Anonymus scriptor Itineris Camerarii Scotici cap. XXVI. quem edidit Skenæus an. 1609.

Digitized by Google

BRAT.

BRAT, PRATIS, braten, aſſare, aſſatura. [*Pratun*, aſſaturam. Gloſſ. Monſeenſ. p. 327.]

Fleiſc pratis ketrungeni, carnium pinguedo. Notk. Pſal. LXXX. 17.

Bratenti fisga, aſſati piſces, Otfrid. V. 13, 64.

Bredipannae, ſartago: Gloſſæ MS. Angl. Sax. *bratphanne* hodie.

Brediſean, ſcalbellum: Gloſſæ MS. ASax.

BRAVE, probus, alacer, vox Celtica, Francis & Alemannis adhuc uſitata, de qua Menag. *Etymol. Gall. v. Brave* & Caſenev. *Orig. Francic. Br.* Hodie quoque dicitur *Ein braver mann.* vir probus.

Hybernis hodie *Braa*, *brab*, pulcher. *Bollandus, Domn. Mabillon Act. S. Benedict. Ord. Sec. III. P. II. p.* 439.

BRAVVO, oculus, palpebra, *in slago dero brauuo*, in ictu oculi, Notk. Pſal. II. ult. *Vid. ſupr. Aug.* & *Branno.*

Slegebrauua, palpebræ, Notk. Pſ. X. 4.

BRECHEN, vide mox *Brichen.*

BREDIGA, prædicatio, concio. Otfr. I. 1, 84. de carmine ſacro:

So mezent iz thie fuazi
Zit ioh thiu regula,
So iſt Gotes ſelbes brediga.
Sic metiuntur id pedes
Tempus atque Regula,
atque eſt DEI ipſius Concio.

Idem V. 12, 163. de Karitate Chriſtiana:

Gilobot iſt ſie harto
Paules ſelbes uuorto,
Sines ſelbes bredigon,
thiu Karitas, ſo ih thir redinon.
Lobot ſia giuuaro
ther Bredigari maro.
Laudata eſt ea vehementer
Pauli ipſius verbis,
Ejusdemque ſermonibus,
Karitas quam tibi dixi.
Commendat eam digne
Prædicator illuſtris.

Idem I. 22, 66. de Jeſu puero in templo:

Er uuas thar, er giang ſar in
mit then Bredigarin.
Erat iſthic, ingreſſus erat unà
cum Doctoribus.

Idem V. 16, 45. Chriſtus ad Diſcipulos:

Faret bredigonti
ſo uuit ſo thiſu uuorolt ſi.
Ite docentes
quàm latè hic orbis patet.

Rhythm. de S. Annone, ℣. 87. Pſalt. MS. Arg. II, 6. Notker. Pſalm. IX. 12. *predicara*, prædicatores. *Predigare*, idem Pſ. XVII. 12. *Predigo*, prædicatio, Pſalm. XLIV. 17. XLV. 3. *Prediare*, prædicatores, Notk. Pſal. XLVII. 14.

Predicant, Prædicator, Concionator. Geiler. N. Schiff, Præf. *D. Johannes Geiler von Keiſersperg, in dem hoben Stifft zu Strasburg Predicant da man zalt MCCCCXCVIII.* Et fol. 12. b. *Iſt derſelb Predicant zv loben und nicht zu ſchelten.* It. f. 39. b.

Sontpredigen, die Dominicâ, amptpredigten. Geiler. N. Schiff. fol. 12. b. *Wenn ſie dem Volk Sont predigen.*

BREHHAN, vid. inf. Brichen.

BREI, brew, brey: Maſſa quævis, imprimis ex qua panes coquuntur vel pinſuntur, *Teig* hodie. Du Freſne ex MS. Conſuet. Cluniac. *Breiare*, pinſere, in lingua provinciali. unde Gall. *breier le pain.*

Breins, bac-hus: Gloſſæ MSS. Anglo-Sax.

BREIT, amplus, magnus. Otfr. IV. 16, 23. de Juda proditore:

Er sliumo ſar tho zi imo nam
theſſelben Herizoben man,
Skara filu breita.
Joh ſie thara leita.
Iſte confeſtim tunc ſecum ſumſit
ipſius Principis viros,
Cohortem multò amplam,
& eam illuc duxit.

Idem II. 2, 35. *In thiz lant breita.* in hanc terram latam. Sic enim videtur legendum [& ita quoque legitur in Cod. Vatic. & Vindob.] pro *broita*, quod Vœgelinus reddit *das arge lant.*

Ita emendandum conjicit Opitius ℣. 116. Rh. de S. Annone:

Daz diu ſin dugint deſti breiter weri,

pro quo legitur in MS. *perti.* ſed nihil mutandum. Vide & ſupra *Beraht.*

Gibreiten, dilatare, publicare. Otfrid. IV. 21, 64.

Thaz ih oub uuarlichu thing
gibreitti in theſan uuorolt ring.
Ut etiam veritatis placitum
publicarem in hunc mundi orbem.

Idem eod. Lib. c. VI, 72. ſic emendandus videtur:

Thia mihil ungimeitheit
ſiu uuas alles gibreit.
Summa (Phariſæorum) arrogantia
adaperiebatur penitùs (à Salvatore.)

Pro quo Flacii editio legit *mihilum gimeith.* & *si breit.* [Vid. Not. Scherz.]

Gibreyde golt chetenon, Cant. Cant. I, 10. [Noſtra editio habet *gebroihta*, pro *gibreyde*] Vid. Broihen.

[*Gipraitaz*, fuſa. Gloſſ. Monſ. p. 390.
Gipreit uuirdit, ſeminatur. p. 368.]

Braith via Cimbris, *Braut.* Sveogothis. *Brautamundus*, viarum tutor. *Fr. Jun. Gloſſ. Goth.* i. e. via Regia, publica, à latitudine. *Vid. Straſſe.*

Pryt, Anglo-Sax. tumor, elatio, faſtus. *Pride*, ſuperbia, *Fr. Jun. in Willeram. pag.* 250. quod nos dicimus *ſich breit machen.*

Braida, *Breda*, campus ſuburbanus, *Breittenfeld*, lingua provincialis, *Du Freſne Gloſſar.* Alting. Notit. Batav. in fi. p. 132. *In Menapiis Aba à ripis recedens Bred-A. Synonyma namque nobis ſunt, Breet & Wyd.* Ubi & *Briel* contractum ex *Breebel,*

Digitized by Google

BREM.

bel, i. latus Helius explicatur, Helius autem eſt latum oſtium occidentale Rheni.

BREMET. V. P.

Bremterik, bremtorum regio, *der Edlinge*, Nobilium. Anglo-Sax. *du Freſne Gloſſ.*

BRENDE, corruptè ex Merenda, quam ſignificat, veſper-brod, Goldaſt. T. 1. Rer. Alem. p. 122.

BRENTEN, tiprum, alveus qui vaſis vinariis ſupponitur, ut guttas excipiat, quæ ſtillatim cadunt. Goldaſt. T. 1. Rer. Alem. p. 253.

BRESSEN, premere, exprimere, preſſen, auspreſſen. Notk. Pſalm. LXXXIII, 2. *Kebreſſotez pere ſiget ſone torculari in den uuin, unde in den gefik:* uva expreſſa colatur à torculari in vinum & in lacum.

BREST, vid. Briſt.

BRIA, BRICA, BRIGA, urbs.

Strab. L. 7. Steph. de Urbib.

BRIAF, *Priafo*, breve, breves, h. e. deſcriptio, indiculus, catalogus. Kero: *Priafo, breves.*

[Gloſſ. Monſ. *Prief*, libellus. p. 382. paginolam. p. 379. *prievi*, libros. p. 361. paginæ. p. 382. *urlouplibu prievi*, dimiſſorias. p. 383. *prievarun*, librariis. p. 361. *prievare*, Notario. p. 358.]

Otfr. I. 11, 11. de cenſitoribus Auguſti Imp. deſcribentibus omnes & in tabulas cenſuum referentibus:

In briaf iz al ginamin.
Imbreviabant omnes.

Ita enim emendanda lectio Flaciana pro *briat*, voce nihili. De imbreviatoribus ſtipendiorum regalium du Freſne *Gloſſar. vid. Breve.*

Franci molliùs pronunciarunt, *Brio.* Lex Sal. tit. XXXII. §. 4. *Si ſecundum digitum, quo ſagittatur, excuſſerit, MALB. Alachtam Briorodero, M. CCCC. den. qui faciunt Sol. XXXV. culpabilis judicetur.* Hic deſcribitur digitus index, ſecundus à pollice, ab officio ſuo duplici, pacis & belli tempore, belli quidem in Latino, *quo ſagittatur:* pacis verò in Francico: *alachtam*, digitus, quo *briorodero*, breves rotantur, ſcribuntur.

Rotarii, ſcriptores, *rodel*, rotula, charta, ſcriptura. *du Freſn. Gloſſar.*

Gibriafte in himilriche, deſcripti in cœlo, Otfr. I. 11, 112. imbreviati, in cenſum cœleſtem relati.

Brieventi, idem notat, deſcripti, ſecundùm M. Freherum.

Otfrid. I. 11, 35.

Allſits brieventi
zi mineru henti.

Undique ſint deſcripti (in codicillo relati, Freher.)
ad meas manûs.

Mihi tamen activa ſignificatio potior videtur, ut *brieventi* ſint deſcribentes, & ita vertatur:

BRE.

Omnes ſitis deſcribentes, in cenſum referentes,
ad meas manus.

Ratio, vox enim *ſits* id arguit, h. e. ſitis id, *ſeyt es.* aliàs ſi paſſivè intelligendum eſſet, dictum fuiſſet *all ſints br.*

[Pro *allſits* Cod. Vind. habet *al ſi tiz.* Vatic. *al ſitiz.* Conſentit Scherz. in Not. idem eſſe ac *ſeyet es.* Ita autem vertit hos verſus. *Omne id* (quod hucusque nominavi) *eſtote inſcribentes. Ad meam poteſtatem*, ſcil. ut de ipſis cenſum imponendo diſponam: hæc ille. Mihi tamen videtur verborum *zi mineru henti*, verſio Schilteriana ſimplicior. Jubet enim Auguſtus *daſs ſie ihm ſollen die gemachte beſchreibung einhändigen.*]

Iſidor. contr. Jud. c. V. §. 5. *Sibunzo uuebbono ſindun chibreuido*, LXX. hebdomadæ ſunt conſtitutæ, *Dan.* 9.

[*Chibrevido*, videtur Palthenio in Not. p. 408. vox à Germanis è Latio tranſſumta. Latinus enim textus habet, *abbreviata ſunt.* Mallem tamen & hic Schiltero ſubſcribere. Certe in Gloſſ. Monſ. *Giprievida*, indictio, redditur. p. 330.]

Ungeſchrieben briefe, chartæ blancæ,

Rupertus Imp. in revocatione & caſſatione privilegiorum à Wenceslao R. & Imp. datorum de novo. Heydelberg ♂ nach S. Jacobs tag 1401. *Ungeſchrieben briefe, die man nennet Membranen, die doch mit ſiner Majeſtet ingeſigel verſiegelt uuaren, an dieſelben membranen ſin frunde oder die den ſie dan wurden, ſchrieben was ſie wolte.* Exemplum exhibeo Obſerv. XIII. §. VI. ad Königshov.

Prieuarra, ſcribæ Judæorum, Notk. Pſalm. LXVIII. 4.

Briefpuoch, liber, Notk. Pſalm. LXVIII, 29.

BRICHEN, BRIKEN, *Brehhan.* hodie brechen, frangere, diruere: Spalten, ſcindere, findere, rumpere. Notk. Pſalm. XXIX, 12. *Du zebrache mina harun.* concidiſti ſaccum meum.

Jus Argent. L. 1. c. 34. *Swer die mure oder den graben der Stette briket, der ſol dem burggraven wetten ſechzig ſchilling.* Quicunque muros vel vallim diſſipaverit, componet burgravio LX. ſolidos.

Brich, hodie *brocken*, fruſtum vel mica panis fracti. Inde

Italicum & Provincialis linguæ vocabulum *Bricia*, de quo Ferrar. Orig. & du Freſne Gloſſar.

[*Abrahun*, vellebant; nempe diſcipuli, ſpicas. Tat. 68. 1. Nunc *abbrachen* decerpebant. vid. Palthen. in not. ad h. l. p. 380.]

Gebroihta, gebrochen reddit Vœgelin. in Cant. Cant. 1, 11. *Wabe goltketenon in lampreitewis gebroihta machen uuir dir.* Vulgata: *Murenulas aureas faciemus tibi.* Haymo Epiſcopus in h. l. *Murenulæ ornamentum ſunt colli virginalis & puellaris, virgulæ videlicet auræ perplexæ, intermixtis nonnunquam pulchrâ varietate ſubtiliſſimis argenti filis.*

Mihi videtur *broihen* aliud quid esse quàm brichen : de quo suo loco.

[*Giprochosota*, fractus. Gloss. Monseens. p. 374.]

Firbrochan, sciissum.

Otfrid. IV. 39, 65. de Velo Templi :

Tho uuart sar firbrochan
thaz Goteshuses lachan.

Tunc fuit illico diruptum
DEI domûs velum. Conf. IV. 29. 34.

Vid. inf. *Firbrechen.*

Gianabrechon, destruere, perdere.

Otfr. IV. 19, 128. de Judæis Salvatorem interficientibus :

Thaz sie nan, so ih thir rachon,
Mohtin gianabrechon.

Ut isti ipsum, quem tibi dixi,
possent destruere. alludit Otfridus ad dictum Christi, de templo corporis sui destruendo.

[Sermo est de Caipha vestes lacerante, quam laceratione suscepit, ut in Christum tanquam blasphemum posset irruere, adeoque *anabrechan* significat inculpare, accusare, ut supra notatum, itaque hæc verba Otfridi ita redderem :

Ut isti ipsum quem tibi dixi
possent (tanquam blasphemum) inculpare.

Sane quum de templo corporis Christi destruendo loquitur Otfrid. aliis verbis utitur. vid. L. IV. 19, 67.]

Widerbrechinta ea, repugnantem legem, Notk. Psalm. LXXXIV, 2. *Widerbrubte*, repugnantia. Id. Psalm. LIX, fin.

Zibrechen, pro vincire, constringere.

Otfrid. I. 5, 116.

Thaz er nan in hechе
mit ketinu zibrechе.

Ut ipse, Christus, istum, Satanam, in tenebris
catenis constringeret.

I.

Bruch, fragmen, *Riz* hodie, ruptura.

Cantic. Cant. IV, 3. *Dine buffelon sint samo der bruch des roten apfeles.* i. sicut fragmen mali Punici, ita genæ tuæ.

Fragm. de Bell. Saracen. Caroli M. ℣. 2083.

Thie gote wrden alle erslagen.
in pruh unde an thie grauen
worthen sie gworfen.
Sie ne mohten in selue niht gehelfen.

Deastri omnes cæsi.
in loca abrupta & fossas
projecti.
Nec poterant sibi ipsis opem ferre.

II. pars corporis humani,

eaque inferior, qua bifidum est in pedes, gespalten, alicubi *zwiesel* appellatur. Interfemi-

nium Apulejo. Chron. Jac. de Königshov. cap. V. §. 82. de secta Flagellatorum : *Wenne sie koment an die Geischelstat, so zugent sü sich us nacket und barfus unz an die bruch, und dotent kittele oder wisse linen an, und die gingen an von dem nabel unz uf die füsse.* i. Venientes ad locum flagellationi destinatum, denudabant se vestibus & tibialibus usque ad pudenda, induentes tamen lina alba ab umbilico usque ad pedes. Cum quibus convenit Jo. à Leidis Lib. XXIX. c. 13. ait : *se omnibus vestibus nudabant, solis pudendis honestè velatis.* Hinc denotat

III. tegumentum illus partis.

Bruche, quod receptum in linguam provincialem, *Braccæ*, Kero : *Pruah*, *femoralia* c. 55. Glossæ MS. ASax. *Lumbare*, *gyrdils vel Broec.*

[Gloss. Monseens. *Pruoh*, lumbare. p. 377. femoralia. p. 357. *pruobbun*, bracis. p. 342.]

Isidor. cont. Jud. c. 9, 4. *rehtunga ist bruobba sinero lumblo, endi triuuua sindun sinero laendino gurdil.* justitia est cingulum lumborum ejus & fides cinctorium renum ejus. Vid. *Reno.*

Omnibus Teutonicis, imò & aliis gentibus commune vestimenti genus. Petr. Comestor. c. 36. *Semiramis fuit mulier, quæ primò invenit braccas & usus earum.* Id quod ex Methodii revelationibus hausit. Jac. de Königshov. Chron. Lat. *MDCLXII. Jonitus filius Noe invenit astronomiam. Et Semiramis usum bracarum.* Quo tamen tegumento non præcisè genitales partes, sed quandoque & hîc vel isthic etiam femora & crura teguntur : & hodieque appellantur ferè *Hosen*, quibus tamen ipsis tibialia & pedum tegumenta annexa erant, sicut adhuc in Misnia Altenburgenses rustici. *Die Altenburgischen bauren*, veteris moris tenaciores aliis, gerunt. In Hibernia *broages*, in Britannia *Britches* dici, Ph. Cluverius *L. I. Germ. Antiq. c.* 8. & 16. testatur. Qui tamen quo jure reprehendat vulgus latinè loquentium, quod *caligas* vocent braccas, nondum perspicio, multo minùs, quare antiquis Grammaticis non tutò credendum. Certè tutius hîs, quàm novis, præsertim quantum ad usum & significationem vocabulorum tum temporis usitatam. Rectè utique Isidorus : *Temporalia appellata eò quod femora tegant. Ipsa & braccæ, quod sint breves, & verecunda corporis iis velentur.* Braccarum enim usus primævus & proprius, ut tegant femora & pudenda. quod rationem verò denominationis à Latina voce brevis arcessit, id condonandum est homini idiomatis Teutonici ignaro. Autor lib. de Divin. Offic. inter opera Alcuini pag. 1087. ubi agit de vestimentis Sacerdotum V. T. *octavum h. e. novissimum ornamentum, feminalia linea, quibus operiebant carnem turpitudinis suæ, ab renibus usque ad femina sive, ut usitatius, femora, cum ad sacrificium accedebant. Hujusmodi habitus ita notus est in nostris regionibus, ut ex eo Gallia bracata cognominata sit.* Sed extentus earum usus fuit & figura, ut & crura ac pedes tegant. Id utique docet Agathias lib. 2. de Francis : *Nudi sunt pectora*

& ter-

Digitized by Google

& terga ad lumbos usque. inde braccis crura obtegunt. Nec aberrat Hesychius, βρᾶκυς barbarica interpretans indumentum pedum. Nam quod Tacitus Caligulam tegmen pedum vocat, & Suetonius distinctiùs adhuc *caligam speculatoriam*: id nequaquam excludit etiam contectionem femorum. Quare non placet, quod idem Vir de Germania antiqua aliàs optimè meritus *pag.* 115. ait, *aliud genus esse braccarum hodie, quàm olim*, sicut enim nec olim unica illa in figura X. repræsentata ab ipso, obtinuit: ita nec hodie, nostro & patrum memoriâ eadem braccarum figura est, sed diversa, & accidentalis tantùm. [Conf. Diecmann. Spec. Glossar. p. 53. sq.]

Bruabbak, fibula quâ braccæ ligabantur, Bracile dictum in lingua provinciali. Kero: *Bracile*, *Pruabbac* c. 55. cum quo non est confundendum Brachiale. Conf. du Fresne *Glossar. Bracile.* ubi etiam quod *Bracheriolum* ab Henschenio rupturæ vinculum exponitur, à *Brak*, ruptura, non benè reprobatur à du Freshio, qui mavult à Braccis arcessere, quod intra Braccas apponatur. Potest enim ac debet etiam his apponi, qui nullis braccis utuntur. Rectè enim hîc Henschenius applicat primam, quam dixi, hujus vocabuli significationem, pro fractura, ruptura generatim, & denotat *Bruch* non vestimentum aliquod aut cingulum, sed rupturam, quam *Herniam* vocant, nos *einen bruch*, cui apponitur *ein band*, *bruchband*, hoc est quod dicunt bracheriolum, i. e. non simpliciter fascia inguinalis, id enim est species braccarum, sed fascia herniæ. Ita commodè intelligitur, quod du Fresne ex Vita B. Justinæ de Aretio allegat: *Sic tumore magno in testiculis gravabatur, quod sine bracheriolo manere non poterat.*

Tatian. c. 44, 6. *bruahabe*, crumena. [*bruobabe*, legitur in Tatiano Palthenii, in latino *Zonis*. Idem Tat. cap. 13. 11. Johannem Baptistam describit, quod habuerit *fellinan bruoh hab.* Zonam pelliceam. Ad quem locum notat Palthen. p. 328. Etsi *bruoh hab* in Codice Juniano sejunctim referantur, rectius tamen jungi, & *bruobbab* legi. Est enim (ita pergit) in Glossar. Boxhornii *bruabbab* balteus, compositum ex *bruah*, quod femoralia sive braccas significat, quod Belgis Germaniæque inferioris incolis hodienum *broek* vel *brook* dicuntur, & *haban* suspendere, quæ vox, quanquam sæpius pro crucifigendi actu accipiatur, non alia tamen de causa id fit, quam quod species suspensionis sit crucifixio. Ut adeo *bruoh hab* proprie aliquid denotet, quod è femoralibus suspenditur, quale quid zona balteusque est. Fundamentum huic asserto historia substernit, namque femoralia Veterum Germanorum, teste Diod. Sic. V. 30. *braccæ* constanter fuerunt appellata, à quibus *hosæ*, Pa. Diacono de Gest. Longob. L. IV. c. 23. itemque Auctori Anonymo gestorum Caroli M. L. II. memoratæ, in eo differebant, quod crurum indumenta essent, unde & in magna inferioris Germaniæ parte tibialia adhuc dicuntur *hosen*, quo nomine alias Germani reliqui femoralia appellant. Sed & femoralibus, queis camisia *glizzina*, quam vocabant, id est indusium lineum cadens (*gleissent*, in Gloss. Boxhorn. est *glizantiu* nitidus) continebatur, balteum fuisse suspensum, locus testatur Eginhardi de vita Caroli M. *Ad corpus camisiam lineam & femoralibus lineis induebatur, deinde tunicam, quæ limbo serico ambiebatur* &c. collatus cum sq. verbis Werimberti in vit. Carol. M. *Deinde camisia glizzina, posthæc balteus spathæ, i. e. gladio colligatus, quæ spatha, primo vagina sagea, secundo corio qualicunque, tertio linteamine candidissimo, cera lucidissima roborato ita cingebatur* &c. Germani hodienum balteum, *ein gehæng* appellant.]

BRIDILS, *bagula*: Glossæ MS. ASax. h. e. frenum. Ælfrici Glossæ ASax. *Bagula, bridel. i. frenum.* Vid. Glossar. du Fresn. Bag.

BRIKEN, Brechen, in morali & juridica significatione, connotat lædere, delinquere.

Jus Argent. c. 34. lib. 1. *swer den graben der Stette bricket.* quicunque muros vel vallum dissipaverit.

Bruch, delictum, læsio, Capulatio. L. Sal. tit. XXIII. §. 4.

Bruche ibidem, capulatio mamillarum.

Hinc *Brica* in lingua provinciali, *Briga*, læsio, injuria, noxa, Concordare brigas, corrigere excessus clericorum Synodales, distrigatio excessuum, Schiphoweri Chron. Oldenburg. c. 14. *ap. Meibon. T.* 2. *p.* 174. Vid. du Fresn. *Glossar.* qui eò quoque refert

Brigans, Brigancios, Brigantinos i. Prædatores.

Briga, tumultus, seditio non sine certamine. *Geprög.* hinc *imbrigare*, tumultui aut liti se miscere. *Urstis. in Catalog. voc. barb. præmisso Tom. Script. Germ.*

Bruch, pœna pro delicto, eaque pecuniaria, mulcta.

Bruch gewinnen, mulctam acquirere. Dividitur in *böchsten bruch* und *kleine brüche.* Scabini Magdeburgenses P. I. Sentent. c. 2. dist. 18. *Wo ein Schultheis richter ist binnen Weichbilden recht, in Dörffern oder Stetten, da der Burggraf das oberste gerichte hat, und der Schultheis das niedrigste, und den dritten pfennig, und den dritten am grösten bruch, der Schultheis erwirbet da zweierley Brüch von recht, sein böchster Bruch, den er gewinnet in etlichen Sachen, das ist ein Wehrgeld, das sind XVIII. Pfund die da geng und geb sind in dem gericht. So gewinnt er in etlichen sachen gewette. Ein Gewette das sint acht schilling, das gehört zu kleinen Brüchen, und nicht zu den höchsten brüchen.* V. R. W.

Kebricho, confringo, Notk. Psalm. XVII, 39. *Firbrachti then uuizzod*, confringerem legem. Otfrid. II. 18, 4.

Brigbota, vid. Biten, jubere.

BRIN, vide Brunia.

BRINGEN, vide supra *Brang.*

BRINNEN, ardere, flagrare, notat passionem. [Gloss. Monseens. *Priano*, uror. p. 396. *prinnan, neizzan.* torrendos. p. 411. *mit prenni isarnan*,

mun, cum cauteribus. p. 407. *preniſan*, cauterio. p. 413. hodie *brenneiſen*: *prunnido*, odor in Dan. p. 342. (omiſſa eſt vox *ignis*. *Odor ignis non tranſiſſet per eos.* Dan. III. 95. Ad hunc enim locum Gloſſam reſpicere non dubito, quem Lutherus pulchre reddidit. *Man konte keinen brandt an ihnen riechen.*) *prennantaz fiur*, vorans ignis. p. 321. *vonna zuena ſtanentigin prentilino*, à duobus caudis titionum. In Jeſ. p. 337. (vid. Jeſ. 7. 4.) *prant*, robur. p. 343. torris. p. 344.]

Otfrid. V. 21, 21.

Oba ther brinnit thurub not
ther haftes man ni uuiſot.
Si ille ardet neceſſariò (in inferno)
qui captivum non viſitavit.

Brennen, activum eſt, ardere facere.

Otfrid. IV. 26, 100.

Mit thes kruzes fiure
ſus brennent inan hiare.
Per Crucis ignem
ſic comburunt ipſum hîc.

Eandem differentiam obſerves etiam apud Willeram. in Cant. Cantic. VII. 13. *Brennan* urere, p. 143. n. 61.

Brinnet, ardet, p. 66. 154. 155. [In noſtra edit. *brinnet* IV. 3. p. 27. *brinnent* bis VIII. 6. p. 65.] *Brinnende fieuer*, febris ardens, p. 74. [In noſtra edit. IV. 14. p. 34. *daz brinnente fieber.*]

Prennen, fremere, Notk. Pſalm. LVI, 5.

Brennus, Brenner, Dux Gallorum.

Brand, I. incendium, Brunſt. Lex Friſionum tit. VII. *de Brand.*

II. Torris, Titio, fax, ſchleiſe. Ælfric. Gl. du Freſne Gloſſ.

[*Brunſti*, incenſi. Tat. II. 4. de Zacharia Johannis Patre. *Stantenti in zeſo thes altares thero wihrouh brunſti.* Stans à dextris altaris incenſi. Ad quæ notat Palthen. p. 282. Hanc vocem Germaniæ Superioris incolæ in vulgari nunc ſermone adhibent, de nimio calore ſolis æſtivi. Ceterum uſus ejusdem non eſt (frequentior) niſi in compoſitis e. g. *feuersbrunſt*, incendium, *inbrünſtig*, ardenter, atque hic *Wihrouh - brunſti* incenſum thuris. Aliud ejus generis compoſitum extat in Cod. Argent. Marc. XII. 33. *managizo iſt allaïn thaim Albrunſtim*, major eſt omnibus illis holocauſtis; ubi vocabuli græci vim accuratiſſime ſane Ulphilas expreſſit.]

Hilde - brand, benevolentiæ amore ardens. Spiritualiter interpretatur P. Beonriedenſis in Vita Gregorii VII. à Menagio *Etym. Gall. Brandon*, laudatus: Hiltebrandus enim Teutonicæ vernaculâ nuncupatione peruſtionem ſignificat cupiditatis terrenæ.

Brandrad andeda: Gloſſæ MS. ASax. i. e. Brandeiſen, Feuereiſen. du Freſn. Gloſſ. Vide ſupra *Andedi.*

Branda ſiluer, argentum igne probatum, Willeram. p. 51.

Inbrunſtun ſie, excanduerunt, Otfrid. III. 20, 257.

[In Cod. Vatic. & Vindob. legitur *Inbruſtun*, quod idem eſt ac *rumpebantur*. De iratis non raro dicitur, illos *rumpi ira*: *ſie berſten vor Zorn.* Scherz. not. ad h. l. vid. *Briſten.*]

Ferbrunnen opher, holocauſtum, Notk. Pſalm. XLII, 4. Et ſimpliciter *Ferbrennendo*, Idem Pſ. LXV, 13. Vid. *Opher.*

BRISTEN, deficere.

Otfrid. ad Salomon. Epiſc. ℣. 88.

UUanta es ni briſtit furdir.
Namque nil deficit amplius. Et III. 19, 59. IV. 14, 3. IV. 9, 18. V. 16, 91. V. ult. 77.

Breiſta, deficiat.

Otfrid. ad Ludovic. R. ℣. 164.

Niaz er oub mammuntes,
ni breiſta in euuon imo thes.
Fruatur Is quoque deliciis,
nec deficiant in æternum ipſi hæ.

[Legendum *breſte* Cod. Vind. & Vatic. docent, notante Scherzio in Not.]

Briſtiet, deficit.

Otfrid. III. 6, 64.

Thes brotes in ni briſtet.
Pane non carebit.

Braſt, defecit. Idem II. 8, 22. *Braſt in thes uuines.* defecit eis vinum. pro quo ℣. 28. *thes uuins iſt in breſta*, vini eſt eis defectus.

Defuit auxilio. Idem III. 14, 158. *Er ni braſt imo thar.* Chriſtus non defuit ei unquam, quī ejus opem imploravit.

Item II. 4, 71.

Ni uuan ih imo bruſti
grozzara anguſti.
Non, opinor, iſti defuit
maxima anguſtia.

Breſt, *breſta*, defectus.

Otfrid. V. 23, 278.

Ni uuirdit ouh innan thes
zi ſtunton breſt imo thes. Metuit
Ne exiſtat etiam interim
ſtatim defectus ſibi alicujus.

Bruſt, idem, *waz bruſtz*, quid gravaminis, *Obſ. XV. ad Chron. Königshov. p.* 812.

Tatian. c. XIX. 7. *Bruſt thas iro nezzi*, rumpebatur rete eorum. [Ad quæ Palthenius ſq. notat. Verbum eſt Germanis adhuc uſitatum *berſten*, rumpi, diſſilire, quod in imperfecto habet *borſt*, per converſionem literarum *broſt* vel *bruſt*. Hinc ſubſtantiva ſunt AS. *berſt* & *berſting*, ruina, ruptura. vid. Benſon. atque noſtratium *eine borſt* fiſſura. Utrum huc etiam referri debeat, quod in Otfrido eſt, *thes lichames bruzzi*, corporis fragilitas: *bruzig man*, homo fragilis, neſcio. (vid. de his inf. in *Brod.*) Eſt & in Diction. Gaſſari *bruſti* ſed quod idem eſt ac deficit, ſ. deeſt, adeoque huc non pertinet, utpote originem ducens à *breſt*, defectus, unde verbum deſcendit, quod deſtitui, deeſſe ſignificat, cujus compoſitum Germani retinent *breſthaft*, homo

Digitized by Google

mo mutilus, cui ad integritatem atque valetudinem corporis quocunque modo aliquid deeſt. Hæc ille p. 344.]

Enbroſten, immunis à pœna. Jus Auguſtanum, qui juramento ſe purgavit, *ſo iſt er dem clager und dem vogt enbroſten.*

Gebreſti, deſit. Gloſſæ Lipſii. [Hodienum *Einen gebreſten haben*, eſt, defectum corporis habere.]

Gepreſten an dem rechten, defectus in jure & judicio.

Duces Bavariæ in præfat. Ordinat. Provinc. MS. de ann. 1346. *Wir haben angeſehen den gepreſten den wir gehabt haben in unſerm land zu Payern an dem rechten.* &c.

Defectus ſanitatis, wan einem was fehlet. Chron. Königshov. p. 1076.

Gebroſten weſen, deficere, Notk. Pſalm. LXIII, 10.

Ungebroſten des weges, non deficiens à via. Notk. Pſalm. XXXV, 5.

Briſach, metropolis Brisgoviæ, à defectu aquæ dicta, vid. inf. *Gau*. Civitas olim imperialis videtur fuiſſe, fœderata unà cum Argentorato & Baſilea, Friburgo, & Duci Auſtriæ.

Chron. Königshov. c. V. §. 124. an. 1366. & §. 139. ſic & B. Rhenan. L. 3. p. 281.

Obrecht. Prodrom. Alſat. c. fin.

BRITTIL, cham prittil, frenum, camus, capiſtrum. Notk. Pſalm. XXXI, 9. Anglis *Bridle*. Gallis *Bride*. Belgis, *Breydel*.

Gebrittolon, frenare, Notk. Pſalm. XL, 4.

Britten, Brittones, quaſi frenatores vel domitores dixeris. Veteres Angliæ incolæ Gallorum coloni, vide voc. *Gallen* migrare. à Germanis deducit Vorburg. T. 1. p. 39. T. 7. p. 5. 6. 19. p. 15. à Saxonibus ſuppreſſi partim, partim Armoricæ provinciæ in Gallia occupatores, qui & nomen ei dederunt Britanniæ, *Bretagne. Britannia minor, colonia Brittonum à Conſtantino Imp. deducta*, ait Anonym. de Geſt. Anglor. L. 1. c. 1, inter Scriptores rer. Brittan. editore Comelio. Vide & *voc. Scoti.* Et Annales Anglo-Sax. à Gibſonio editos. Item Rob. Sheringham de Anglorum gentis origine c. 1. qui tamen fabulam de Bruto Trojano Britonum conditore defendere vult. c. V. contra Buchananum. *L. 2. de Reb. Scot.* & alios. V. Obſ. V. ad Chron. Königsh. p. 472. Ut & ante eum Jo. Davies Præfat. Dictionar. Britan. Qui ipſe *Britannicam linguam* diverſam eſſe contendit à Celtica & Gallica, contra quàm Cæſar & Tacitus referunt: Cui reſpondit Boxhornius *in Orig. Gall. c. VII.* Qua de re ita ſentio. De teſtimonio Cæſaris & Taciti, quod lingua Britannica & Gallica non multum differant, non eſſe dubitandum, qui id ipſi experti tum. Cæterum Dictionarium Britannicum Davieſii, & Adagia Britannica & Scriptores ex quibus illud concinnantum, atque ex quo Boxhornius ſuam exſcripſit epitomen, non ſunt illius veteris Britannicæ, ſed mediæ ætatis: patet enim manifeſtò, tunc veterem non amplius fuiſſe puram, ſed mixtam ex Romana Provinciali ſive Ruſtica. Interim voces Celticæ ibi adhuc reperiuntur, ùt *Ab*, ſimia, aff. *Aball*, defectus, abfall. *Acben*, genus, natio; Ahnen. *Aches*, rivus, flumen: Aha. *Adfail*, lapſus ædium, ædfall, vox hybrida. *Adil*, vilis, abjectus; *adeila*, expers. *Adlais*, reſonantia, Alauda. *Adrodd*, narrare, Rede. *Adwaith*, opus imperfectum: unfollkomen gebeud. ad enim eſt ἐργασιὸν, ùt *Adwerth*, pretium minus juſto, unwerth. *Afal*, pomum, aphel. *Afar*, dolor, eifer. *Algeth*, luctus, leyd. & alia plurima, de quibus alio loco.

Fragm. de Bello Hiſpan. Caroli M. p. 928. de catena aurea & gemmea:

Then ſante ime ze minne
Ther Kuning von then Britten.
Eam miſerat ei ex amore
Rex Brittonum.

Intelligit autor non Regem ASaxonum, ſed Ducem Britanniæ minoris in Gallia, qui à B. Lupo Epiſt. LXXXIV. vocatur *Prior gentis Britannicæ*. Et hi ſunt Brittones imperio Francorum ſubditi, de quibus Lib. VI. Kapitul. c. 366. Attamen conceſſerat Carolus M. regiam dignitatem Salomoni, ùt Regi Brittonum, quam ut ex pacto perſonali ſuſtulit Carolus Calvus Imp. apud Cariſicum an. 877. c. 23. *ubi vid. Sirmond.* Atque jam tum an. 847. in conventu trium Regum fratrum, non Rex, ſed Dux Brittonum vocatus. Conf. Capitulare Synodi Tullenſis c. 8. de Salomone & Epiſcopis Brittonum, an. 859. Conf. St. Baluz. *ad Lup. Epiſt.* 31. & 84. Chron. Königshov. p. 332. Vorburg. Vol. 3. p. 383.

Conf. Menag. *Etymol. Gallic. voc. Armorique.* & *Bret.* Ortel. *Nomenclat. Ptolom. pag.* 31.

De Brittia inſula Procopii legendus Alting. P. 2. Notit. Germ. Inf.

Britten, iidem qui *Engellender*, Alſati, h. e. latrunculi, *Chron. Königshov. p.* 207. 332. 900. Vid. *Anglen.*

BRIUT, vide *Brut.*

BROD, *broth*, *brod*, fragilis.

Kero: *Prodii*, *fragilitate.* c. 64.

[Gloſſ. Monſeenſ. *Prodi*, imperfectum. pag. 398.] 4.

[*Zilezziſt pivilibo ih mih ſelben unte alla mina arbeita, allen ninen fliz, in dina gnada, umbi daz da ih ſelbo ni megi, odo ni chumna, odo ni uuelle mih bidenchan, durh mina brodi, unta durh mina unruocha, odo durh mina tumpheit.* Ottilo Monach. Emmeramenſ. in Prec. Theot. à celeberrimo Pezio publicata Theſ. Ancedot. T. I. P. 1. p. 420.]

Willeramus: *brothe*, *fragilitas.* pag. 52. ubi Fr. Junius obſervat: *Brittle* Anglis fragilem notare. & conjicit, veteres pro *brechan*, etiam *brettan brittan* vel *bruttan* dixiſſe, i. e. frangere.

Certè Otfridus L. I. c. 5, 33. habet hoc verbum:

Ni brutti thih muates.
Ne frangas te animo.

Notk.

Digitized by Google

BRO.

Notk. Pſalm. L, 12. *Feſteno mih der, dar ih nû ze brode uuas.* Conforta me, ibi nunc infirmior fui. Id. Pſalm. LXXVII, 39.

Bruzzi, fragilitas, *Thes lichamen bruzzi*, corporis fragilitatem. Otfrid. IV. 5, 87. V. 12, 48. *bruzzig man*, homo fragilis. Id. II. 12, 66.

Unde & BROD, Brot, propriè fragmen panis, vel bucellam denotat, integrum eſt *Laib*. Otfrid. IV. 12, 74. de Salvatore Judæ bucellam exhibente:

Themo ih biutu thiz brot.
Cui porrexero hanc bucellam.

[Notat & in genere panem apud Otfrid. II. 4, 79. *Quid theſe ſteina thanne zi brote werden.* Jube hos lapides deinceps panes fieri. Conf. III. 6. 48, 56. 64. 70, 84. 88. 107.]

Poſtea *Brot* pro integro dictum. Unde *Broetban*, ut *Bierbann*, præſtatio certa de pane, de cereviſia, in Gloſſario du Freſne habetur: *eſt potionis genus.* quod typographi errorem reputo, & legendum *præſtationis.* vid. ſupra voc. *Bann.*

Mos vetus fuit, obſecrare ſuſpectum criminis ſuper pane aut caſeo conjurato, *bey brot und kæſe beſchweren*, Anglo-Saxonibus *Corsned* dictus, *du Freſne Gloſſ. C.* Loccen. L. 2. *Antiq. Sueo-Goth. c. IV.*

Potinbrot, Evangelium, Vide *Bot.*

BRODLEHEN, vid. inf. *Lehen.*

BROITA, vide *Breit.* Vœgelinus videtur hanc vocem etiam retuliſſe ad brothe, reddens *das arge lant*, terra fragilis, ungebahnt.

BROOM, *geniſtæ*: Gloſſæ MS. ASax.

BROTTEN, caro, Chron. Friburg. pag. 16. de Blutrinſte: *Ob ſie* (wunde) *gange durch haut und durch brotten, alſo das es heiſſen mues eyn blutiger ſlag oder totliche wunden.*

[*Prodi*, carnem. Gloſſ. Monſeenſ. p. 337.]

[BROTUURZ, Git. Gloſſ. Monſeenſ. pag. 414.]

BROIHEN, contexere.

Gebroihta, Cant. Cantic. I, 11. *UUabe goltketenon in lamprete uuis gebroihta, machen uuir dir, in uuurmeuuis geblachmalot mit ſilbere.* Murenulas aureas faciemus tibi, vermiculatas argento. Hîc *goltketen in lambrete uuis gebroihta*, dicuntur catenæ aureæ inſtar murenarum concinnatæ. Du Freſne ex auctore Mamotrecti: *Murenula eſt catena in ornatum colli, ex virgulis auri & argenti* (&) *contexta in ſimilitudinem murenæ piſcis.* Anaſtaſius in vitis Pontificum: *Murenam trifilem auream, quæ habet buticulas* 33. item, *Murenam filatam.* Murenam piſcem reddit translator, *Lamprete.* & *in lampretenweis gebroihen*, eſt contexere inſtar murenarum. S. Hieronymus in c. 3. Eſaiæ: *Murenulas, quæ auri atque argenti texuntur virgulis.* (Vid. Blach. & Breit.) Idem ad Pammach. T. I. p. 106. *Veſtes ſericæ & aurum in fila lenteſcens.* & ad Lætam Epiſt. VII. p. 37. Jo. Smetius Antiqu. Neomag. p. 74. refert ſe poſſidere, Catenulas ex ære XVIII. cum variis ligaturis plexis & commiſſuris connexis, quæ Veteribus MURENULÆ dictæ, quia catenæ iſtæ flexuoſo ordine contexatæ in ſimilitudinem Murenæ ſerpentis, & ad collum ornandum adaptatæ. V. & H. Jun. Nomenclat.

BROSMUN, medulla panis, krume Miſnenſibus. Otfrid. III. 7, 55. *brosmun ſuaza*, medulla grani jucunda, dulcis, opponitur cortici grani duro.

BROUKEN, paludes, Bruchen.

Bructers, Bructeri, paludum accolæ. *Iſ. Pontan. L. I. Orig. Franc. p.* 50. At Freher. *Orig. Palat. P. 2. p.* 24. Bructerorum ſedem ponit in Weſterwald & Wetteravia. Sed vide Cl. Alting. Notit. Batav. p. 20. Vorburg. Vol. 3. p. 283.

BRUADER, bruder, frater. Otfrid. II. 7, 47. de Andrea fratre Petri: *Bruader ſin gimuater*, frater ejus bonæ mentis. *Bruader* frater. Kero. c. 48. *kepruader*, fratri. Id. c. 47.

Priadra, fratres. Kero. Prol. vid. in P.

[*Darnah ruoſo ih umbi alla unſri bruodra — Darnah bito ih umba alla die toton, die hia bruderſcaft habant.* Ottilo Emmeran. Prec. Theot. In Theſ. Anecdot. Celeb. Pezii. T. I. P. 1. pag. 420.]

Brüder, fratres dicti Monachi in univerſum, *Cloſterbrüder.* [Et ita ſemper apud Keronem in locis citatis de fratribus ſeu monachis unius cœnobii accipitur.]

Articuli veteres Argent. c. X. 2. *Uber alle die höue der brudere oder der dienſtlute derinne dieſelbe nicht ſesbaft ſint, ſo hat recht der Schulteſe oder der Richter virze ladenne an gerichte den hofeſeſſen und och ze twingene. Alſo hant ſie recht uber die dienſtlüte der brüdere zu ſwelre Stifft ſie ſint ze richtene von in an den ſachen die horent ze choffchazze ob ſie choflute wellent ſin.* Textus Latinus: *In omnes Curias fratrum* [*de clauſtris*] *vel miniſterialium in quibus ipſi corporaliter non habitaverint, jus habet. Cauſidicus vel judex vocandi ad judicium & cogendi inhabitatorem. Similiter & in miniſtros fratrum de quocunque clauſtro jus habet, ſcilicet judicandi de ipſis in cauſis pertinentibus ad mercaturas ſi volunt eſſe mercatores.*

Miniſtri fratrum hîc ſunt *dienſtlüte der Stiffter*, ùt œconomi, Schaffner, Pfleger &c.

Brüder & *Brüderhof*, *καθ' ἐξοχήν* Argentorati dicti Fratres & eorum Curia, qui Canonici ſunt Eccleſiæ Supremæ, des Münſters. Et ita intelligo ſubſcriptiones Chartæ Senatus Argent. de an. 1240. *Sifridi filii miniſtri Fratrum.* & mox: *Gozpertus miniſter fratrum.*

Fraternitates veteris Eccleſiæ Alemannicæ ex MS. recenſentur apud Goldaſt. *T. 2. Rer. Alem. pag.* 140. ubi fraternitates in Eccleſiis cathedralibus *Patrum*, reliquæ fratrum nomine inſigniuntur, veluti:

Patribus ad Baſileam civitatem.
Patribus in Curia Rhetenſi.
Auguſta civitate.
Monaſterio S. Hemmerammi. (Ratisp.)
Conſtantia.
Argentina civitate.
Magontia.
UUormatia.

Fra-

Digitized by Google

Fratribus in Augensi cœnobio.
Murbach degentibus.
Ad Loresham S. Nazarii.
in Echenheim, &c.

Quod verò in Dativo catalogus conceptus fuit, inde contigit, ut nossent, quibus intimari deberent mortes fratrum, ad preces & eleemosynas contribuendas.

BRUCH. fragmen, pars corporis humani, tegumentum illius partis, delictum, pœna &c. vid. prolixe supra in voc. Brichen & BRIKEN.

Missebrucheda wortis, catachresis, Notk. Psal. XLIII. 23. Hodie *Misbrauch eines worts.*

BRUCH, usus.

Verbrucben, deficere facere. *sint verbruchet mine ougen*, defecerunt oculi mei, Notk. Ps. CXVIII. 123.

Bruch, femoralia, à Brechen, v. sup. in Brichen.

BRVCH, locus apertus ad inædificandum, *do ein acker an- oder usgebrochen wird gebeude und beuser daruf zu setzen.* Charta Berchtoldi Episc. Argent. an. 1344. de Capella sita juxta muros Argentin. in loco dicto *in dem Bruche* dicta zv dem Ellenden Crutze.

Königsh. c. V. §. 23. & 25. *by dem alten S. Peter wieder das Bruch. Das Bruch by Bischoffs Burgetor. In dem Bruche by der Capellen.* §. 193. *in das Bruch by Cronenburg.*

Neubruch, novale.

Bruch, moraliter, confractio, plaga, geriche, vindicta, Notk. Psalm. CV. 23.

BRVOCHMAGET, locus in Alsatia, hodie, Brumat, Chron. Laurish. an. 883.

Brunogad. Id. an. 997.

BRVCHVS, castrum, Jac. de Königsh. Chron. cap. V. §. 132. *Swanowe lag ein halbe meile von Erstheim uf dem Rine, und was das beste Bruchus von gelegenheit, und das böste von roubende das man vinden mochte.* i. Swanovia sita erat dimidio miliaris ab Erstheim super Rheno, & erat optimum castrum ob situm, & pessimum ob rapinas quod inveniri poterit. Videtur dictum pro *Blokhus*, quod vide supra. Ita *Kilch* pro *Kirch* dictum, &c. Vel à *Bruk*, pons, & *Hus*, h. e. Domus munita vallo & ponte, *das mit einem Wassergraben und Uffzugbrücken umbgeben.* Ex quo etiam compositum *Brugbota*, *Brig-gebota*, Saxonicum apud Fletam & in LL. Canuti R. Vid. Glossar. du Fresne, qui tamen alteram vocem *Bota vel Gebota* non assecutus, neque enim refectionem ipsam denotat, sed jussum superioris ad reficiendum, unde & Emendare dicitur neglectum præcepti. Vid. supra *Biten*, *jubere.* Cæterum pro Bruk', veteres Galli molliùs pronunciarunt *Brive*, Briva, *idem du Fresn. Bria.*

BRVEHELE, *bruegele*, *brugel*, *brugil*: sylva, saltus. Liber Salicus MS. Monasterii Ebersheimensis cap. von den tagewanen: *So hat min herre einen dag ze bowende. unde machit min herre fine zwene bruegele vor sunigehttage, so helfent si ime mit irre spise.* i. Habet Dominus meus unum diem cædendi. Et cædit Dominus meus duos suos saltus ante solstitium æstivum, Tunc juvant ipsum subditi cum proprio cibo. Et cap. Judicium Sylvarum: *Sullen die Bannvarten gan an deme Balmetage unde sullent an iewedern brugel ein Ris steken, unde sullent damitte kunden, das sie ze banne sint getan.* i. Debent custodes sylvarum in die Palmarum ire, & cuique saltui virgultum affigere, & eo ipso notificare, quod sint banniti seu prohibiti. Kapitulare Caroli M. de Villis suis cap. XLVI. *Ut lucos nostros, quos vulgus BROGILOS vocat & ad tempus semper emendent, & nullatenus expectent ut necesse sit à novo reædificare. Similiter faciant & de omni ædificio.* De *Broilo ad Attiniacum palatium*, mentio in Kapit. an. 809. *pag.* 466. Ludovicus Pius Kapit. an. 821. c. IV. *Omnibus notum sit, quia nolumus, ut liber homo ad nostros BROLIOS operari cogatur.* In BROILO Compendii palatii Kapitularia an. 883. lata, ubi Sirmondus annotat, à Broilis id genus multis in Gallia locis nomen esse. Aeg. Menagius ex Consuetudinibus Andegavensibus hunc affert Articulum XXXVI. *Et est réputé BREIL DE FOREST un grand bois marmentau ou taillis, auquel telles grosses bestes ont accoustumé se retirer ou frequenter.* Salmasius à Græco peribolus, quod idem significat deducit, & Vossius item *L. III. de Vit. Serm. c. 3. à περιβολαῖον*, quod Luitprandus *Berivolia* appellet. Sed vox *Berivolia* valdè suspecta est, & *Brolia* fortè legend. Atque rectius Menagius esse *antiquam vocem Francicam* & Celticam; & propriè significat Lucum, *Hagen*, *Hayn*, partem Sylvæ septam, *Thiergarten*, unde muri vel sepimenta, itemque alia necessaria extruenda & exstructa observanda præcepit Imperator. Unde *Brogilus vallatus* in veteri Charta apud *Du Fresne Gloss. Brolium.* Hod. *Brül*, ubi olim fuit Brogilus.

BRVG, *pulenta*: Glossæ MS. ASax.

BRVN, braun, fuscus, nigricans.

Receptum in linguam provincialem, *Brunus*, subniger. *Gloss. Du Fresne.*

BRVNGVN, afferebant, hodie brachten dicimus. Otfrid. IV. 18, 70. de gallicinio Petri:

Thaz muat brungun beimort
thiuselben Druhtines uuort.
Mentem revocarunt ad semet
illa Domini verba.

BRVNNEN, fontes. Strangen brunnen, Notk. Ps. LXXIII. 15. Vid. Str.

Brunadara, manationes aquarum, Notk. Ps. LXXVII. 43. Hodie *brunnen aderen* in usu.

BRVNIA, *Bringe*, *Prune*, *bryne*, *brinne*, harnisch, Bruststuck, thorax, Lorica. Otfrid. V. 1, 30. de S. Cruce:

Ist uns thaz girusti,
BRVNIA ala festi.
Joh ist uns helm oub ubar thaz,
Joh uuafanan ala uuassaz.
Est nobis aliquod armamentarium.
Thorax perfirmus.
Atque est nobis galea quoque præterea,
Et gladii præacuti.

Heldenbuch P. I. p. 8.

Eine Brinne wunesan
Die kein Herrin seim leben
Nicht besser mag geban.
Wol achtzig tausent marke
ist dieselb brinne wert.

Ita legitur in editione Feyerabendii Francofurt. ad Mœn. 1590. sed in MS. Argentoratensi longè aliter:

Lass mich geniessen
Odnit durch din Ritterschafft
So gib ih thir zu miete
die allerbeste wat.
Der junger oder alter in aller Weltte hat,
wol abzigdusent marg ist die BRINGE *wert.*
Zv dem Halsberge so gibe ih thir ein swert.

Rhythm. de S. Annone, ℣. 298.

Da vant er inne helm unte brunigen.

Ibi invenit galeas & loricas.

Glossar. vetus Latino-Theotiscum: *Thorax, militare munimentum, lorica, BRVNIA.* Brynia, Musu, Lorica veteribus Gothis, *Loccenius L. III. Antiq. Sueo-Goth. c. 2. Briniolaus*, brinnelos, sine lorica, *Gothrici Histor. Goth. p. 29. 60.* LL. Norweg. Tit. de Regis elect. c. XXV. *Pantsar æda Brynin.* LL. Aethel-Stani R. Anglo-Saxonum an. 925. p. 55. c. XXV. *And theah he begytath the he hæbbe BYRNE. and helm. and ofergyldene sweord.* i. Et si docuerit quod habeat loricam, galeam & auratam ensem. Ex his & aliis satis constat, Bruniam & Helm fuisse diversa diversorum armorum nomina. Præterea fuit & *Helm-Pruuen*, species mixta. Fragm. MS. de Bello Saracen. Caroli M. ℣. 1713.

Ther Kuning von Tuse
ther vorte uz uon siner cluse
Menegen Helmprunen.
tho mohte man scowen, &c.

Et ℣. 2600.

Menegen helmbrunen
blaich unde verhowen.

Idem ℣. 2684.

Zwelef thusent helethe.
Ire brunne waren thrilie.

Ex his porrò patet error eorum, qui Bruniam interpretantur galeam vel capitis munimentum, *Helm*, quod tamen expressè contradistinguitur. Inter quos & *Vossius Lib. II. de vit. serm. c. 3. & 9.* Fr. quidem Pithœus *Glossar. ad Capitular.* ait: *Invenio tamen vetustiori Saxonum lingua BRYNN galeam significare.* Sed bonum factum si locum allegasset. Quicquid sit, intelligendum fuerit de *Helmbrynne*, h. e. de tali munimento thoracis & capitis, quo galea & thorax sive lorica inter sese connexa fuerunt, sicut in veste clericali caputium cum pallio consutum. De Lorica Germanorum veterum *Cluver. L. I. Germ. Antiq. c. 44.* miror tamen, quod Bruniæ ne minimam mentionem fecerit. Æg. Menag. *Etymol. Gall. voc. Brunia.* veram amplexus sententiam. Cæterum quod Vossius erroris arguit Amerpachium *L. II. de vit. serm. c. IX.* quod in capit. Caroli M. tertio an. 803. p. 288. *Ut bauga & brunias non dentur negotiatoribus.* intelligat per *Brunias* domunculas, tabernas, ipse παράδειγμα passus; Amerbachius enim *Baugas* ita interpretatur, & pro *Brunias*, legit *Bruncos*, monstrum vocabuli, quod ex prava lectione LL. Longob. L. III. t. 17. hausit, pro quo *Bruniæ* legendum, quarum multa mentio in Capitularibus, & rectè per nostrum *Pantzer* explicat idem Amerbachius, perperam de Tentorio, *pag. 231.* Porrò ab utroque, brunia & galea differt *Halsperg*, Rhythm. de S. Annon. ℣. 128.

Halspergin unti brunium
dü gart er sich ci sturm.
Die Helmi stalin beirti,
Du stift er beriverti.

Collare & bruniam
paravit sibi ad pugnam.
Galeam chalybeam duram
adornavit præliaturus.

Halsperg enim est Collare militare, munimentum colli ferreum, αὐχενάχθλιον. *Vid. du Fresne Gloss. Collar.* Accipitur tamen etiam pro Collari cum lorica juncto. Idem *in verb. Halsperg. Freher. & Lehm. Chron. Spir. II. 43.* aliique. Vid. Infr. *Hals.* Figuram Halspergæ vide inter Effigies Welphorum, è Monasterio Weingartensi.

BRUOGAN, terrere. Tatian. CCXXVI. r. *Oh sumiu uuib son unseron bruogitan unsih.* Sed & mulieres quædam è nostris terruerunt nos. [Consentit cum hoc *bruogan*, ASax. *Bregan*, sive *Bregean*, terrere. Vid. Benson. in Vocab. Non dubito, quin huc pertineat, quod est in Diction. Gassari *brutu*, id est *brougtu*, saltem sensus congruit. Ap. Tat. c. 230. 3. est etiam *arbruogan.* perterrere. c. 217. 4. *erbruogan*, exterritum esse. Vid. Palthen. Not. ad Tat. p. 396.]

[BRUSTI, pectus, hodie quoque *brust.* Otfrid. V. 11, 19.

In houbite inti in brustin.

In capite & in pectore.

Id. c. III. 17.

Mit thiu sin mino brusti
geseginot in festi.

Per hoc sit meum pectus
Benedictum firmiter.

Ubera quoque notat ap. eund. I. XI. 74, 77.]

BRÜSCHE, fluvii nomen in Alsatia per Argentoratum fluens, ad quem Haselo, & prima sedes S. Arbogasti, qui ex terra bruscia arabilem ibi fecit, *Chron. Königsh. c. IV. §. XII.* Terra enim bruscosa opponitur arabili: Brusca, Bruscia, Dumetum, *Gloss. Du Fresne Br.* H. Gebuiler. in Panegyri Carolina p. 37. *Bruscas Alsam seu Illam imbibendo, naves Alsatica vina gestantes, dorso suo vehendas, proximè urbem excipit.*

BRVT,

Digitized by Google

BRVT, ſponſa, *uuirit* ſponſus, Otfrid. II. 8, 7.

Themo uuirite ioh thero bruti.

Sponſo atque ſponſæ,

c. IX. 15.

Job druta ſine in lante
zi theru bruti ginante.

(Chriſtus) fideles ſuos in terra
in ſponſam nominavit.

Nockerus in Pſalm. V. *Kotesprut*, *Eccleſia.* idem Pſal. IX. 15. *Kotis priute. Briutigemo*, Pſ. XVIII. 6. ſponſus.

Anglo-Saxonicum *Bryd* ſponſa.

Bruttſamenunga, Eccleſia, Notk. Pſ. XLIV. 13.

Prutſamina, Eccleſia, Notk. Pſal. XLVII. 3. *Allelich prutſamenunga*, Catholica Eccleſia, ib. ℣. 12. *Muoter prutſamenunga chint*, matris Eccleſiæ filius. Idem Pſ. LXXVII. 54.

Gothis *Bruthfaths*, ſponſus. Fr. Jun. ad Tatian. 25, 6.

Iisdem *Bruth* nurus, filii uxor Matth. X. 35. Gallis hodiernis Brû, urus.

Prutha uuiuunga, ſponſa mea unica, Notk. Pſ. XXI. 21.

Brutigomo, ſponſus, *Breutigam* hodie, quaſi dicas ſponſæ-homo, Vide infra Coman. Gomo. Vel quaſi Nuptiarum herus, *Pruten* eſt nuptias celebrare, *Pruderlicho*, nuptialis, *Pruteſtole*, thronus nuptialis, Notk. Pſ. CXIX. pr.

Otfr. II, 9. 14.

Thaz Chriſtus ther Brutigomo ſi.

Quod Chriſtus ſponſus ſit.

Idem c. XIII. 18.

Ther brut habet, in uuar min,
ther ſcal ther Brutigomo ſin.

Qui ſponſam habet, per fidem meam,
is debet ſponſus eſſe.

Brydguma, Anglo-Sax. ſponſus, LL. Edmundi pag. 60. *Guma* non curatorem denotat, ut habet Du Fresne *Gloſſ. Bridguma.*

Brutelob, epithalamium, Notk. Pſ. XLIV. fi. i. e. laus ſponſæ.

[*Prutigepa*, ſponſalia. Gloſſ. Monſeenſ. p. 400.]

Brutloufti, nuptiæ. Otfr. II. 8, 6.

Fartun thar thie liuti
eino brutloufti.

Frequentarunt ibi homines
nuptias.

Idem IV. 6, 30.

Oub zalta in thiu ſin guati
bi eino Brutloufti.

Item narravit eas illa Ejus Bonitas
de quibusdam nuptiis.

Compoſitum ex *Brut* & *louben*, *geloben*, *ſpondere. Loccen. 2. Antiq. Sueo-Goth. c. 25.*

Saxonicè *Brutlecht*, nuptiæ, *Chron. Sax. vet. pag. 1208. b.*

Corruptè *Brunlöft*, & *Brunlouf*, Jus Argent. Lib. III. c. 275. *Iſt das ein Brunlouff berett wirt.* c. 278. *die wiedemen die zv der Brunlouf berett und*

globt würdent. In quodam tamen MS. Pergam. legitur *Brutlöft.*

Königshof. Chron. c. I. 112. fi. de Alexandro M. *Nam do Darius dohter Roxiam zu der é. und begingent eine herliche brunluft.* Receſſ. Imp. de an. 1500. art. 22. §. ult. *desgleichen der Hochzeit und Brautläufft halben.* Vid. Strasb. Fallim. O. pag. 18. §. XXVIII. & ibi annotata.

Cent vel Centam *recipit* ejus præfectus ſeu judex, *Centgraf* vel *Centrichter* à domino terræ immediate, *vom Landsherren*, Principe vel Comitè: aut mediatè à domino intermedio, jure ſubvaſallagii. Fridericus II. prædicta Conſtitutione: *Item Centumgravii recipiant Centas à Domino terræ vel ab eo, qui per Dominum terræ fuerit infeodatus. Item unusquisque Principum libertatibus, jurisdictionibus, comitatibus centum ſibi liberis vel infeodatis utetur quietè, ſecundùm terræ ſuæ conſuetudinem approbatam. Item Centæ locum nemo mutabit ſine conſenſu domini terræ. Item ad Centas nemo SYNODALIS vocetur.* Ex his obſervare licet, I. Centumgravios eſſe ipſos Centarum Judices, & Comitatus centum eſſe ipſas Centas, Zentgrafſchafften, quæ porrò in præfecturas minores diviſæ. Deinde vocem Centæ ſumi pro ipſo jure Domini centam concedentis: deinde pro jure conceſſo, centgraviatu: denique notat & judicium Centæ, & ejus locum ſeu tribunal. Ad centas porrò quod nullus Synodalis vocetur, ratio eſt, quia illi ad judicium Eccleſiaſticum, non ſeculare pertinebant. Qui ſint illi Synodales expoſuit *du Fresne Gloſſar. voc. Teſtes Synod.* Germanicè *Sendbar liute*, corruptè *Semperliute*, vid. Comm. *ad J. Feud. Alem. c.* 1.

Centena, Cent-Gerichte, vox Latinæ originis, continens centum Decanias ſeu Centas. B. Rhenanus *L. II. Rer. Germ. c.* 2. & rem ipſam ad conſuetudinem Romanorum refert. Atque *Centenariorum* mentio fit à Conſtantino Imp. *L. I. C. Th. de Exact.* ſed illi Exactores fuerunt, non judices. *Ducenariorum judicum* quoque fit mentio apud Sueton. *in Aug. cap. XXXII.* V. *Jac. Goth. ad d. l.* 1. Magis itaque eſt, ut *origo Centenarum* referatur ad Jus Celtarum & Francorum. Certè Chlotharius II. R. Franc. Decretione A. C. DXCV. Centenas aut introduxit aut reduxit occaſione furum nocturnorum: *Decretum eſt, ut quia in vigilias conſtitutas* (etſi lingua ruſtica provincialis non obſervet regulas Grammaticas; videtur tamen legendum: *conſtituti*) *nocturnos fures non caperent, eò quòd per diverſas* (partes ſeu ſtationes) *intercedente conludio* (datis ſignis) *ſcelera prætermiſſa* (i. ſceleſtis, latronibus prætermiſſis, elabentibus per colluſionem cum vigilibus) *cuſtodias exercerent, CENTENAS fieri.* Non centenæ vigiliæ hîc intelliguntur, ſed partes alicujus Comitatus, in quas dividi Comitatus ob hanc cauſam decretum tum fuit. Idque cum hoc effectu: *In qua CENTENA* (Comitatus parte, quam Præfecturam dixeris) *aliquid deperierit* (per latrocinium,) *capitale qui perdiderat recipiat* (à Centena illa) & (ab hac viciſſim) *latro inſequatur*, ut regreſſum centena ſolvens habeat. *Vel ſi in alterius Centena appareat latro, & adhuc admoniti* (hujus Centenæ ſubjecti cum ſuo Centenario) *ſi neglexerint, quinos ſolidos condemnentur. Capitale tamen qui perdiderit, à Centena illa accipiat abſque dubio, h. e. de ſecunda vel tertia cuſtodia.* ſ. Centena. Exinde conſuetudo fuit, ut Comes ſub ſe haberet Vicarios, Vicarius Centenarios, *Centrichter*, & Centenarius Decanos, *L. Wiſigoth. L. 9. t. 2. c. 3.* & porrò Decaniæ in Septenas & Quintenas, ut in Bituricenſibus & Andegavenſibus Conſuetudinibus, *Lindenbrog. Gloſſ.* Centenarius etiam Centurio appellatur. L. Alemann. c. 28, 3. quorum quilibet habebat ſua placita. Kapit. Wormat. *an.* 829. capitul. *quæ pro leg. §. V.* Kapitul. *Lib. III.* 40. *L. IV. c.* 23. *c.* 57. Dicta verò Centena à centum familiis quibus conſtabat, ait Du Fresne Gloſſar. Mihi videtur non familias, ſed villas Centenam conſtituere. Ipſe Du Fresne allegat è Tabular. S. Stephani Lemovicenſis: *Dedit manſum ſuum in pago Lemovicino, in Centena Tarninſe, villa Ramnaco.* Neque tamen ita origo ad Francos referenda, quia & aliis & prioribus Celtis ea fuerit communis. De Gothis & Sueonibus refert Jo. O. Stiernhök de Jure Sueonum & Gothorum vetuſto Lib. I. c. 2. *HÆREDA, diſtrictus ſive Comitatus, centum ut plurimum villas vel potius colonos continuiſſe videtur, unde Vplandis & Suedis Ciſſylvanis HVNDARI non obſcura ratione dicta fuit, quæ diviſio olim apud Almannos, Francos, & Longobardos recepta fuit, apud quos non minus ac apud noſtrates diſtrictus ipſe CENTENA (Centuriam rectius dixeris) dictus fuit, & judices ipſi ex eo Centenarii; auctâ vero hominum multitudine & dilatato cultu, centena una plures peperit parœcias, unde hodie nec incolarum, nec etiam parœciarum numero inter ſe diſtrictus illi ſunt æquales, quemadmodum nec in Dania aut Anglia, ubi eadem prorſus partium provinciæ & diſtinctio eſt & nominatio.*

Deni-

Digitized by Google

CEN.

Denique eò etiam facere videtur C. Tacit. de M. G. c. XII. *Eliguntur in iisdem Conciliis etiam Principes, qui jura per pagos vicosque reddunt. Centeni singulis ex plebe comites, consilium simul & auctoritas, adsunt.* Tales Principes erant conditores Legis Salicæ, Salichgastis, i. Salici pagi princeps: Bodogastis, Bodonum pagi, sive Batavici, princeps, &c. de quo aliàs. Conf. Wehner. O. h. v. Acta Lindav. p. 352.

Tale quid est *das Hochgericht der Zenner zu Berncassel* in Electoratu Trevirensi, cujus descriptionem subjeci *Wehneri Observationibus Pract. voc. Hohe-Gericht.*

[*Center*, centauria. Gloss. Monseens. p. 414.]

CENTENARI, Centurio, Tatian. c. XLVII. 1. 4. 8. 9.

CEOL, Keol, Keul, navis species longæ, Ratium, *Vide Du Fresne Glossar. v. Ceola.* Glossæ MSS. ASax. *Celox, Ceol.*

Hinc denominatio loci propè Argentoratum navigiis & ratibus destinati ab antiquo, *Keyl, Keylerschanz.*

CEPTO: Lex Salic. T. II. §. 10. & T. LXXX. Pronunciandum ùt S, septo, septem. *Septunchunna*, septingenta, *Twaseptunchunna*, bis septingenta 1400. *Wendelin. Glossar. v. Chunna.*

CERE, *kere*, cele, ceria, celia. L & R promiscuè priscis sumuntur, ut Kirch, Kilch, &c. Vox vetus Celtica, Celtiberis & Gallis frequentata; Florus L. II. c. 18. de obsidione Numantina, Celiam è frumento potionem ab indigenis appellari. h. e. Celtiberis. Orosius L. V. c. 7. potionem hanc fieri *succo tritici per artem confecto: suscitatur enim illa ignea vis germinis madefactæ frugis, ac deinde siccatur, & post in farinam redacta* (molita, Moltzer) *molli succo admiscetur, quo fermentato sapor austeritatis, & calor ebrietatis adjicitur.* Tacitus de M. G. XXIII. 1. *Potui humor ex hordeo aut frumento, in quandam similitudinem vini corruptus.* ubi voce *frumenti* hordeum contineri non rectè asserit *Du Fresne in voc. Celia.* quum contradistinguatur, sed Triticum potiùs ùt species primaria intelligitur. Scilicet duplex fuit Cere, estque adhuc, aut ex Tritico, & vocatur *Breuhahn:* aut ex hordeo, diciturque *Bier.* adde & speciem ex his mixtam, *Weisbier.* id propriè & compositè *Cerevisia* priscis Gallis dictum, & Celtis Hispanis, *Plin. L. XXII. c. ult.* duobus posterioribus speciebus lupulus intervenit. Et nescio an illud Osorii, *molli succo admiscetur*, eò tendat. Sed vide V. *Hoppfen.* Gregor. Turon. in Glor. Confessor. c. 1. ubi modo Ceria modo Cælia scribitur. Videtur à *Chern*, frumentum, infr. Sed V. inf. Terwe. De Cerevisia incantanta gentili more, Sur. T. 1. Vorburg. Vol. V. p. 619.

CERNLIHHO, libenter: Kero. Prol. p. 16. b. Pronunciandum iterum ùt K vel G, *Gerne* hodie. vid. infr. *Gernl.* & *Kernl.*

CESAR, nomen Julii Cæsaris, Rhyth. de S. Annon. ℣. 276.

CES.

CESSON, ZESSON, ZESSA. Otfrid. III. 14, 112. de Christo:

Er gibot then uuinton,
then undon cessonton.
Præcepit ventis,
undis fluctuantibus.

Idem V. 14, 33.

Thia zessa drat ih untar fuaz,
si furdir dar on mir ni muaz.
Fluctus calcavi sub pedibus,
quæ porrò tunc sine me nihil potuit.

Idem III. 7, 29.

Ther so ist zessonti,
sih selbon missihabenti.
Qui sic est fluctuans,
seipsum non cohibens.

Notker. Psal. LXVIII. 16.

Zessenmacherin, tempestatum conciliatrices. Jo. Keisersperg. Brosaml. fol. 74. b. *das machen etwan die alten Zessenmacherin, die bösen alten Weiber.*

[*Cessode*, fervore. Gloss. Monseens. p. 344.]

Cest, capsis: Glossæ MSS. ASax. Kest.

CH, pronunciarunt veteres Franci, pro quo posteri molliùs H tantùm, quod & ipsum tandem omiserunt: ut Chlodovæus, Hlodovicus, Ludovicus. Chlotarius, Hlotarius, Lotharius, &c. Cham, Ham, Heim.

[CHACHAZZENTES, cachinnis. Gloss. Monseens. p. 410.]

CHAFFE, locus, *Chaffe dero chaliwi*, locus calvitii, Notk. Ps. LXXXIII. 1.

CHAFFEN, vigilare, *die ougen chaffent gagen imo*, Notk. Psal. CXVIII. 82.

[*Zisamane chaftun*, commiserunt. Gloss. Monc. p. 361.]

CHAGEN, veteres, hodie Hagen, mallus, tribunal, locus quo das Gericht geheget wird. Sic malli seu Malbergii tres, ex quorum rebus judicatis Lex Salica fuit congesta in vetustissimo MS. Codice à Viro CL. Steph. Baluzio mihi communicato recensentur, utpote

Salechagine,
Bodechagine,
Widochagine

pro quibus in MS. Regio legitur *Salechagme, Bodogagme, m* pro *in* scripto, & *UUidochami:* unde perperam vulgati habent Salecheim, Bodoheim & Widoheim. Fuerunt enim Malli publici trium pagorum Francicorum, Saliorum ad Salam seu Isalam, Bodonum, seu Battonum, Batavia, ubi adhuc *Graven Hage*, Mallus Comitis, & Widonum, ad Amasin, cujus ostium latius Widrus hodienum vocatur, teste Altingio *Descript. Germ. Infer.* pag. 132. Etsi Cluverius nomen peculiaris fluvii inter Amasin & Rhenum velit. Vide & Voc. *Gast.* & *Hag.* & Præf ad L. Sal.

CHALA. Hranne chala: lerechala. Lex Salica T. II. De furtis porcorum §. 1. *Siquis porcellum lactantem furaverit, de hranne prima aut de mediana, & ei fuerit approbatum: Malberg hrannechala, Lerechala, hoc est unum abelepte: CXX. denariis, qui faciunt*

Digitized by Google

faciunt sol. III. culpabilis judicetur. De *Abelepte* vide supra. Hranne quid sit, etiam suo loco explicatur, scilicet non grex, sed fœtura, quam nos vocamus *einen Wurff*, prima itaque & secunda sive mediana rhanne porcæ, dicta fuit in Malbergio seu foro Francorum *Hranne chala*, itemque *lerechala*, ubi *lere* idem est quod fœtura, h. e. evacuatio uteri gravidi, *ler*, vacuus. *Chala* autem est vilis, uti & hodiernum *Kahl* etiam ita usurpatur. Notum autem est œconomis, primorum partuum fœtus porcinos deterioris esse conditionis nec ad educationem aptos. *Vid. Coler. œconom. Lib. XX. c.* 124. Confer mox *Chalteo*. Lex Salica Tit. XLVII. de Reipus. §. 2. *Reipus hæc chala sinus.* MS. *Reipus III. Colensinus.* ex antecedentibus apparet, hîc significari, vilem satisfactionem factam fuisse, unde mulcta. Chala, vilis, suanis, emendatio. Cæterum *Wendelinus* in Glossario suo suaviter hîc fingit sibi nomina propria Malbergiorum Belgicorum *pag.* 111.

Chalannen gebeinon, blecchenten beinen, calva ossa, Notk. Psal. XLI. 1.

Chala kibillun, Calvaria, id. Notk. ib. Psal. XLI. 1.

Perichkibilla, idem Ps. CV. 19.

Chalauuer, calvus.

Chaloberge, Calvaria.

Chalauui, calvities, Notk. Psalm. XLVI. 1. LXXXIII. 1.

Chalauuin, calvus, ib.

[*Chalauui*, calvitium. Gl. Monsi. p. 333.

Gichalauvit, decalcavit. p. 332.]

Karl der Kalwe, Chron. Königh. c. 2. §. 146. Carolus Calvus R.

Chalen, passionem aliquam significat, quasi *qual.* Notker. Psal. XLI. 10.

Chelunga, tribulatio, Notk. Ps. XLIII. 18. Ps. LXVII. 26. *in lichamen chalo*, in corporis macerazione.

Chalelicho, anxiè, Notk. Ps. CXVIII. 130. Ps. LXIX. *chellent des rehten muot*, persequuntur animam justi. Idem Psal. LXXV. fi. Et Psal. LXXVIII. 1. *mit cheli nöten*, tormentis cogere.

Fercholen, defecit, Notk. Ps. CXVIII. 81.

CHALAUUN, obripilationem. Gloss. Monsi. p. 356.]

CHALB, vitulus, *manigru chalber*, vituli multi, Notk. Psal. XXI. 13. Isidor. c. IX, 4. *chalp fona dheru Judeischun eun*, Vitulus de Circumcisione.

[*Vasal Chalp*, pascualem vitulum. Gl. Monsi. p. 326.] *Chalpir urmeri*, Phocæ marinæ. p. 407.]

[CHALCH, *mit chalche tunichos*, calce levigabis. Gl. Monsi. p. 326. mit kalche tünchen.]

CHALDEI, Chaldæi. Rhythm. de S. Annon. ℣. 175. *Chaldei die grimmen.*

CHALIMFAN, *Kalimfan*, competere: Kero c. 25. *citi kalimfantem*, horis competentibus. c. 47.

Citim Kelimfanteem, horis competentibus. c. 31.

Uncalimfantom, incompetentibus. (*citim unkalimfantem* horis incompetentibus. cap. 48. legitur.)

Ungalimflib, absurdum. c. 65.

Kalimflichan, c. 24. *Kelimflichera*, c. 43. congruam.

Kilimfit, concordet: Kero.

Gilumflib, Otfrid. I. 16, 50. de Jesu puero:

Uuizzi thehemo ana sar.
Thaz uuas gilumflib in uuar.
Sapientia succrescebat ei statim.
Hoc erat congruum profectò.

Idem I. 25, 50. de Spiritu Sancto:

Er uuas Dubun gilib.
thaz uuas so gilumphlib.
Erat columbæ similis.
hoc erat perquam congruum.

[Tatian. XII. 7. *In then, thiu mines faters sint gilimphit mir uuesan.* In his, quæ Patris mei sunt oportet me esse. Ad quæ notat Palthen. pag. 324. Retinuere Germani substantivum *glimph*, quo decentem placidumque agendi modum denotant. Hinc adjectivum atque adverbium *glimpflich*, placidus placide, decens, decenter. Cum primitivo *limphan* consentit AS. *limpan*, pertinere, apud Somner. Unde est *gelimplic*, oportunus, congruus ap. eundem. quod Gallis *pertinent* dicitur.]

Primitivum *Limphit*, congruit, de quo suo loco. v. & inf. Gilumflich.

CHALIP, *chalip sub dupio*, L. Sal. T. XLIV. de eo, qui aliquem in puteum jactavit, qui tamen vivus evaserit. *Lip*, *Lib*, vitam denotat, *dupio*, duffio est, duffen, immergere. Wendelinus Malbergii nomen fingit.

[CHALLOT, effabitur. Gloss. Monsi. p. 352. *challunt*, effabuntur. p. 349.]

CHALTEN, kelten, gelten hodie, præstare, valere.

Chalteo, validum, gultig. Sic in L. Salica *branne chala* & *branne chalteo* opponuntur, *Tit. II. §.* 1. & 2. *Si verò in tertia branne furaverit, Malb. branne chalteo. DC. denariis qui faciunt Sol. XV. culpabilis judicetur.* vide supra v. chala.

CHALTA, *chalte*, *chaldo*, *chaltun*. à *chalten*, gelten, propriè præstatio cujusque læsionis, deinde pro ipsa læsione & delicto, ùt *Alchaltua*, læsio totius membri, ut linguæ abscissio totalis, ut loqui non possit, L. Sal. Tit. XXXII. §. 15. tandem καθ' ἐξοχὴν & ob frequentiam olim, Furtum. Lex Salica Tit. II. §. 6. *Varabchalt*, furtum porcellorum, *der Värkel.* §. 7. *Focichalta*, furtum scrovæ cum porcellis. §. 10. *Exachalt*, furtum sex capitum. *Sonischalt*, furtum gregis totius, §. 11. & passim. §. 14. seq. *Dracechalt*, furtum porcelli anniculi, *vid. Wendelin. Gloss. p.* 192. qui tamen ibidem *branne* & gregem confundit, sed & sibi contradicit, quum *Tertesun* antea pag. 117. non tertiam gregem explicaverat, sed nomen proprium alicujus Malbergi finxerat. Vide mox *Changichaldo.*

Soagne chalte, sugentis porcelli furtum, *t. II. §.* 4.

Thurnichalt, exspoliatio mortui aut tumbæ saltem, *thurni*, turricula, pyramis sepulcralis. *t. XVII. 6. t. LVIII.* 1. & 3.

Digitized by Google

CHA.

CHALDECHINA, capulatio, læsio pedis. *t. XXXII. §. 9. 10. 11.* quæ vel totalis abscissio, *chamin, chaminis, t. XXXII. §. 2. 5. gar weg.* vel adhuc pendet, ut curari possit, *sichte, sochte,* à suçht, debilitatio, morbus. t. XXXII. *§.* 1. qua ab amanuensi sæpe confunduntur, unde emendandus *§.* 3. 9. 10. 11. & transponenda hæc vocabula.

CHALT, kalt, frigidus. *In chaltem lantscaffim,* in frigidis regionibus c. 55. Kero.

[*Chaltem, freosantem,* algidis. Gloss. Monf. p. 407.

Chalti frigore. p. 389. torpor. p. 392.]

Ekkehardus junior de Casib. S. Galli cap. x. refert de mendico homine Gallo, contractum se simulante: *At contractus cum aqua sibi lavacri nimis videretur calida, Gallicè rusticè KALT KALT EST, ait. At ille quoniam in Teutonum lingua, Frigidum est, sonat. Et ego, inquit, calefaciam, hausitanque de lebete ferventi lavacro infundit aquam. At ille cum clamore horrido: Eya mi kalt est, kalt est, ait. Enimvero, ait ille, si adhuc frigidum est, ego hodie vixero, si tibi illud caleficabo, & hauriens adhuc ardentiorem infudit. At ille bullientis aquæ fervorem ferre non sustinens, oblitus contracturæ citus assurrexit, lavacro exilivit, ad ostium recludendum, ut fugeret, velociter currens cum pessulo aliquandiu luctatur. Sed &* (ille) *hominem ubi deceptorem vidit, titionem ardentem ab igne dicto citiùs rapiens, grandes sine numero* (excidit vox, fortè *stigmatizationes* vel similis) *nudo infregit.* Goldast. I. Rer. Alem. pag. 42. & 125.

Chaltentiro minno, refrigescente caritate, Notk. Psal. XXIV. 17.

CHAM, *chaim,* haim, haimat hodie. *chamzy,* heimzihen, heimholen, furari. L. Sal. T. XXIV. 3. *Cham zy asco,* furtum navis. Tit. XXXVI. 4. *Trochuuido chamstala,* cervus domesticus inclusus stabulo, qui in sylvam aut venationem nondum missus, *verschlossen im Stall.*

Falcham, defectus patriæ, in specie siquis hominem ingenuum vendidit, qui in patriam, chaim, reversus non est, L. Sal. Tit. XLII. *§.* ult.

Chamestalia vel Chamestasia, heimsuch, Domesticæ pacis fractio, *Hausfridbruch,* L. Sal. Tit. 45. *§.* 1. ubi Cod. MS. Reg. legit: *Besitalio.* V. & inf. *Heim.*

CHAM, camus, capistrum, *Cham prittil,* frenum cum capistro, Notk. Psal. XXXI. 9.

[*Chamo,* camus. Gloss. Monf. 352.]

Kilianus: *kam, kœ-kam, numella.*

CHAM, *Ham,* eluvio, Cham-awen, prata eluvionibus exposita, unde *Chamavi* dicti, ut putat Ampliss. Alting. *Notit. Batav. p.* 44.

CHAMFF, Campus, pugna.

Kero: *Chamffanti, militans. c.* 19.

Chamfheit, militia. c. 2.

Chamfanter militaturus. Prol. p. 16.

Chemfan, militare. c. 58.

Ze chamfanne, militanda. Pr. p. 15. *Einemu Chuninge ist Kichemfit;* uni regi militatur. c. 61. Kero. In omnibus hisce locis Kero de militia spirituali monachorum agit.

[Hinc origo petenda vocabulorum Gallicorum *champion,* duello pugnans, *champagne,* nunc *campagne,* expeditio, *compagnie,* turma cohors. ASax. est *cempa,* miles, & *cempena riht,* jus militare. Palthen. Not. ad Tat. p. 332.] vid. inf. *Kemphon.*

[Gloss. Monf. *chempho,* tiro, p. 402. *chnez vel chemfo.* athletas. p. 413. *chempente,* plectentes. p. 334.]

Chempffer, Chimpher, dicta fortissima natio Danica & Holsatica, quam *Cimbrorum* vocamine Romani expresserunt, *Olaus Worm. L. I. Monum. Dan. c. IX.* Terræ eorum descriptionem idem Lib. V. exhibet. Cimbrica chersonesus vocata, *Plin. L. IV. c.* 14. Conf. idem Worm. *de Lit. Run. pag.* 26. Non placent qui è tenebris Cimmeriis Cimbros repetunt, inter quos & Diodor. Siculus, & è recentioribus *Nic. Petreius Lib. I. Orig. Cimbr. & Goth.* & Prætor. *in Orbe Goth. L. I. c.* 6. Mentionem horum etiam Posidonius Apameensis, Strabo aliique faciunt. Arma, credo & nomen, Romanis primò innotuerunt an. V. C. 640. *Tacit. de Mor. Germ. c.* 37. ante N. C. CXI. quo auctore etiam inter Germanos rectè referuntur, non ad Sarmatas, ut *M. Prætorio in Orb. Goth. L. I. c.* 6. persuasum. Atque cum hi Gallos ac Romanos diu vexarint, ab iis Cimbrorum vox pro Latronibus, λῃστὴς usurpatum, auctore Festo. At Plutarchus in Mario errorem commisit, quod Germanos ait Cimbros vocare λῃστὰς, quum Gallos dicere debuisset. Conf. *Cluver. Germ. Antiq. L. III. c.* 22. Rob. Sheringham *de Orig. Anglor. c.* 3. *§.* 3.

Champf, species probationis per duellum, judicium campi, *die Sache durch Kampf zv Gottes urtel stellen,* contendere in campo, *Lib. IV. Capitular. c.* 34. per pugnam declarare, LL. Lombard. L. II. T. LVI. c. 35. sqq. Jus Alem. Prov. c. 228. *So mus es GOt scheiden mit Kampf.* Jus Sax. Prov. L. I. c. 63. *Kempegrusse* & *kempflich grüzzen* vocatur, ubi & leges circa hoc. Jus Weichbild. c. 35. *Einen zv kamphe vahen* vocat. Vide & ibi Glossam.

De hoc judicio secundùm mores veteris Franciæ vide Du Fresne *Glossar. v. Campiones.*

Secundùm mores Alemanniæ veteris vide congesta à Bangerto *ad Arnoldi Lib. II. Chron. Sclav. c.* 24. *c.*

Fœminas etiam per se hanc pugnam iniisse de jure constat. Jus Municipale vetus MS. Reip. Augustanæ tit. *Von der notnunft.* i. de stupro violento. *Ist aber daz die notnunft nieman gehört noch gesehen hat, Chumt diu frav und clagt, so sol man dem manne den sie der notnunft zihet dri stunt furgebieten als recht ist. chumt er denn fur, so ist recht, das er bered mit sins ains hant, daz er unschuldig sy. Wil aber diu frav sines rechten nit und wil ims wern, daz muzz si tun mit ainem Kampfe mit ir selbs lip, also daz der man sol sin begeben untz an den nabel, und sol er in siner hant haben ainen aichinen stab, der ainer daem ellen lang ist, und scheht aun geuert und hantvöllich. so sol diu frav ain röklin an ir haben und in ir stuchen ainen fustgrozzen stain. Gesigt denn diu frav dem manne an, so sol man uber in richten, also daz man*

in

lu lebendig begraben ſol. Geſiget aber der man der frawen an ſo iſt recht das man ir die hant abſchlab.

V. ſupra *Camſwig*, in voc. Camſ.

[*Chamſjcilt*, clypeum. Gloſſ. Monſeenſ. pag. 408.]

[*Champ*, coronam. Gloſſ. Monſeenſ. pag. 321.]

CHAMIN, Gamein, communis, publicus. L. Salic. t. 3, 9. *Chaminthento*, *tresbellio*, taurus qui de tribus villis communes vaccas tenet.

Ejusdem juris cenſetur & taurus Regis, *Chaminthento*, ſic enim ex priori §. reſtituenda lectio. §. ſq. 10. pro *chamuthenio*. Nugas Wendelinnas non attendas.

Item idem quod Totum, univerſum, integrum, *Chaldechina chamin*, totalis abſciſſio. L. Sal. tit. 32, 2. 5.

CHAMIT, camiſium, hodie Hemmet. ſi fides Goldaſto. Rer. Alem. T. 1. pag. 124. V. infr. *Hemide*.

CHAMNI, *Chamnum*, *Chamnin*, capulatio, deſtrictio, læſio, L. Sal. tit. XXIII. *Chamni*, digiti, manus, aut brachii inſtrictio.

CHANASUUIDO, gallus gallinaceus, L. Salica, tit. VII, 5. *Si quis gallum furaverit, Malb. CHANASUUIDO, CXX. denariis, qui faciunt Sol. III. culpabilis judicetur.* Eſt compoſitum ex voce *Chanas*, *hanes*, hodie gallus, & *Wido*, quod priſcis denotavit marem ad coitum pronum. Sic *Trochunido*, cervus, ibid. tit. XXXVI, 5. Vide Olai Verelii *Indicem linguæ Veteris Scytho-Scandicæ ſeu Gothicæ*, *voc. Wid.*

CHANCO, caballus, qui carrucam trahit, *Karngaul*. L. Salica tit. XLI, §. 1.

CHANGE, *Gange*, cunnus, cunnagium, vox ex Linguâ provinciali ruſticâ in Francicam recepta. Lex Salica tit. XIV, §. 10. *Si quis puellam ſponſatam, drutbe ducente ad maritum, eam in via adſallierit, & cum ipſa violenter marchatus fuerit, Malb. CHANGI CHALDO, VIIIM. denar. qui faciunt Sol. CC. culpabilis judicetur.* Ubi *Drutbe* eſt fidelis & propinquus ſponſæ. *Chaldo* ſeu *Chalta* eſt furtum, ùt ſupra viſum: furtum Changi, i. e. cunni ſive virginitatis ſponſæ, ſtuprum ſponſæ illatum. Polydorus Virgilius Lib. 1. de rer. invent. pag. 18. refert: Adyrmachidæ Pœnorum populi, qui ad Ægyptum pertinent, teſte Herodoto lib. IV. ſoliti erant virgines nupturas Regi exhibere, qui quam vellet primus vitiaret. Fuit idem mos apud SCOTOS, ut novam nuptam Dominus loci ante virum comprimeret. Quod nempe inſtitutum poſt homines Chriſtianos natos turpiſſimum, Malcolmus III. eorum Rex, Princeps optimus, ſuſtulit, circiter Annum ſalutis humanæ MXC. conſtituitque ut nubentes, pudicitiæ redimendæ causâ locorum Dominis numum aureum penderent, id quod hodie etiam ſervatur. Introduxerat Eugenius Rex. Vid. Menag. Etymol. Gall. voc. *Marquette*. Vocatur & *Jus Cunnagii*. De quo Beſoldus *Theſ. Pract. voc. Jungfr.*

& *voc. Lehn.* O. Ferrar. v. Marchetta. Ad Sueton. Boxhorn. c. XL. Grot. in Vandal.

Gunde, cunnus, pudenda muliebria, Valeſius in Valeſianis pag. 74.

CHAPFEN, Kaffen, Exſpectare, præſtolari. Eſ. 38, 14. Notk. Pſalm. XII, 2. *Ib chapfen din*, Exſpecto te. Idem Pſalm. CXVIII, 136. *chapfen an die illecebras.* hodie ſich vergaffen an was.

Kaffen und wachen, munus perſonale municipum, vigiliarum. Vid. in G.

[CHAPPELLA, martyria. Gloſſ. Monſeenſ. p. 375. *Chappello*, martyrii. p. ead. *Chappellun*, patrociniis. p. 383.]

CHAR, HAR, Kar: Cher: Kere: delictum: maleficium, bruch, verbrechen, q. d. verbruch des rechts, perverſio juris. Rotulus Curiæ Dominicalis Wratzheim. *quem exhibui Comm. ad J. Feud. Alem. pag.* 603. ait: *So iſt verfallen von jeden Kere* 30. *Schillingphennige.*

II. Satisfactio, mulcta pro delicto. hinc formula libellandi vetus ex charta an. 1425. *Schuldig ſin zu keren, zu beſſern, und abezudragen und ein wandel darumbe zu dun.* Et vulgaris formula: *kar und wandel thun*, ſatisfacere. Notk. Pſalm. XXXIV, 8. *Den tod kareton ſie mir:* morte mulctarunt me. Et Pſalm. L. pr. *Diſer Salmo unas Davides chera, do in Nathan.*

[*Chara*, feralia. Rab. Maur. Gloſſ. ap. Diecman. qui ex Rittershuſio notat: non ſaltem illa feralia fuiſſe vocata, quæ ad curas, ritus & officia, quæ mortuis impedebantur, pertinuerunt, verum etiam crimina & ſcelera, quæ pœnam ſanguinis irrogantia, efficiebant, ut homines malefici nova pompa morti ducerentur. In Cod. Arg. *Kar* eſt cura, ſollicitudo. Joh. 12. 6. *Ni thaei ina thize tharbane kara veſi:* Non quod cura ei eſſet egenorum. Joh. 10. 13. *Mi Kar iſt ina thize lambe*, non eſt ei cura ovium. Et quia tempus paſſionis Chriſti cum feria pœnitentia, & cura animæ tranſigendum, hinc dicta eſt hebdomas paſſionalis Chriſti *die Charwoche*, & dies Veneris ejus ſeptimanæ ſive emortualis Chriſti, *Charfreytag*. Mareſchal Obſerv. in verſ. A. S. p. 536. *Memini*, inquit, *me legiſſe in Alſtedii operibus* (vid. ejus Encyclop. 11. 454. a. fin.) *diem illam Veneris in qua paſſus eſt Chriſtus Germanice dici, ut GUTE FRETTAG, ita KARR FRETTAG à voce KARR, quæ ſatisfactionem pro mulcta ſignificat. Certe CARE* vel *CARR SUNDAY, non prorſus inauditum eſt hodiernis Anglis, ruri ſaltem inter ſenes degentibus.* A. S. *Cara*, *Care*, cura, curam, ſollicitum eſſe, *carian* curare ſignificat. Hæc Diecman. Spec. Gloſſ. p. 122.]

Charchare, carcer, Notker. Pſalm. CIV, 20. [*Charchela*, pantirum, ergaſtulo. Gloſſ. Monſ. p. 407.] v. ſupra *Carcar*.

Hinc Compoſita:

Charfrido, quod bis legitur in Lege Salica tit. XX. §. 3. & 4. & nos dicimus *Fridebruch*. Primus textus habet: *Siquis hominem plagaverit, & ſanguis ad terram cadit, & ei fuerit approbatum: Malb. Charfrido. DC denar. qui faciunt ſol. XV. culpabilis*

judicetur. Sed pro *Charfrido* alii Codd. ut advertit Heroldus legunt *Leodardi*, rectiùs: ejus enim mulcta est hîc expressa XV. Solidorum, Vide tit. X. §. 1. & 5. tit. XII. §. 1. Sed Charfrido tanto plus mulctæ habet, ut ex sequenti cap. patet: *Siquis hominem in capite plagaverit, ut exinde ossa exierint, Malb. Charfrido. MCC. denar. qui faciunt Solidos XXX. culpabilis judicetur.*

Charouueno, *Harouueno*, corruptè, *Charoena.* corruptiùs Charocna, *du Fresn. Glossar. h. v.* Lex Salica tit. LXIV. de *Harouueno.* & §. 2. Malb. *Charouueno*, MCC. den. qui faciunt Sol. XXX. h. e. *Char - ouueno*, mulcta superior, seu major, solidorum XXX. Vel si malis: *Charo - ueno*, fractura fidei. Textus est: *Siquis homini aliquid in tertia manu miserit, & ei per virtutem tulerit.* ubi *virtus* aliâ lectione recentiori per *vim* exponitur. Fit enim hæc delicti species in fraudem legis §. 1. h. t. itemque Tit. XX. §. 10. ubi corruptè legitur: *Chaeroneo.* atque est mulcta ejusdem quantitatis. Eadem lex repetitur Tit. XXXIV. §. 3. & malè ibi legitur: *Chereno*, quod ex prioribus emendandum est. Wendelinus verò uti non potest hîc propter obstantem Rubricam dicti tit. LXIV. fingere aliquod nomen proprium Malbergii: ita infeliciter interpretatur per Verbum *kruenen*, quod nos *greunen* efferimus, i. e. plorare. Loccenius 3. Antiq. Goth. c. VI. In Lege Salica c. LXIV. *Charoena quasi gardzrana, raptus domesticus; cujus vocis ùt sibi ignotæ & merè Gothicæ, interpretationem præteriit in suo Glossario Lindenbrogius.*

CHARDE, ex priori fortè descendens, læsio, abscissio, L. Salic. tit. XXIII. 3. *Chamin mane charde*, manum super cubitum stringere.

Tit. XXXII. §. 8. *Alachарde*, siquis virilia integra alteri absciderit.

Charuuoche, hebdomas satisfactionis Salvatoris Mundi.

CHARAL, Vir, Notk. Psalm. CXIX. Vid. in K. Notk. Psalm. XCVIII. fin. *Ana Charilis miteslaf*, sine maritali conjugio. Idem Psalm. CXVIII, 163.

[*Charllichera*, maritali. Gloss. Monseens. pag. 408.

Charlom, amatoris. pag. 410. *Charlon, suraukke*, amatores. pag. 409.]

CHAREN, clamare. Notk. Psal. XXXVII, 1. Vid. in H.

Charo, clamor. Notk. Psalm. CI, 6.

Charlib, Notk. Psalm. CXIX, 5. [*Charalib*, lugubre. Gloss. Mons. p. 340.]

[CHARTOM *isarninen*, Cardis ferreis. Gloss. Mons. p. 404.]

[CHASARUN, *zi den chasarun*, ad camaram pastorum. Gloss. Mons. p. 330.]

CHASE, Kæse, caseus.

Chaseuuazzar, serum. *Kero.* Schetten, Molcken, Kæsewasser.

[Gloss. Mons. *Sinauuerpili*, i. *chasa*, formelas casei. p. 326. *Chasiuuazer*, serum. p. 400. *Chasiuuassar*, tenucla. p. 413.]

CHASSE, *Chazze*, Hatze, Venatio. Vid. du Fresne Gloss. voc. Caciare, & Chacea.

[CHASTARI, incluforem. Gloss. Monseens. p. 337.]

CHATTEN & CHATILONNIS, V. mox Cheden.

[CHAUFAN, comparari. Kero. c. 55. hodie *kauffen. Kaholoteru, odo Kaeiscoteru umprutti, des man chaufta odo pinam*, rescisso contractu. Gloss. Monseens. p. 402.]

Choufennis, mercatores. v. inf. *kneht*, & *chouf.*

CHAUH, cornix. *Cauha.* L. Alem. c. ult. §. 13. hodieque Anglis *Chauh* & *Choub.* Vid. Speelman. *Glossar. voc. cauha.* Belgis graculus, monedula. Sax. *Kaycke*, Gallis *Gay*, & *Guay*, Kilian.

CHAUKEN, *Chauci*, populus Germaniæ nobilissimus olim, quique magnitudinem suam maluerit justitiâ tueri, sine cupiditate, sine impietate, quieti secretique nulla provocarunt bella: nullis raptibus aut latrociniis populantur, Incepit à Frisiis, partem littoris septentrionalis occupavit, omnium gentium Occidentalium lateribus obtensa, donec in Cattos usque sinuetur. Immensum terrarum spatium. Tacitus *de M. G. cap. 35.*

Minores Chauci ad Rhenum seu Occidentem versus tenuêre Ostfrisiam, Oldenburgum & Westphaliam. *H. Conring. de Ant. Stat. Helmstad. pag.* 70. ab Amasi usque ad Visurgim.

Majores à Visurgi ad Albim: Brema, Verda, Hildeshemium, Lyneburgum, Brunsvicum, Halberstatum, Magdeburgum, Marca vetus Brandeb. fortè ad Salam usque. *H. Conring. d. l.*

Quintilii Vari tamen tempore & Germanici Cæsaris Cherusci eripuerunt terras Visurgi adjacentes, Westphaliam & Brunsvicensem terram.

In Tabula Peutingeriana *Chaicorum* mentio, h. e. Chaucorum. *M. Velser. ad illam pag.* 728. Claudianus *Caijycos* ad Albim canit.

Suppressi à Thuringis, *Witichind. lib.* 1. Coaluisse cum Saxonibus Inferioribus, ubi adhuc Lingua Chaucica, ait *H. Conring. d. l. pag.* 96. In Francos abiisse, Vorpurg. T. 1. pag. 368. add. Vol. 3. pag. 283. Vol. 7. pag. 22.

Vox in Saxonia reliqua *ein Chauke*, homo iners, ignavus. *Vid. Goub.* Idem ergò contigit Chaucis, quod de Cheruscis *Tacitus de M. G. c. 36.*

„ Qui olim boni æquique Cherusci, nunc inertes & stulti vocantur. „ *Jauch* Alemannis Cuculus, *Vid. Observat. meam ad Königsh. Chron. XVII.* speciatim Cornutus, Leno. *Gauch*, *Gek*, Cogcio, Stolidus, insanus. *Goucha*, stulti. Notk. Psalm. XCIII, 8. Capitul. Caroli M. An. 789. c. 77. Glossar. Pithoei. Amerbach. Epit. Constit. Carol. pag. 256. Kilianus: *Guych*, *Guygh. vetus. Fatuus. Guych*, *Guygh. Holl. i. guyse. Sanna, irrisio, jocus. de guygh nae steken. Holl. & guyse setten. Guychelen, jocularі, scurrari, ineptire, nugas agere, dexteritate quâdam decipere, præstigiis falle-*

Digitized by Google

fallere. Germ. Gaugklen. Ital. jocolare. Anglis: juggle. Vid. ſupra *Caeular.* & infra *Geac.* Contrà Cl. Alting. *Notit. Batav. pag.* 42. Chaucos à genio ipſius gentis denominatos autumat: Germanos enim *Kautzen* vocare viros Antiquâ virtute & fide &c.

CHAZZONSO, mit chraphon, torqueo unguis. Notk. Pſalm. CXVIII, 161.

Kilianus: *Kaſſeren, quaſſare, frangere.*

CHEDEN, vocare, nominare, appellare. Notkerus *daz Græci chedent Symbolum, daz cheden wir Geaverf.* quod Græci vocant, Symbolum, id vocamus nos G.

Chit, dicitur. Roudepert. S. Galli Epiſt. VII. *thaz chit*, hoc ſignificat: *das heiſt.* Notker. in Pſalmis paſſim.

Qhueden, idem notat. Kero: *Qhuedan*, dicere. c. 3. 9. *Qhuad*, ait. Prol. dixi. c. 2. *Quad*, dixit. *Quad ih*, dixi. *Qhuidu*, dicam. *Qhuidit*, dicit, Prol. *qhuede*, dicat. Prol. *Keqhuetan*, dicatur. c. 4. (Goldaſtus vitioſe legit *keqhuetun*) *Qhuedenti*, dicens, Prol. clamans. *qhuedentemu*, *qhuedenteru*, dicente. Prol. *Pilad qhuedan*, verbi gratia. c. 24. *piladi qhuueden*, verbi gratia. c. 63. *Qhuuidit*, dicit. c. 5. *Qhuedant*, dicunt. c. 1. 13. *Qhuuedant*, dicunt. c. 4. *Quaedu dir*, dixi tibi. c. 16. *Qhuedameer*, diximus. c. 3. *Obano qhuatumes*, ſupra diximus. c. 11. 43. *Qhuuede*, dicat. c. 3. *Qhuuidit*, dicit c. 5. dicitur. c. 6. *Qhuuedanti*, dicens. Prol. *Qhuuedent*, clamans. Prol. *Qhuedentes*, dicentis. Prol. c. 1. *Qubedentes imu*, dicentes ei. Prol. *Qhuedente*, dicentes, Prol. *Deu ſalmun za qhuedane ſint.* Pſalmi dicendi ſunt. c. 17. *Za qhuedane*, dicendum. c. 9. *Za qhuedanne*, dicenda. c. 18. *Qhuadih kehalte uueka mine*, dixi cuſtodiam vias meas. c. 6.

Kiqhuetan ueeran, dici velle. c. 4. (Goldaſt. vitioſe *kiqhueran.*) *Iſt Kequetan*, dicitur. c. 2. *Keqhuetan iſt*, dictum eſt. c. 7. *Kichuetanem*, dictis. c. 9. *Kachuetanu verſe*, dicto verſu. c. 9. *Chuuettan*, ſalutatis. c. 53. hactenus Kero.

[His adde ex eodem. *Sin kaqhuetan*, dicatur. c. 13. *Si kachuetan*, dicatur. c. 11. (haud dubie legendum *Kachuetan.* ut c. 10. *ſin Kacheutan*, dicantur) *Kachuetan iſt*, dictum eſt. c. 10.

Keqhuetaner, dicitur. c. 43. *daz iſt keqhuetan*, quod dicitur. c. 2. *unarlihhor Keqhuetan*, verius dicatur. c. 4. *Keqhuetan iſt*, dictum eſt. c. 7. *Demu keqhuetanemu*, quo dicto. c. 25. conf. c. 42.

Si Kichuetan, dicatur. c. 12. *Kichuetanemu* dicto. c. 11. *dem kichuetanem*, quibus dictis. c. 9. *obano Kichuetan iſt*, ſupra dictum eſt. c. 10. *Ubiri Kiqhuetana*, ſupra dictam. c. 58. *Kiqhuit*, ſententiam. c. 25.

Za obana Kaqhuetunen, ad ſupra dictas. c. 8. *Kaqhuit*, ſententia. c. 55. *ſint keleiſinit Keqhuuit*, imitantur ſententiam. c. 5.]

Qui, Dic. *quethe*, dicat, *quat*, dixit: Gloſſæ Lipſii. qui addit: *Nobis manſit geminatione vitioſum, quetteren.* Kilianus: *Quetteren, garrire, ineptè loqui, ſtrepere, obſtrepere, argutari. Quetten & quaden veteres Teut. dixerunt pro loqui, teſte Otfrido.*

[Apud Iſidor. *Qubad*, dicit, dixit, ſæpius occurrit, ut & ap. Tatian. 11. 8. *Qubedbendi*, dicens. *Qubedbendemu*, dicente. Iſid. IV. 5.

Fuit hoc vocabulum uſitatiſſimum olim populis Septentrionalibus. De Gothis vid. Cod. Ulph. & Gloſſ. Jun. v. *Quitan.* A. S. eſt *cuuethan*, uti ex Somn. Dict. patet. Anglis *quoth*, *quothi*, dixi. *quoth he*, dixit ille. Ap. Germaniæ inferioris incolas v. *quaden*, eſt garrire, *quetelich*, querulus. Palthen. Not. ad Tat. p. 282. In quo Tatiano *giquetan iſt*, dictum eſt. *Ih quidu*, ego dico: ſæpius occurrit. v. c. 26. 1, 2. c. 28. 1. c. 29. 1, 2. & ſqq.]

Quis, dicis.

Otfrid. IV. 19, 104.

Giduan ih thih es, quad er, uuis,
Ih bin iz rehto ther thu quis.
Facio ego te hujus, dixit, certiorem,
Ego ſum is verè quem tu dicis.

Quit, dicit, nominat.

Otfrid. III. 22, 106.

Thaz giſcrib iu thar quit.
Scriptura S. eos ſic vocat.

Quitilonti, enarrantes.

Otfrid. V. 9, 9.

Sie fuarun, quitilonti,
thie armiluchun dati.
Ibant enarrantes
tyrannica facinora.

Quattan, de matre infantem alloquente, vocitante, blandiendo.

Otfrid. I. 11, 79.

Joh muater thiu nan quatta.
Et mater quæ Ipſum alloquebatur.

Idem I. 9, 15.

Thaz ſie es oub giquattin.
Ut ei quoque abblandirentur.

Idem IV. 4, 35.

Zi Kuninge ſie nan quattun.
In Regem ipſum proclamabant.

Quhide, ſententia, textus, ſermo. Iſid. contra Jud. c. 3, 5. *In heiligim quhidim*, in ſacris eloquiis: Iſid. c. V. §. 6. [*Mit dhemu dhrifaldi quhide meinidon.* Trina repetitione proclamant: ſcil. Seraphim, Jeſ. 6. Sanctus, Sanctus, Sanctus. Id. c. IV. §. 7.]

Enquethen, *inquaden*, viciſſim clamare, reſpondere.

Otfrid. IV. 4, 111. de turba ſequente Salvatorem introeuntem Hieroſolyma:

Thaz ſelba ingegin oub inquad
thiu aftera heriſcaf.
Hoc idem econtra etiam reclamabat
ſequens cohors.

Et cap. ſeq. ℣. 123.

Thaz ſelba thaz thie ſungun
thie tharfora giangun,
Thaz ſelba inquad in uuara
thiu aftera ſuara.

Digitized by Google

Id quod illi cantarunt,
qui præcedebant,
Idem reclamarunt ſanè
ſubſequens turba.

Willer. in Cant. Cant. c. 2, 16. *Wanda* (uuant) *ich mines ſponſi genatha verſteen* (gnada verſten.) *in ſinero vocatione, admonitione & promiſſione: nu willon ich himo thero genathan enquethen mith willegero gehorſameghеyd.* (nu uuil ih imo der gnadon enquedan, mit williger gehorſame. ita noſtra editio) Verſio Belgica: *So wil ic hem dier genade quiten met gewillige gehorſaemheid.* Et annotator: *Enquethen, i. e. vergelten, betalen, Unde nobis manſit quijten, h. e. ſolvere, liberare, redimere, ſatisfacere, & per metaphoram, gerere aut repræſentare, ut loquuntur.* At Fr. Junio hæc non videntur placuiſſe, unde ipſe notat hîc: *Enquethen, Non ſatis capio quid ſit verbi.* Atque *quiten* verbum huc non facit, eſt enim è Latino, quietare, quitare, ùt rectè obſervat Kilianus Etymol. Teut. Hoc igitur dicit Willeramus: *Cùm ſponſi mei gratiam cognoverim in ſua vocatione &c: nunc volo ei pro hac gratia referre gratias promto obſequio.*

[Scherzius in Not. putat, *enquedan* eſſe ab *en, ent, ant, int*, quæ particula viciſſitudinem, relationem ad aliud quid, factum e contrario exercitum, notat, & *quedan*, dicere; ut idem *enqueden* ſit, ac *reſpondere*, ceu in latina formula dicitur. *Gratitudo tua reſpondit beneficentiæ*, ut ſenſus ſit h. l. Eccleſiam DEI velle in poſterum gratiæ DEI reſpondere lubenti obſequio.]

Notkerus *Inchit*, pro refertur, correſpondet: Pſalm. XII, 4. LXXVII, 4. LXXIX, 5. 6. Pſal. LXXX, 3. Pſal. CI, 23.

Reccheda, expoſitio, Notk. Pſalm. LXXIV. 4. v. infra ſuo loco.

Undarquheden, interdicere. Iſidor. c. V. §. 7. *Chiunbreinida dhazs undarquhedene chibot.* violavit interdictum præceptum.

[Loquendi hunc uſum retinuere Germani, quamvis mutato verbo, dicuntque nunc *unterſagen*, interdicere, vetare. Palthen. Not. ad h. l. p. 410.]

UUiderchedung, contradictio, Notk. Pſalm. LXXX, 8.

Wolaqueti, benedictio, ſalutatio. Tat. III. 3. v. infra ſuo loco.

Ze guote quaten, benedicere. Notker. Pſalm. LXXXIV, 2. *ze guote gechattoſt tu dina erda.* benedixiſti terram tuam.

Chatilonnis, gratulatio, Notk. Pſal. XXVI, 6. Gothis *Quotgan, gaquotgan*, objurgare, Marc. X. 48. Luc. 4, 35.

CHEH, chech, vide Q.

Chehprunnen, vivi fontes, Notk. Pſal. XLV, 5.

Chechе ſteine, vivi lapides, Notker. Pſalm. CXXI, 3.

CHEIN, kein, nullus. Willeram. in Cant. Cant. p. 135.

CHEISER, Cæſar, Notk. Pſalm. XXXIV, 20. LVII, 7. XCIII, 4.

Romcheiſer, Romanus Cæſar, Notk. Pſalm. LXXV, 2.

Cheiſertuom, Imperium, Notk. Cant. Annæ, fi. [*Cheiſarlibha pimeinida*, Decretum imperatorium. Gloſſ. Monſeenſ. p. 334.]

[CHELDVURZ, vel cliba, lappa. Gloſſ. Monſeenſ. p. 414.]

CHELEN, quelen. vid. Chal.

Cheli tuon, affligere. Notk. Pſalm. XVI, 9. irruere, torquere, punire. Id. Pſalm. XXXVI, 28.

CHELIH, calix, *Stouf chelih*, Notk. Pſalm. LXXIV, 9.

[CHELISILI, *ſochili*, caliculas. Gloſſ. Monſ. p. 413.]

[CHELLA, trulla. Gloſſ. Monſ. p. 344.]

CHELLER, cellarium: promtuarium. Notk. Pſalm. CXLIII, 13.

Notk. Pſalm. LXXX, 1. *in ole chellire*, in gemellarium, quod vaſis genus eſt, Auguſtinus hîc. Du Freſne Gloſſar. voc. *Gemellar.*

In Gotes chellerfaz, in apothecas Domini, Notk. Pſalm. LXXXIII, 3.

[*Chellara*, apothecas. Gloſſ. Monſ. p. 331. 335. apothecæ. p. 343. Præteriola, *chellara*, à prætereundo, quia ſtant in medio navium, hinc & inde prætergradiuntur. p. 340.]

CHELON, refrigerare, külen, Notk. Pſalm. X, 6. *Er regenot uber ſie, daz ſie chelot*, pluit ſuper eos, ut refrigerentur.

CHELTEN, vid. K.

CHELUUN, gulæ, c. 1. Kero. hodie kähle, gurgel.

Chela, chila, guttur. Notk. Pſalm. V, 11.

CHEMH, caminus, feuereſſe, Jus Auguſtan.

CHEMIN, vox Celtica, Gallica, *Berger. L. 3. de Viis Roman. c. 49.* Via media inter regiam LXIV, pedum, & minorem pedum XVI. ſcilicet pedum XXXII. Vide *du Freſne Gloſſar.* & infra v. Straſſe. Convenit origo vocis cum Teutonico *komen*, viâ quâ venitur.

[CHENCILISCEN, uncialibus. Gloſſ. Monſ. p. 346.]

CHENETE *meleuue*, conſparſio, Notk. Pſalm. LXXXI, 1. kodie Kneten, terram mollem aqua conſpergere. v. infr. *Melm.*

CHENGISTO, Hengeſt hodie, caballus ſpathus, L. Sal. tit. XLI. §. 2. i. ſpadatus, caſtratus. Secus ac hodierna ſignificatio. V. *Gavl.*

CHENUN, mulier: uxor. Otfridus in Pſal. I. *So Adam teta, do er dero chenun rates volgeta uuider Gote.* i. ut Adam fecit, cum mulieris conſilium ſequutus contra DEUM. Notk. Pſalm. XL, 4.

Die mit andern chenont ligen, adulteri, Notk. Pſalm. XLIX, 18.

Quena, idem. Fragment. de muliere Samaritana apud Lambecium L. 2. Bibl. Cæſ. c. V. p. 383. *Quam fone Samario ein quena.*

Otfrid. I. 4, 99. Zacharias ad Angelum:

Job diu quena minu
iſt kindes urminnu.
Et uxor mea
eſt effœta. Ibid. ℣. 57.

Idem

Digitized by Google

Idem I. 5, 124. de Eliſabetha & Johanne:

So fur ira bi uuorolti
niſſ quena berenti.

Qualem ante ipſam in mundo
non eſt mulier enixa.

Tatian. c. 2, 1. Itidem de Eliſabetha dicitur, quod fuerit Zachariæ *Quena*.

J. Lipſii Gloſſæ: *Quena uxor.* ubi addit Lipſius: *Anglis hodie Regis uxor, ἐξόχως, ſive Regina.* ibi Somnerus: *Diſtinguimus Angli inter Queen & Quean; poſteriore, ſcortum, meretricem; priore, Reginam, Regis uxorem intelligentes. Ortu verò & origine vox eadem, Quen ſcilicet quod uxorem ſive mulierem ſignat, ut Ealdquene, aniculam. Quamvis enim conſuetudine Queane in malam partem tranſierit apud neotericos, olim tamen ſecus, niſi Hor præpoſito quaſi uxor vel mulier pretio conducta.*

Idem mos & Danis olim. *Kona, Kuna.* Ol. Worm. L. V. Monum. Dan. p. 339.

Gurmr Kunugr gerdi kubl dufi eſt Turui
kunu ſina Tanmarker but.

Gormo Rex poſuit tumulum hunc Thyræ
conjugi ſuæ Daniæ ornamento.

Vid. Fr. Jun. ad Willeram. in Cant. Cant. p. 262.

Th. Marſchall. Obſ. 2. ad Verſion. Anglo-Sax. N. T. p. 513. Ego incidi, inquit, in MS. libellum, in quo hæc occurrebant ex Edda, celeberrimo illo Borealium Mythologo, allegata:

Thesr Othin h. mikin ſpadom.
Kona hans het Frigida
er vir kaullum Frig &c.

Quæ Latinè reddebantur:

Hic othinu habuit multa vaticinia.
Uxor ipſius vocabatur Frigida
quam nos appellamus Frig.

Einkunne, uxoratus.

Otfrid. I. 4, 8. de Zacharia:

Zi hiun er mo quenun las,
So thar in lante ſitu uuas.
Uuanta uuarun thanne
thie Biſcofa einkunne.

In matrimonium ſibi uxorem elegerat,
ùt iſthac in regione mos erat.
Namque erant tunc
Sacerdotes uxorati.

Conf. Ol. Verelii *Ind. ling. voc. kona. kuenna.* & *ad Hervarar Saga.* p. 119. ibi: *hodie Queane meretrix eſt.*

[Singularia vocis *Quina* fata deprehenduntur. Primo ea mulierem qualemcunque denotavit, nuptam innuptamque. De innuptis v. Otfrid. I. 4, 5. præter. I. 5, 124. Conf. Gloſſ. Goth. in *quino*. Conſentit cum Gothica lingua Islandica. vid. Runolph. Jon. Diction. in *Kona* itemque Suecica moderna, qua *quuinna*, virginem quoque denotat. vid. Diction. Joh. Petr. Deinde nuptis vox illa propria eſt reddita. v. Otfrid. I. 4, 17. in Cod. Ulphil. Luc. I. 15. Tandem ſpecialiſſimus vocabulo huic ſignificatus inditus, in utramvis partem, id quod in honore & ignominia fœminei ſexus extremum eſt denotans, ut aut Reginam, aut ſcortum exprimat. v. Lex. Anglic. voc. *Queen* & *Queane*. Conf. Diction. Belg. v. *queene*, quæ & iuvencam ſignificat. Palthen. Not. ad Tat. p. 279.]

CHENISSEN, vid. Chnuſſan.

CHENON, *Kechenont imo den weg*, facite ei iter, præparate viam, Notk. Pſalm. LXVII, 5. Sed kecheront legendum videtur, de quo mox.

[CHENZILARUN, commentariis. Gloſſ. Monſ. p. 327.]

[CHEPISOTH, pellicatum. Gloſſ. Monſ. p. 322. hodie *Kebsweib*, pellex. v. inf. *Kebiſen.*]

CHEREN, keren. vertere.

[Gloſſ. Monſ. *Cherio*, ſcopabo. p. 333. *cherienter in peſamin*, in ſcopa terens. p. 334. *cherit*, tendit. p. 325. evertit. p. 394. *cherret*, delectatis. p. 354. *cherrenter*, garriens. p. 369. *cherrentiu*, ſtridentia. p. 341.]

Otfrid. V. ult. ℣. 109.

Cheri oub thir in thrati
in muat thio uuoladati.

Verte etiam tibi ſtudiosè
in animum illa beneficia. i. animadverte.

Uuelcherun, bene verſum. Notk. Pſalm. VII, 13. de arcu Domini, *unde uuelcherun getan habet*, & bene directum fecit. Pro quo vulgata: *paravit.*

Nah in ſuneliche cherendo, poſt ſe quosdam vertentes, Notk. Pſalm. LXXVIII, 7.

Hara pecheret, converſus: *dana becherit*, adverſus, Notk. Pſalm. LXXXIX, 13.

Becherida ſelon, converſio animarum, Notk. Pſalm. XVIII, 8.

Chere, de arte agitandi quadrigas in Circo, Notk. Pſalm. XXXIX, 5. *uuieo gehörig tiu imo ſint alles cheres.*

CHERECHETO, L. Salic. 3, 7. de tauro gregem ducente: *Siquis taurum, qui gregem regit, & nunquam vinctus fuit, furaverit, Malberg. CHERECHETO. MDCCC. den. qui faciunt Sol. XLV. culpabilis judicetur, excepto Capitale & delatura.* Eſt lectio vitioſa pro C ſubſtituendum T: *Cheretheto* vel *Here-theuto*, hodie Herd-ochs. Sic tit. 3. §. 9. & 10. *Chamintheuto*, Gemeinochs.

CHERN, vide *Chorn.*

CHERUSCI, V. Harz. & Vorburg. Vol. 3. p. 282.

CHERVIOBURGE, exponitur in Lege Salica Strioportius. *tit. LXVII. §. 1.*

De Herburgium.

Siquis alterum Cherviobur gum h. e. Strioportium clamaverit, aut illum qui inium (al. æneum) *dicitur portaſſe ubi Strias concinant: & eum convincere non poterit, MMD. den. qui faciunt Solid. LXII. & dimidium, culpabilis judicetur.* Ubi *Strioportius* eſt qui Striis ſive ſtrigis, ſagis, opem portat: *Hexenmeiſter*, quod quidem quoad verba non interpretatur vocem Francicam Cherviobur-

gum,

Digitized by Google

gum, quum nec *burgum* portare notet, nec *Chervio* vel *Her*, ſtrigam: ſed quoad effectum & quantitatem multæ eadem res eademque eſt injuria & calumnia, ſi crimen non probetur. Eſt autem *Cherviobur gum* & contractè *Herburgium* vox compoſita ex *Cher* ſive *Her*, heer, multitudo exercitus, & *Vio*, *Wiho*, ſacer, & *burgum* vel burge, civis, ſocius. *Cherviobur gum clamare* eſt aliquem inculpare, quod ſocius ſit multitudinis iſtius ſacræ, quam deſcribit Aurel. Auguſtinus *Lib. de ſpiritu & anima cap. XXVIII.* qui locus ad canonem Concilii Ancyrani (qui etiam generatim de his tractat, & in Addit. II. Capitular. Carol. c. XXI. allegatur,) adſcriptus fortè, unde & Regino *L. II. de eccl. diſcip. c.* 364. & ex eo Burchardus & Gratianus *Cau.* 26. *q.* 5. *c.* 12. ad illud Concilium retuliſſe videntur.

Nempe quasdam ſceleratas mulieres retro poſt Satanam converſas, dœmonum illuſionibus & phantasmatibus ſeductas, credere ſe & profiteri, nocturnis horis cum Diana paganorum dea & innumera multitudine mulierum equitare ſuper quasdam beſtias, & multa terrarum ſpatia intempeſtæ noctis ſilentio pertranſire, ejusque juſſionibus velut Dominæ obedire & certis noctibus ad ejus ſervitium evocari. — innumeram multitudinem hâc falſâ opinione deceptam, hæc vera eſſe credere, & credendo à recta fide deviare; & in errorem paganorum revolvi, cum aliquid divinitatis aut numinis extra unum DEUM eſſe arbitretur. Atque in hac opinione etiam Francos fuiſſe teſtatur hîc textus, dum præſupponit, crimen hoc inculpatum, in veritate facti probari poſſe: id quod nec mirum, cum Lex Salica in gentilitate Francorum condita, nec in reviſione chriſtiana omnia reciſa. Recentiores ùt Gratianus adjungit Dianæ *Herodiadem.* Memini mulierculas Miſnenſes vocare *die Frau Hulle.* Et ùt gentiles hunc Dianæ exercitum dixerunt *Here wiho*, exercitum ſacrum, ita noſtrates appellant *das wütende heer*, & multa adhuc de eo fabulantur. Wendelini interpretatio non eſt ad grammaticam analogiam, nam *Chere* & *hoer* ſive *hure* pronunciatione & notatione longiſſimè differunt.

Magis autem huc facit HERA Saxonum, de qua Gobel. Perſona Cosmodr. Æt. VI. c. 38. *Quod Hera colebatur à Saxonibus videtur ex eo, quod adhuc quidam vulgares recitant, ſe audiviſſe ab antiquis, prout & ego audivi, quod inter feſtum Nativitatis Chriſti & Feſtum Epiphaniæ Domini, Domina Hera volat per aëra, quoniam Junoni apud Gentiles aër deputabatur. Et quod Juno quandoque Hera appellatur, & depingebatur cum tintinnabulis & aliis, dicebant vulgares, prædicto tempore Vrowe Here ſeu currupto nomine Vro Here de vlüghet. & credebant illam ſibi conferre rerum temporalium abundantiam.* Hinc credo illud *Herodiadis* cognomen. Conf. Kilian. v. *Vaerende wif.*

[CHERVOLLA, Cerefolium, Gloſſ. Monſ. p. 414.]

CHESCIDO, trahendi notionem habet. ketſchen Alemannis noſtris.

Ala Checido, furtum per caſam alienam inſcio hero, pertrahere. L. Sal. Tit. XXVII. ſi.

CHESTIGA, caſtigatio. Vide K.

CHEVER, SVNCHEVER, bruchus, Notk. Pſ. CIV. 34.

[CHEVUIN, cavea, Gloſſ. Monſ. p. 334. *Chevium*, caveam. p. 355. hodie *Kefig.*]

CHEZZEL, lebes. Notk. Pſal. CVII. 9.

[*Chezil*, lebetem. Gl. Monſ. p. 325. 349. *chezila*, lebetes. pag. 339. *chezili*, caldariolum. p. 325. Hodie *keſſel.*]

CHIBOT, v. *Biten*, jubere.

CHIBREVIDO. v. *Briaf.*

CHICCON. vid. *Quik.*

CHIDEDA. vid. *Duen.*

CHIDHUHIT. vid. *Duah.*

CHIDUUINGU. v. *Duuingen.*

[CHIEL, celox Gloſſ. Monſ. p. 400.]

[CHIERUN, branchiam. Gl. Monſ. p. 358.]

CHIFEHTE. v. *Febta.*

CHIFORABODOT. v. *Bot.*

CHIHLOSE. v. *Hloſe.*

CHIHORIE. v. *Horran.*

[CHIHRIA, cicer. Gl. Monſ. p. 400. *giroupta chibburium*, frixum cicer. p. 327.]

CHILIHSAMONO. v. *Lich.*

CHILIHHAN, imago, ſimilitudo. Iſid. III. 4. v. *Lich.*

CHILOTZSSOM. ſocii, conſortes, *genoſſen.* Iſid. III. 2. à *Loz.* quod vid. inf.

CHIMANACFALDIT. v. *Fuldan.*

[CHIMO, germen. Gloſſ. Monſ. p. 405.]

CHINA, pes, vid. *Chaldechina.*

CHINAMNO. vid. *Namun.*

CHINEN, germinare, pullulare. Jerem. XXIII. *Ih aruuechu Davide rehtuuiſigan chimun*, ſuſcitabo David germen juſtum. ap. Iſid. c. IX. 2. an legend. *chinun?* Inde tamen reliquum *keumen*, germinare. *Chimen*, generationes aut germina apud Notk. Pſal. LXIV. 11. Gloſſæ veteres: *Chinit*, pullulat. *Chinint*, frampringant, promunt.

Gothis: *keinan*, germinare. *uskeinan*, idem Marc. IV. 27. & c. XIII. 28.

Inde *Chindon*, fructificare, fructus colligere, Notk. Pſal. CVI. 37.

CHIND, kind, filius, filia: Infans. Kero. *chind.* puer. c. 59. infantes. c. 45. pueri. c. 63.

[*Des chindes*, pueri. c. 59. *Slah chind dinaz kertu*, percute filium tuum virga. c. 2. *prinkit chind ſinas.* Offert filium ſuum. c. 59. *Nobbainu untruida pilibe chinde*, nulla ſuſpicio remaneat puero. cap. cit. *Entfiangut atum zeuunske chindo:* accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum. c. 2. *chindo.* infantum. c. 31. filiorum. Prol. *Siniu chind erurerbe:* ſuos filios exhæredet. Prol. *Chindum minnirin aldre*, pueris minore ætate. c. 39. conf. c. 63.

Gloſſ. Monſ. *Chind*, liberi. p. 325. *chind arperanti*, partum edens. p. 405. *chindespeine*, à puero. p. 365. *ſinero chindo chindo*, filios nepotum ſuorum. p. 358.]

Alia ejusdem nominis secta postea orta an. 1414. in opido Sangerhusen in Thuringia per

Digitized by Google

mundum transeuntes, Cruce eos præcedente, & flagellis publicè ſe flagellantes, *Gobelin. Perſon. Cosmodr. Aet. VI. c. 93.* Unde & Flagellatorum ſecta dicta, *der Geiſchler*, Chron. Königsh. *cap. V. §. 79. ſqq.* utrobique eorum Articuli fidei, & proceſſus flagellandi. Conf. Du Fresn. *Gloſſar. v. Crucifratres & Flagellatores.* St. Baluz. *Pap. Avinion. T. I. p. 316. & 917.*

Alia eſt Prædicatio Crucis vel Cruciatæ, *Creuzpredigt*, inſtituta à Cardinalibus & Papa Vrbano II. an. 1096. ad recuperandam Terram Sanctam, *Roger. Hoveden Annal. Anglic.* Comm. *de Lib. Eccl. Germ. L. V. c. 6, 10. & L. VI. c. 4, 6.* Du Fresn. Gloſſar. *Creuzkrieger*, milites Cruciati, *Waller* etiam dicti, *Lehman. Chron. L. V. c. 37.*

Ebtere Crütze, noluerunt Nobiles Alſatici tolerare in feudis ſuis, *ad Chron. Königsh. Obſ. XV. p. 842. 848.*

ab Echt, Acht, Latinè *Cruces bannales*, de quibus *du Fresn. Gloſſ. v. Cruces bannales.*

Crüzer, Cruciatus, Crucigerus, nummus argenteus cruce ab initio ſignatus. Argentorati an. 1482. cuſi. Quorum ſexaginta faciunt florenum rhenanum, à 15. bazen. IV. Creuzer 1. Bazen. Mynſing. C. 1. O. 65. & C. 5. O. 83. Aleman. Palæſtr. Conſult. VIII. de jur. monet. part. 41.

Am Creuze ſtehen, adſtare ad crucem, formula loquendi hodieque uſitata ex veteri more, quo vel pro ſpecie pœnitentiæ Eccleſiaſticæ ad crucem expanſis brachiis ad certum tempus ſtare reus cogebatur, cujus moris mentio fit in Canonibus Eccleſiæ Anglo-Saxonicæ ſub Eadgari R. imperio circa an. 960. promulgatis Tit. de Magnatum pœnitentia pag. 87. *And cneowian gelome on rode tacne. hwilum upp. hwilum nyther athenige. and cunnige georne.* i. Sæpe etiam ſe extendat ſuper ſignum crucis, nunc erectus, nunc in terram proſtratus. Quo etiam pertinet alia formula loquendi, *zum creuze kriechen*, pœnæ ſe ſubmittere, non quod Latinè dicitur *ad crucem confugere*, velut ad aſylum, de quo *du Fresne in v. Crux.* Vel ex altero ritu, qui vocatur *Judicium Crucis*, durchs Creuz zum urtel Gottes ſtellen, cujus formula: *Conſtitue cruces, ad quas ſtans immobilis perſeverem.* Agobard. Lib. contra Judicium DEI. §. 1. p. 302. Capitul. Pipini Regis an. 752. c. 17. quemadmodum aliàs per ferrum candens, per duellum, per aquam &c. Judicium autem Crucis ita exercitum, litigantes vel ipſi vel alii ab eis electi ad crucem ſtabant expanſis brachiis: quorum qui prior brachia dimitteret, pro victo ipſe aut principalis habebatur. Exemplum ab ipſo Carolo M. exercitum adfert Domn. Mabillon *Lib. VI. de re Diplom. c. LI. p. 499.* Du Fresn. *Gloſſ. v. Crux.* Quod Ludovicus Pius poſtea an. 816. in Capitulari Aquisgranenſi abrogavit, quod & Libro I. Capitul. 102. inſertum, itemque Legibus Longobard. II. 56, 33. Agobardus etiam dicto loco *T. I. p. 301.* iſta judicia improbat: nec dum tamen non frequentata, Regino Lib. II. de diſc. Eccl. c. 243.

Crüzewoche, hebdomas crucis, inſtituta à S. Gregorio. Königsh. c. 3. §. 33. de peſte Romæ graſſante: *Do ſatte S. Gregorie uf, das man drige tage anenander vor dem Nontage, ſolte mit Crüzen gon und Got bitten das er das gros ſterben wante*, &c. An. 591. Idem cap. V. §. 89. ex quo emendandum c. 3. quoad diem S. Marci. Et cap. eod. §. 88. de altera anno 470. vel 468. ut eſt apud Sigebertum, à Mamerto Epiſcopo Viennenſi indituta eodem tempore & die Nontag dicto, quia nona horâ qua Salvator adſcenderit, Miſſa pulchra habetur: *Mit crucen gon, und Got und ſine heiligen alle mit namen anruffen, und faſten, umb friede und das Got die junge frucht des veldes lieſſe gemeret werden.* Conf. & Goldaſt. *T. I. Rer. Alem. p. 127.* ubi tamen male in hebdomaden Inventionis S. Crucis hoc retulit. Vide & Joh. Mabillon. *de Liturg. Gallic. pag. 152.* Th. Mareſcall. *Obſ. in Ev. Goth. voc. Gangdagon. p. 525.* Imprimis Regino L. II. de diſc. Eccl. c. 276. Sed diſtinctius hac de re Hiſtoria Lombardica MS.

Von der Crützewuch.

DEr gemeine krützegang iſt zwirig in dem Jore, der erſte iſt an Sante Marckus tage und heiſſet der mereſte Krützegang. *Der ander iſt drige tage vor unſeres Herren uffart, und heiſſet* der mineſte Krützegang. *Dis heiſſent* Rogationes *das iſt geſprochen die dage der gebette, oder iſt ein ſüben veltig geordenter gang, oder iſt* ſwartze Krütze. *Der merege krützegang iſt groſs geheiſſen wen er von deme groſſen Sante Gregorien wart uffgeſetzet, ouch in der groſſen Stat zu Rome wart zu dem erſten begangen und ouch umb die groſſe Sache durch die er wart uffgeſetzet. Wen wir leſent das zu Sante Gregorien ziten die Rö̈mer gar geſtlichen hiltent die ganze faſte und noch dem Oſtern kertent ſü wider in eine verloſſen leben, dovon verhangete Got alſo groſſen ſterbet über ſie, das ſie uff den Stroſſen in iren Wurtſchafften und in iren Spilen nidervielent dot, und wenne ein mönſche nieſete, ſo fur mit dem nieſen ſine ſele von Ime und was dot, dovon ſtunt das ſprichwort uff das man noch ſprichet zu eime, wenne es nieſet:* GOt helffe dir. *Och wenne ein mönſchen gewete, ſo viel es nider, und was dot, dovon komet die gewonheit, das man ein* krütz für den munt *machet, Dovon dis ſterben ein urſprung hette, das iſt vorbeſchriben in deme leben Sant Gregorien. Soliche ordenung hette dem Volcke uffgeſat das zuforderſt ging die weltliche pfaffheit, do noch minliche und geiſtliche lüte, donoch die Ingeſegenten nonnen, donoch die kint, donoch die legen mannes namen, donoch die Wittewen, zu jüngeſt wart die efrowen. Dis zu eime zeichen ſo ſol man noch die heiligen ſüben mol rimen e man zu huſe kumet mit den krützen. Dis iſt* öch *ein zeichen der* ſwartze krützen *wen ſich die mönſchen demütigent gegen Gotte in ſwartzen kleidern. Der ander heiſſet der minnere crützegang der iſt drige tage vor der uffart unſers Herren, der wart e uffgeſat, der* erſte, *doch heiſſet er der mynere wen er von Sante Mamerto einem Biſchoffe zu Wiene wart uffgeſetzet durch einere minre pflege denne die erſte, wenne wir leſent das zu Sant Mamertinus Ziten ſo groſe ertbideme*

worent

Digitized by Google

worent zu Wiene das kirchen und hüser vielent. Ouch kam an dem Osterdage ein für von dem himel, und verbrante des Küniges palast. Got verbing öch umb der lüte stunde das Wölffe und ander wilder tier mit dem bösen geiste wurdent besessen, und in den Stetten die lüte verossent. Wider diese ploge satte Sant Martinus disen Krützegang uff. Dovon vergieng die ploge so satte die Kristenheit, das man dise zit beging durch die Kristenheit. Dis ist ouch die zit des bittendes, wen wir un alle heiligen sunderliche anerufftent umb helfe. Die saste dißer zit ist uffgesetzet, und das betten durch vil sachen. Die erste sache das uns Got friden verliben welle, wen in der zit des lentzen sich gewenlich kriege bebent gegen dem sumer. Die ander sache das die junge frucht des veldes gemeret werde. Die drete sache das die böse bekorunge unsers libes die sich denne meret gezemet werde. Die vierde sache das wir uns deste wierdeclicher bereitent uff zukunft des heiligen Geistes. In dißer ordenung treit man das Krütz vor, und lütet die glocken durch das die bösen Geiste die in dem luft wone by uns wonent erschreckent von dem woffen unsers Herren, und börent den gewalt Christi an den glocken. Dovon ist ouch kumen die gewonheit das man die Glocken wider das wetter *lütet, das die bösen geiste die mit dem wetter den schaden dunt werdent domitte vertriben, die samen treit man dem volcke für zu eine zeichen das Christus mit gesige zu hymel ist gefaren, und ime das Kristen volcke sol nachfaren. Der gesang der do beschibt bezeichent den frölichen lobesang mit dem die Engel Christum zu hymel fürtent. In dißer zit ruffent wir mit underscheit und mit namen die Heilige an umb helffe wen wir so blos sint an geistlichen kröften das wir uns selber gegen Gotte nit vermügent, das er uns erböre, dovon bittent wir die Heiligen das sie für uns begerent zu bittende gegen Gotte. Ouch werdent die heiligen dovon geeret und wurt Got in den heiligen dovon gelobet das er sie erhöhet het. Schribet sant Johannes mit dem guldin munt, das einesmoles das volck zu Constantinopel mit Krützen ging und ruftent die Heiligen an wider eine ploge die sü aneviel, do wart ein kindelin verzucket us dem volcke in dem luft, so horte es die engel singen zu lobe unserme Herren den Gesang:* Heiliger Vatter, heiliger starcker heiliger undötlicher erbarme dich über uns. *Do nu dis kint wider under das volcke kam, do sang es denselben gesang, zu stunt wart in die ploge abegenommen, dovon wart uff gesat, das man mit Krütze denselben sang sol singen.*

CRVZZEMELO, Manna, Notk. Pſ. LXXVII. 24.

CVAT, bonum, *gut*, hodie. Kero: *Cuat, bonum.* Prol. *Cuater, bonus.* c. 7. *Cuates, bonum. Cuatero, bonorum.* Prol. *Cuate, bonos. Fona Cuatun, de bonis.* Prol. *Cuatin inde ubilia, bonos & malos. Fona cuateem indi uuiheem, de bonis & sanctis.* c. 6. *Dera cuatun kinnissida, boni testimonii.* cap. 21. *Cuateem tatim*, bonis actibus. Prol. p. 17. c. 2. *fona cuateem kehaltidom*, de bona observantia. Prol. p. 18. a. fona *cuateem*, à bonis c. 6. *allin cuatin*, omnia bona. c. 2. *in sih cuatin*, in se bona. Prol. *des cuatin.* boni, c. 27. *uuort cuatas.* sermo bonus. & 31.

Cuatlihheet, gloriatur, Kero. Idem Prol. p. 18. b. *cuatlihee*, glorietur ibid. p. 18. a.

Guotelih haben, reichlich, largè, diviter. Notk. Pſal. XLIX. 7.

Cuatchundida, Evangelium. c. 11. Kero. *der cuatchundeto.* Evangelicus. Idem c. 7. Similiter Anglo-Saxonibus *Gotspel*, Evangelium ex God, bonum, & spel, narratio, spellian, narrare. Itemque Gothis *Spillo*, nuncio vobis gaudium, *Luc. II.* 10.

Conf. inf. Guat, & Spel.

Cot, idem. *Wizes cota uuebbes*, byſſina, Gloſſ vet. *Fr. Jun. Gloſſ. Goth. v. Byſſum.*

[*Cotaneppi huizas*, Byſſum. Rab. Maur. Gloſſ. n. 471. *Gut gewebe das weis ist. Kaneppan*, contextum. Id. n. 505. *cotaneppi.* polita. n. 2193. v. Diecmann. Spec. Gloſſ. pag. 56. Conf. inf. *Weppe.*]

CVCALVN, cucullam. c. 55. Kero. ubi malè Gloſſator Goldaſtus adjecit, i. e. tunicam, quum ipſe rectius Tom. I. Rer. Alem. p. 120. interpretetur capitis tegmen à tunica ſeparatam, *Gugel, Kappe, Schlappe.* Caputium verò cappa adſuta tunicæ. Jus Feud. Alem. cap. CXVII. ſi. *Der man ſol von im tun meſſer und ſwert, ſporn, hut, hauben und hantſchuch und mantel und gugeln, kappen und alle ſolich waten.* Königsh. Chron. c. III. §. XXXVI. de Mahometanis: *Wann auch Machmetz geſelle und helffer ein Munch was: davon hies er die beiden Münichkliche cleider tragen. Dovon tragen ſie wite röke alſo kutten one kugelhütte.* i. Cum Mahometi ſocius & adjutor Monachus eſſet, propterèa juſſit ille gentiles veſtes portare monaſticas. Inde geſtant latas tunicas ſicut kuttas ſine cucullis.

Idem c. V. §. 150. ſi. *Irè kugelhütte worent one knopphel und heiten ſtumpfe zipphel und die worent wol einer ſpannen lang.* uuiterq; *chugelin*, in ordine S. Benedicti, Not MS. margin. ad Notk. Pſal. LXV. 15. Cleropeplum, tiara. *Ezech. XXIII.* 15. Gloſſæ MSS. ASax. *Cappa vel capſula, Cocula. Kugelache.* Jus Auguſtan. MS. *Dry Stürmaiſter ez in nemen ſullen uff ir ayd mit brieſlinen in kugelachen.*

CUCVM, viventes. Symbolum Saxo-Anglicanum à Frehero editum: *ro demenne* ad judicandum *cucum* vivos & *deade*, mortuos, pro quo in Alemannico habetur: *qhuekhe*, viventes. ejusdem fontis, vide infra *Quek.*

CVLICH, Kilch, Kirch, Eccleſia.

Rehtculichontem, orthodoxis. c. 9. Kero.

CVLTER, Kolter, culcitra. Fragm. de Bell. Saracen. ℣. 1551. de muneribus Genulini proditoris:

Piſſe unde purpur
*manga ſime ain * culter,*
Mit golde beslagen.
Byſſum & purpuram.
Varia puncta culcita,
Auro contexta.

V. Gloſſ. du Fresn. Culcitr. & inf. F.

[* *Koller* inſcriptum eſt in MSS. à manu recentiori, antiqua tamen, hodie *Koller* dicimus.

Eſt

CVM.

Eſt autem *Koller*, thorax coriaceus. v. Kilian. in Etymol. Scherz. in Not. ad h. l.]

CVMENRAT, unoſaer, indigeſta: Gloſſæ MSS. AS.

CVMIDA, V. Chumig.

[CVMISCI, vel *berrun*. Senatores. Gloſſ. Monſ. p. 342.]

CVNILLAE, cenefolnis: Gloſſæ MSS. ASax.

CVNING, *Cuninga*, Reges, Willer. in Cant. Cant. IV. 8. p. 70. n. 30. V. inf. K.

CVNNON, ſciunt, können, Willeram. in Cant. Cant. IV. 4. p. 67. n. 28. V. K.

[*Kunnon* habet noſtra editio, Scherzius vero in notis, mallet legere *kundon*, annunciant, *verkünden*.]

CVRMIETE, vid. *Chormed*.

CVOHLICHO, inſipienter, Notk. Pſalm. XXI. 3.

CVOMEN, venire, kommen. *Cuomſt*, adventus, Willer. 1. 2. ib. p. 2. n. 3. ubi malè *cuomſt*. V. K. [*Cuonſt* habet noſtra edit.]

[CVPHON, municipiis. Gloſſ. Monſ. p. 380.]

[CVRIBIZ, cucurbita. Gloſſ. Monſ. p. 414.]

CVRREN, eligere, Tatian. V. Chor.

CVRS, Synaxis, Kero. c. 17.

CVRT, cingulum, gurt. *Picurte curtilom*. (Goldaſtus legit *curtilon*) cincti cingulis. Kero c. 22.

CVS.

Picurte, ſuccinctis, (*ſuccinctus* habet Goldaſt.) Kero Prol. p. 17. b. hodie *begürtet*.

CVSCVTAN, palumbes. Gloſſæ MSS. Anglo-Sax.

CVSS, oſculum, *Kuſs*. C. Cant. I. 1. *Cuſſer* (lege *Cuſs er*) *mih mit cuſſe ſines mundes*. Oſculetur me oſculo oris ſui.

CVSSA, inundatio, *Cuſſi*, alluvionem, Gl. vet. Hodie ein *Guſs*, gieſſen.

CVSNIS, *faſtidium*: Gloſſæ MSS. Anglo-Sax. *Kozzen*, vomere hodie.

CVT, hora, Kero [Ap. Keronem *Ciit* non *Cvt* legitur c. 4. p. 23. b.] vid. ſupr. *Cit*.

CWENHYRDE. vid. *Hirde*.

CVVIT, grex, *Gloſſ. Vulcanii pag. 65*.

CYCLADE. Fragm. Carm. de B. Hiſp. ℣. 910. *Von goden cyclade ein roch*, veſtis militaris de panno pretioſo. *Conf. Du Fresn. Gloſſ. v. Cyclas*. & Scherz. ad Strikeri Rhythm. c. III. Sect. XVI. Not. 1.

CYLDAHYRDE. vid. Hirde.

CYMBON, cymbala, Notk. Pſal. XCIV. 3.

CYNCHELM. vid. Helm.

CYNIUUITHAN, ridimiculæ: Gloſſæ MSS. Angl. Sax.

CYRIDOM, *reſpublica*: Gloſſæ MSS. Angl. Sax.

Digitized by Google

DA.

D. T, TH, promiſcuè priſcis uſurpata. Unde Lector quæ in unâ literâ non inveniet, in altera quærat. Putat porrò Annotator ad Willeramum *Th* pronunciandum ſono magis accedente ad D, quàm T. pag. 4.

Mutationem quoque literæ G in D apud veteres obſervat Jo. Mabill. Præf. P. II. Sec. IV. p. 11. *Chrodegandus* pro *Chrodegangus*.

DADSISA, ſacrificium & epulæ paganorum ſuper ſepulcra aut defunctos, à *Dad*, tod, & *ezzan*, *Dodes-Eſſen*, vel *Dodesſis*. Karlomannus Princeps Kapitul. II. apud Liptinas an. 743. in Indiculo ſuperſtitionum & Paganiarum:

I. *De ſacrilegio ad ſepulcra mortuorum.*

II. *De ſacrilegio ſuper defunctos, id eſt, DADSISAS.*

Sacrilegium hſc vocatur ſacrificium gentile. Idem Princeps Capitul. I. §. 5. *ut omnes ſpurcitias gentilitatis abiciat & reſpuat, ſive profana ſacrificia mortuorum*, &c. Quæ repetiit Carolus M. Capitul. I. §. VI. conf. inf. *Doven*. Ad expoſitionem vocis vernaculæ facit Otfrid. Lib. IV. Evang. c. IX. ℣. 41. de S. Cœna ultima Salvatoris:

Ni uuard io nihein ezzan
mit ſulichen biſezzan.
Nunquam fuit ulla cœna
taliter poſſeſſa.

Videntur tamen iſtæ oblationes & epulæ non penitus ſtatim potuiſſe abrogari, unde in Concilio Coyacenſi an. 1050. conſtitutum: *Clerici & Laici qui ad convivia defunctorum venerint, ſic panem defuncti comedant, ut aliquid boni pro ejus anima faciant; ad quæ tantùm convivia vocentur pauperes & debiles pro anima defuncti.* Conf. Hieron. in Jer. cap. XVI. & in Oſeæ cap. IX. & vide ſupra v. Cauma.

DAG, TAG, dies, unde *Tagene*, illuminare, Notk. Cant. Zach. ℣. 79. qui dividitur in Naturalem & Civilem, naturalem dicunt tempus à luce ad tenebras, *Plin. L. II. c.* 77. ab oriente ſole ad ſolis occaſum, *Cenſorin. de D. Nat. cap. XXIII.* & opponitur nocti, h. e. tempori inter ſolis occaſum usque ad ejus ortum. Naturalis vocatur, quod natura eum à tenebris ſecrevit, quem & *Artificialem* dicunt, quanquam minùs commodè, obſervante Magno Celſio Mathematico Vpſalienſi *de Computo Eccleſiaſt. P. I. c. IV.* Sicut & aliqui naturalem appellant, quem civilem dicere deberent: *Flacius in Clav. v. Dies.* De hoc diei genere, quatenus nocti opponitur loquitur Salvator Joh. XI. 9, 10. quæ Otfrid. L. III. c. 23, 65. ita expreſſit:

Ja ſint, quad er, binoti
zuelif dagoziti,
Thio iro ſtunta uuerbent,
iob themo dage folgent,
So uuer ſo dages gengit,
giuuiſs er ni firſtirnit.

DAG.

UUant er ſih mit then ougon
forna mag biſcouuon.
Drof ni zuiuolot ir thes,
biginnit er es nahtes,
Ni er blintilingon uuerne,
ioh ſero firſpurne.
Imò ſunt, dixit, ſanè
duodecim diei horæ,
Qui harum momentis negotiantur,
utique diem ſequuntur.
[*Quæ* (horæ) *per ſuum tempus eunt & diem ſequuntur*, i. e. diei inhærent.

Ita hos duos verſus vertit Scherz. in Not. conf. inf. voc. *uuerben.*]

Quicunque die (interdiu) ambulat,
certè is non offendit.
Namque ſe oculis
antrorſum poteſt conſpicere.
Unde ne dubitetis de eo,
(ſi) aggreditur id noctu,
Quin cœcus impingat,
& acerbè offendat.

Dies *Civilis* dicitur, qui in civilibus negotiis obſervatur, & eſt tempus quod fit uno cœli circumactu, quo dies verus ſeu naturalis & nox continetur, definiente Cenſorino. *Tag und nacht*, νυχθήμερον. In hac notatione dies circumciſionis appellatur dies octavus, *ther aht dag*. Otfrid. L. I. c. XIV. 1.

So ther ahtdag ſih tho ougta,
thaz ſiu thaz kind ſougta.
Cum octavus dies appareret,
poſtquam illa puerum lactaret.

Et L. III. c. 24, 4. & 168. de Lazaro:

Lag fiardon dag bigrabaner.
Jacebat quarto die ſepultus.

De hac diei ſpecie duo obſervanda, unum, quòd Celtæ & inde orti populi, Galli, Germani aliique, diem civilem à nocte inceperunt, alterum quod σωνεκδοχικῶς Noctem pro toto die civili accipiunt. In quorum primo morem primorum mortalium & ductum ipſius naturæ & Creatoris ſecuti. Nox enim eſt tenebræ. Geneſ. I, 5. *Et vocavit DEVS lucem, diem: tenebras autem vocavit, Noctem.* Etſi ſunt, qui Tenebras & Noctem volunt differre, ajunt: Diem nocte priorem extitiſſe, diſcemus, ſi conſideremus, quæ ſcripta ſunt in Geneſi de mundi exordio: quæ eſt item ſententia D. Baſilii, Chryſoſtomi, Auguſtini. Status mundi ante lucem primævam non dicebatur nox, ſed tenebræ: quoniam nox ea pars temporis eſt, quæ velut ex altera parte diei reſpondet, & diem reſpicit, cui viciſſitudine quadam continuata ſuccedit. Hæc illi. Tenebræ porrò & veſpera fuerunt ante lucem & diem, *Gen. I*, 2. 5. 8. &c. poſtquam enim tenebræ primævæ per ſpatium XII. horarum duraſſent, facta eſt lux primigenia, ſive mane, per totidem horas, usque ad veſperam,

Digitized by Google

& factus est dies primus. Ab hac vespera & nocte secutâ factum postea est iterum Mane, usque ad vesperam insequentem, & factus est dies secundus. Et sic deinceps. Qua in re consentientem inveni Jo. Harduinum *in Chronol. V. T. Specim. alt. pag.* 13. Quem morem etiam *Hebræi* retinuerunt. Nec non Christiani, *dist. III. de consecr. c.* 1. Glossa Jur. Sax. Prov. L. II. A. XI. *Nach den geistlichen rechten heben sich die heiligen tage zv vesperzeit an, und enden sich zv der vesper wider, das ist zur Ezeit des Abendsterns, zv Latein Hesperus genannt.* Itaque Pascha seu comestionem agni paschalis celebrarunt die XIV. mensis primi, inter vesperas, primam & secundam, primum crepusculum & initium noctis, *Levit. XXIII.* 5. post Pascha comestum, quilibet ire poterat in domum suam, *Deut. XVI.* 7. Namque dies ille XIVtus usque ad vesperam decimi quinti diei erat Parasceve, & profestum, *Joh. XIX.* 14. in quo Salvator à Judæis accusatus, condemnatus & ultimo supplicio affectus fuit. Mox secuta vespera à qua incepit decima quinta dies Mensis & Sabbatum magnum & Festum panum dulcium seu Azymorum publicum & sacrificia in Templo. Numer. XXVIII, 16. 17. *In mense primo, in quarto decimo die mensis, Pæsah Jehovæ: Et in quinto decimo die mensis hujus, festum, quo septem dies azymi comedentur.* id quod ipsum Pascha comedere S. Johannes c. XVIII. 28. videtur vocare. Neque enim probabile est alio die Galilæos alio Judæos comediſſe agnum paschalem. Nec alio more locutus S. Matthæus c. XXVIII. 1. quem laudat Flacius d. l. scilicet *Romano.* ait: *Romani contra, diem suam à mane usque ad sequens mane dimensi sunt.* id quod falsum præsuppositum, à media enim nocte diem inceperunt, *L. placuit.* 1. *π. de manumiss.* itemque *L.* 1. *π. de usucap.* & ex Varrone A. Gell. *L. III. c.* 2. atque inde Macrob. *L. I. Saturn. c.* 3. Neque verisimile est, voluisse Matthæum, ut Hebræum, & qui Hebraicè scripsit, morem peregrinum sequi, contrà quàm cæteri Evangelistæ. Itaque aut vox ὀψὲ non tantum vesperam significat, sed diluculum in genere, & tam matutinum, quàm vespertinum, *die temmerung*, etiam *grand matin*; aut ὀψὲ & vesperi exiisse dicuntur mulieres, & unguenta coëmisse, præparasse, & per noctem totam ambulasse, donec diluculo primo ad sepulchrum pervenerunt. Quomodo & Otfridus noster intellexisse videtur L. V. c. IV, 17.

Thes Sunnunabandes sar
irhuabun sih thiu uuib in uuar.

Vesperâ Sabbati (magni præteriti) statim
surrexerunt mulieres revera.

i. e. iter ingressæ, & præparando & ambulando pernoctantes usque ad diluculum. Sic enim cap. seq. ℣. ult.

Thar er lag giborgan
in Sunnandag in morgan.

Quo jacuerat conditus
usque in diem Solis mane.

De altero testatur C. Tacitus de M. G. XI. 3. ex priori rationem reddens: *Nec dierum numerum, ut nos, sed noctium computant. Sic constituunt, sic condicunt. Nox ducere diem videtur.* Constituendi voce legumlationem intelligit, Condicendi, judiciariam rem. De utroque testatur Jus Alemannicum & Saxonicum, præterquam quòd Editiones vulgares noctes in dies interpolando mutarint. Index vocab. antiq. Juri Feud. Sax. affixus: *Nächte. Dis wort wird zv Sachsenrecht fur tage genommen, als uber XIV. nächt, das ist, uber XIV. tage.* V. ad *π.* Exerc. Supra laudatus Celsius testatur, quod in Suecia adhuc multis in locis consuetudo maneat, non dierum, sed noctium numerum computandi; quò spectat vulgò usitata, felicium non tam dierum, quàm noctium apprecatio; & in LL. patriis frequens illud: *Innan Natt och ähr*, intra noctem & annum. quod nos: *binnen jar und tag.* Idem de Danis, Anglis, Gallis observat *Ol Worm. de Fast. Dan. c. XVI.* Chron. Königsh. c. V. 116. *und das geschach XIV. nacht vor Sungichten.* Computatio tamen hæc per noctes ita habenda, quod post totidem noctes dies certus præfixus erat. quod LL. Suecicis exprimitur, *Fiurtan natta dag*, quatuordecim noctium dies, *Ol. Verel. Indic. Dæg.* Hoc est dies post XIV. noctes, qui est XV à Kalendis. Vnde error posterorum notatur apud Wehner. *Obs. Pract. v. Achttage.* LL. Longob. II. 50, 2. sq. Hinc vocabulum *Dag* speciatim notat diem condictum, & terminum juridicum ad compositionem amicabilem vel causæ decisionem. *Dagen, tagen, Dag geben, tageding, teiding, tagleisten*, comparere ad diem condictum. Jus Alem. Feud. c. IX. 3. *Und sol sine tage nüt leisten, die er Ime gebütet umbe lehnrecht.* nec comparere vasallus eo in casu tenetur, si curiam indicit feudalem die condicto. Chron. Königshov. c. V, 175. *In diesem Kriege ward ein frundlich dag beschеiden. — und also der Erzebischof wonde mit dem Herzogen tagen, so wurt er gefangen.* Et pag. 341. a. *Tag und stunde halten*, unde hodieque Argentorati *die stunde halten* dicuntur sponsa & sponsi pacta dotalia conficientes.

Dagen uf sin gut, mittere in possessionem ex primo decreto. Rotulus Curiæ Domin. in Grussenheim; vide *in Comment. ad J. F. Alem. p.* 592.

[*Taga*, dies, Kero Prol. p. 18. c. 18. *za demuselbin tage*, ad ipsum diem. c. 14. *in tage truhtinlichemu*, in die Dominico. c. 11. *truhtinlichem tagum*, Dominico die. c. eod. *truhtinlihhemu take*, Dominico die. c. 18. *tage simu*, die suo. c. 13. *einemu tage*, uno die, *zuin tagun*, duobus diebus, *andrem tagum*, secundæ feriæ, *andres tages*, secundæ feriæ. c. 18. *dritin tages*, tertia feria, *feordin tages*, quarta feria, *sehtin tages*, sexta feria. cap. 13. *feordun inti sehtun tac*, IV. aut VI. feria. c. 41. *tages iob nahtes*, die noctuque. c. 47. *taga cuate*, dies bonos. Prol. *duruh einluzze taga*, per singulos dies. c. 18. *tagum suntrigem*, diebus privatis. c. 13. *feoriskeem tagum*, quaternis diebus. c. 1.

Gloss.

Digitized by Google

DAG.

Gloſſ. Monſ. *einen tach, unta eina naht*, nocte ac die. p. 396. *tages amphati*, diurnam. pag. 405. *ephter zuein tagun*, poſt biduum. p. 398. *vonna demo tage pfenninge*, ex denario diurno. pag. 396. *tage*. illuceſcat. p. 358.]

Dagen, thagen, convocare. Otfrid. Lib. II. c. 3, 67. de Joanne Baptiſta:

Ther lantliut al githageta.
Qui provinciales omnes convocavit.

V. Thagen.

Githagen, conſultare, meditari, Otfrid. IV. 23, 66. de Jeſu coram Pilato:

Er ſtuant, ſuigeta,
iob mammonto githageta.
Ipſe ſtetit, tacuit,
& manſuetè conſultavit.

Notk. Pſal. LXXVI. 4. *Fone mendi ne mahta ih gedagen*, præ gaudio non poteram recogitare. & ℣. 7. *dero worto gedagendo*, horum verborum recordatus.

Sih githagen, ſe cum conſultare, *ſich bedencken.* Otfr. III. XI, pen. de muliere Chananæa:

Job ſih ſar githageta,
giloubta thaz er ſageta.
Et ſe congregavit ſtatim (cum ſuis)
credidit quod ille dixit.

[*Thagen*, unde *githageta*, tacere, ſilere, notat juxta Scherzium in not. ad loc. citand. qui proinde loca Otfridi à Schiltero adducta ſequentem in modum transfert.

II. 3. 67. *Provinciales*, ſeu homines illam regionem inhabitantes, *omnes obmutuerunt*, i. e. in ſtuporem dati fuerunt.

IV. 23. 66.
Et placide ſiluit.

III. 11. 63.
Et illa mox tacuit. ſc. ex admiratione.
Et credidit id quod ille (Chriſtus) *dixit.*

Addit eodem ſenſu occurrere de muliere Chananæa. III. 10. 31.

Thaz wib io ſuslich redota
ſelbo Druhtin thageta.
Hæc fœmina ita loquebatur,
Dominus (Chriſtus) vero tacebat.

It. de Chriſto coram Caipha IV. 19. 81.

Ingegin in, ſo ih ſageta,
ſo ſtuant er, inti thageta.
Contra eos, ut dixi,
ſtetit ille & tacuit.]

Tageding, tempus promiſſum, extra proceſſum, Notk. Pſal. CXLVII, 1.

[*Uper daz tagadinch.* extra placitum. Gloſſ. Monſ. p. 330.]

Dag, dies juridicus, *tag geben*, terminum præfigere, qui continet ſex ſeptimanas. J. Feud. Alem. c. 140. ſicut & in Formula *Jar und dag*, annus & terminus Saxonicus, *Sächſiſche Friſt*, quod tamen & Juris Alemannici eſt, i. e. Sex ſeptimanæ & tres dies. *V. Comm. ad Jus Feud. Alem. c. VII. §. 2.*

DAG.

Dag, acta, protocolla. Alvredus R. Angliæ pag. 22. *on Ines dæge mines mæges*, in actis Inæ, mei gentilis,

Dagon, dies, ætas provecta. Otfrid. I. 20, 65. de Jeſu:

Thaz uuig er ni firbari
inthiu ſin zit uuari:
Er giſcein thaz filu fram,
ſo er zi ſinen dagon quam.
Prælium non declinavit,
quando tempus ejus inſtaret,
Oſtendit hoc multò amplius,
cum ad dies ſuos veniret.

Idem I. 15, 18. de S. Simeone:

In ſinen dagon uuas iz fram.
In ſuis diebus erat provectus.

Idem V. ult. 158. de Abrahamo:

Erata er nan filu fram,
tho er zen alten dagon quam.
Honoravit (DEVS) eum valdè
quum ad ſenectutem perveniſſet.

Idem I. 5, 120. de S. Eliſabetha:

In manigeru ziti
iſt daga leidenti.
i. In multo tempore
dies ſuſtinet.

Dag, vita. Otfr. I. 15, 12. de S. Simeone:

Thaz Chriſtus er druagi in benti
er ſines dages enti.
Quod Chriſtum portaturus in manibus
ante ſuæ vitæ finem.

Ewiger tag, vita æterna, Notker. in Pſal. XI. rubr.

Dag, de re aperta. Otfrid. V. 12, 65.

Thc iſt giuuis io ſo dag.
Hoc eſt tam apertum, ut dies.

Ubar dag, per diem, totâ die, quotidie. Otfrid. IV. 5, 110.

Theiſt giſcrib heilag,
thaz uuir leſen ubar dag.
Hæc eſt ſcriptura ſacra,
quam legimus quotidie.

Idem V. 23, 351. de vita æterna.

Sconu liidi da ubar dag.
Pulchra cantica ibi per totam diem.

Fone diſemo tage unz einem tage, quotidie, Pſ. LXI.

Tagalihchin, (tagulihchim extat in Ker. c. 39.) cotidianum. *Takalihhin*, cotidie. c. 4. *Tagalihchen*, diurnæ. c. 18. *Tagalihhin*, diurnis. c. 18. cotidie. c. 7. Kero.

[*Unſar brot tagalihhaz gib uns huitu.* Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. Tatian. XXXIV. 6.

Tagalih ſorga, cottidiana ſollicitudo. Gloſſ. Monſ. p. 396.]

Dægwanlican, quotidianum, Orat. Domin. Saxo-Anglic.

Gebundene tage, dies ligati. J. Prov. Sax. L. II. A. 66. *Heylig und gebundene tag die ſeind allen leuten zv FRIEDTAGEN geſatzt: und darzv in yeglicher wochen vier tage, der Dornſtag, der Freytag, der Sunnabent und der Suntag.* Vide Comm. ad Jus Feud. Alem. cap. IX. §. 2.

DAG in compoſitione denotat vehementiam rei. *Dagleidan tun.* Otfrid. III. 20, 336.

Ullant er det in dagleidan.
Nam fecerat eis magnam moleſtiam.

Tagarod, aurora, Gl. vet. Hymn. II, 2. pro quo Cant. Cant. VI. 9. Morgenrod.

[*Tagarote*, crepuſculo. Gloſſ. Monſ. p. 327. *tagaprot*, crepuſculum. p. 412. Haud dubie vitioſa eſt hæc lectio, pro *tagarot.*]

Dageſcalck, ſervi ſive operarii diurni, Fröhner, Hinterſidler, Chartæ Heinricorum Impp. apud Du Fresn. Gloſſ. V. Dagewane.

Dagesuuuntar, parabolæ. Otfrid. IV. 1, 37.

Er zalta oub dagesuuuntar
then iungoron ſuntar.
Expoſuit etiam parabolas
diſcipulis ſeorſim.

[Scherzius in Not. ad h. l. hæc verba ita reddit:

Narrabat etiam quotidie miracula
Diſcipulis ita ſemper ſeorſim.

Vox enim *Dages* ei videtur idem eſſe ac *gidago*, quotidie, quæ eodem cap. V. 23. reperitur, quamque ſine cauſa Schilterus *gidato* legendam cenſet. Uti namque ap. Tatian. c. 185. §. 8. *gijaro* legitur, pro *quotannis*, ita *gidago* pro *quotidie* ſumendum. Hæc quidem Scherzius: mihi vero videtur, contextus requirere, ut verba Otfridi hoc modo accipiantur.

Expoſuit etiam parabolas per diem populo propoſitas,
Diſcipulis ſeorſim.]

DAGEWANE, ſervitus operarum manuariarum certis diebus. Handfron. Liber Salic. Monaſt. Ebersheim. *Under den Höuen ligent Höue, die tunt Dagewane zv den Verten. der iſt einer Frouen Berthen von Rode, du tut zeben Dagewane. unde drige verte. Walther zeben Dagewane. unde drige verte. Sifrit Wilde vier Dagewane unde anderthalbe vart*, &c. i. Inter curias jacent curiæ, quæ præſtant operas præter vecturas. earum una eſt domicellæ Berthæ de Rode, quæ præſtat decem operas ſive operas manuarias per x dies: & tres vecturas. Walther x operas & tres vecturas. Sifrit Wilde quatuor operas & unam cum dimidia vecturam. Ibidem ſequitur peculiaris titulus: *Von den Tagewanen.* ubi ad marginem legitur *Fron.* Charta Argentorat. locationis an. 1318. *Cum agris, paſcuis, ſervitutibus, quæ vulgater dicuntur Tagewane, ac juribus*, &c. V. Aahtentag, & Dageſcalk.

Dagewan etiam de operis conductis, der tagelöner. Decretum der Rät und XXI. zv Strasb. an. 1487. 4. poſt Exaudi: *Das die Eſterreiche den burgern arbeiten morgens früh gegen tage bis das die klocke funff ſchlegt, und dann erſt an der Stattwerk gan iren tagwän zv tun.* Chron. Königsh. c. V.

§. LIV. *den geſchach do ein übel tagewon*, &c. i. malè operas præſtitit.

Vox *Wan* eſt Celtica, reliqua in Suecica lingua, quâ *Wanda* eſt ſolicitè & cum cura aliquid elaborare & efficere, *Vandad*, ſolicitè factum. *Vandliga* ſollicitè. *Vandur*, moleſtiâ & labore plenus. *Verelius.* Itaque *Dagewan* eſt diurna cura, opera.

Dageward, *Dagewardin*, operarius, Fröhner, deterior Fiſcalino. V. Du Fresn. Gloſſ.

Dägen ſimpliciter operæ, Sigism. Imp. an. 1417. Monaſterio Lucellenſi diploma dedit & poſſeſſionis confirmavit: *cum piſcatione, molendinis, dägen, hortis, lignis, ſylvis, nemoribus*, &c.

Tageweite, ſpatium diurnum, unius diei, tagereiſe. Chron. Königsh. c. 2, 198. *der was wol eine tageweide hünder ime.* & c. 3. §. 1. *Flohetent Joſeph und Maria das Kindelin in Egyptenlant XL TAGEWEIDE von Bethlehem.* Hiſtoria Lombard. in vit. S. Gregorii M. f. 59. *Do S. Gregorien was drige tageweide gefaren, do rugte ſine geſelleſchafft.*

Dagamuſe. v. Muas.

Dagaſterron. vid. Sterron.

Dagathing. vid. inf. Ding.

Tageziten, partes diei. Lucidarius: *Durch was wurden die ſiben tagzeit aufgeſetzt: Mettin. Prim. Tertz. Sext. None. Veſper. und Complet.*

Der Meiſter ſprach: Die ſetzet David in der alten ee, in die ehre der Gaben des Heiligen Geiſts, daſs wir GOtt darmit loben der groſſen gaben ſeiner kunſt und ſeiner Weisheit. In der neuen ee, do wurden die Zeit alſo gebeilget mit den groſſen wercken Jeſu Chriſti, daſs man ſy ye merer begat in der heiligen Criſtenheit. Wann wer darzu wirt geſetzet, und der ſiben tag zeit nit begat, den iſt an GOttes dienſt gebroſten.

Der Meiſter ſprach: Zu Preim zeit ſtund unſer HErr gebunden vor den richter, und wart veroſpott, und verſpeyet, und gehalsſchlaget. Zu derſelbigen Zeit erſchein er ſinen Jüngern, do er erſtanden was an den Geſtad, do ſy nach viſchen fürent auff dem Märe.

Durch das begangen wir die Preim, daſs wir loben ſein groſs erbermde, die er zu uns bet.

Der Jünger fraget: durch was ſprichet man den glauben zu Preim zeit, dann zu andern tagzeiten?

Der Meiſter ſprach: Wir haben wider die böſen veind kein ander waffen, dann den glauben, darvon ſetzet Anaſtaſius den Pſalmen: Quicunque vult ſalvus eſſe. *Das man allen tag zu der Preimzeit ſpricht. Zu der erſten tagzeit, daſs uns der leidig veind all tag nicht geſchedigen müg.*

Der

Digitized by Google

Der Jünger fragt: Durch was begeben wir die Terzzeit?

Der Meiſter ſprach: An der dritten ſtund ward unſerm HErren die dornin Kron auffgeſetzet, und ward mit beſemen geſchlagen. In derſelbigen ſtund kam der Heilig Geiſt über die zwelff Botten. Davon begangen wir die Terz Zeit.

Der Jünger fragt: Nun ſag mir von der Sext?

Der Meiſter ſprach: An der Sechſten ſtund ward unſer HErr JEſus Chriſtus an das Krütz genagelt durch unſer erlöſung.

Der Jünger fraget: Durch was leuten man zu None mer zeichen denn zu andern zeiten?

Der Meiſter ſprach: Durch die groſſen Heiligkeit, die zu der Nonzeit iſt bezeichnet. An der nünden ſtund verſchied unſer HErr, und ward mit einem Sper geſtochen durch ſein heilig ſeiten, daraus ran blut und waſſer, mit den wurden wir erlediget. Mit dem waſſer ward uns der Tauff geweihet. An der ſtund ward das feuerin ſchwert erlöſchet, das uns das Paradeys wert, wann do fur des Schachers ſeele in in das Paradeys.

Der Jünger fraget: Für des Schachers ſeele ee in das Paradeyſs, wann ein ander ſeele ſeiner Heiligen?

Der Meiſter ſprach: Die bücher ſagen, das er deſs Schachers ſeele fürt in das Paradeyſs, ee er die Helle zerbrach. Wann das bet er ihm gelobet, daſs er deſſelbigen tags ſolt ſein bey im in dem Paradeyſs, do brach er Helle deſſelbigen Nachts, do er des morgens aufferſtunde.

Der Jünger fraget: Durch was tät er das, daſs er den Sünder zu dem erſten furt in das Paradeyſs?

Der Meiſter ſprach: Damit erzeiget er, daſs er durch den Sünder gemartert ward, und daſs ſich niemantz ſeiner gütheit ſolt rühmen. Wann der Sünder als ſchier gnad hat gewunnen als der recht.

Der Jünger fraget: Wovon ward die Veſper geſetzt?

Der Meiſter ſprach: Under allen Tagzeiten ſo began wir die Veſper mit dem allergröſten fleiſs, durch die groſſen bezeichnung der groſſen werck, die der Heilig Chriſt begieng. An derſelbigen weiſet er uns ſeinen heiligen Fronleichnam und ſein Blut, und wuſch ſeinen Jungern ir füſs. In derſelbigen Stund ward er begraben. In derſelbigen ſtund erſchin er ſeinen Jüngern zweien Luce und Cleophe, ſy erkanten in an dem brechen des brotes.

Der Jünger fraget: Durch was ſingen wir die Complet, ſeydt die kein ſtund bet in dem tag?

Der Meiſter ſprach: Mit der Complet erfüllen wir, was wir in allen tagen verſaumet haben in Gottesdienſt, und ſollen auch GOt befehlen, daſs er uns in ſeyner hut hab an derſelben ſtund, ſo ſich tag und nacht ſcheiden, do bättet der Heilig Chriſtus alſo vaſt, daſs er blutigen ſchweiſs ſchwitzet. In derſelbigen ſtund verkündet uns der Heilig Chriſtus Friede hie auff erde nach ſeiner Urſtende, do er ſtund unter ſeinen Jüngern, und ſprach: Pax vobis.

Der Jünger fraget: Du haſt mir geſagt von dem tag, nun ſag mir von der Mettin zeit:

Der Meiſter ſprach: Wie möchte dieſelbige ſtunde immer heiliger ſein geweſen. In derſelbigen ſtund brach unſer HErr die Helle, und nam darauſs ſeine freunde. In derſelbigen ſtund vergab unſer HErr Santo Petro ſein ſchulde. Balde nach der Mettin ſo ſingen wir die Laudes Mettin das bezeichnet unſers HErren urſtende.

Hæc partitio eſt eccleſiaſtica, de qua & Calixt. *de immacul. B. V. concept. §. 91.*

Civilis eſt quadripartita; & ſingulæ quartæ continent trihorium, *Morgen: Terz: Sext und Nonenzit.* S. Hieron. Epiſt. VII. T. I. pag. 37. *Manè hymnos canere, tertiâ, ſextâ, nonâ horâ ſtare in acie quaſi bellatricem Chriſti.* Epiſt. VIII. p. 45. *Quod tibi horâ tertia, ſexta, nona, ad veſperum, mediâ nocte, & mane ſemper eſt exercendum, ſtatue.* Idem Ep. ad Cyprian. T. III. p. 67. *Nox in quatuor vigilias dividitur: quæ ſingulæ trium horarum ſpatio ſupputantur.* M. Celſius *Comput. Eccl. cap. V.* p. 32. At notandum hîc eſt, quod nox Civilis hîc, ut dictum, Eccleſiaſtico, non Naturali, ut antea, opponitur: aliàs enim in priori notatione utique hîc *dies naturalis*, quatenus Sol Horizonti noſtro imminet, accipitur: Atque ita temperanda doctrina Celſii: qui refert morem computandi horas diei & noctis Norimbergenſium à more Judæorum fluxiſſe, teſte Franciſco Rittero Norimbergenſi. Sed CL. Vir Joh. Chriſtoph. Wagenſeilius *Comm. de Civit. Noriberg. c. XIX.* excogitatorem Joh. Konigschlager an. 1489. refert.

Mittag, meridies.

Mittetagigen diefele, meridianum dæmonium, Notk. Pſalm. XC, 6. S. Hieron. hîc: *dicunt quidem multi, quia ſunt dæmones & meridiani, & hoc vulgo dicitur. Sed frivolum eſt.*

Nontag, dies Aſcenſionis Salvatoris, non quod

est nona ante Pentecosten, sed quod hora nona pulchra & eminens isto die sacro Ascensionis Divinæ celebretur, cum istâ horâ Salvator cœlum ascendisse præsumatur. Kalend. Alem. *der schön none tag.* Chron. Königsh. c. 3. §. 33. *drie tage vor dem Nontage*, vide supra v. Crüzwoche. Et cap. V. §. 88. d. Chron. *drie tage vor dem Nontage.* ubi Sigebertus: *ante Ascensionem Domini.*

Sibende tag, in Hist. Lombard. vocatur Festum Circumcisionis sive Octava Natalitiorum Christi. fol. 24. b.

Zwölfe tag, in eadem H. Lomb. vocatur Festum Epiphaniæ. f. 26. unde & vulgo *die zwelf nächte.*

Suonotach, judicii dies, Notk. Psalm. XIII, 4. Resurrectio, Psalm. XLIII, 18. 23.

[*In tage dera suana*, in die judicii, Kero c. 2. 31. pro *dera*, vitio typographi, c. 2. p. 21. a. legitur etiam *desa.*]

Tagalti, judicium, tag-halten. Notk. Psalm. XXXIV, 15.

Officium diurnum. Notk. Psalm. LXII, 5. *Hier in Idumea, hier in einote uuile ih dia dagalti haben, daz ih mine hende ufheue ze gebete unde ze guoten uuerchen.* i. Hic in Eremo volo hoc diurnum officium habere, ut manus meas elevem precando & eleemosynas dando.

Dagobrecht, *Dagebert*, illustris dierum, ut ita dicam, compositum ex *Dag* & *Beracht*, de quo suprà.

Nomen proprium Regis Francorum, filii R. Lotharii, *Chron. Königsh. c. IV. §.* 8. 9.

Inde nomina locorum & castrorum à Dagobertis exstructorum, *Dagstein*, i. Dagwertsstein, Opidum Episcopatus Argentoratensis. *Dagsburg*, castrum Leiningense.

Fragm. Carm. de Bell. Hisp. Caroli M. ℣. 2944.

Ain belet vile got
Regenfrid uon Tagespurh.
Heros valdè bonus
Regenfridus de Tagesburg.

Dagbrant, incendium diurnum. V. du Fresn. Gloss.

Dagwerk, opus unius diei, h. e. spatium soli, quod uno die boum jugo arari potest. Sax. *Dayworke.* Somnerus Glossar. ad Simeon. Dunelmers. Anglo-Sax. *Deiwerke*, modus agri, *du Fresn. Glossar.*

Tage dero erde: Himilis tage, Notk. Psalm. LXXXVIII, 30.

Dierum nomina apud veteres Celtas & Germanos.

UT annus in menses, & menses in septimanas, ita septimana in dies septem dividitur universali gentium more, qui ex instituto divino, *Genes.* 2, 3. ad mundum antediluvianum fluxit, post diluvium à Noa ad posteros propagatos, imprimis Hebræos, Exod. XX. 9. Josephus L. I. Antiq. Jud. c. 1. *Mundum sex diebus universum & omnia quæ mundo continentur, Moses facta esse dicit, Septimâ verò requievisse DEUM, & ab operibus cessâvisse. Quamobrem etiam nos vacationem à laboribus per hunc diem celebramus, appellantes eum Sabbatum, quæ vox requiem Hebræorum linguâ significat.* Calumnia enim fuit eorum auctorum, quos Tacitus Hist. V, 4. ferre ait, *Septimo die Judæis otium placuisse, quia is finem laborum tulerit*, Ægypto enim ejectos continuum sex dierum iter emensos, septimo pulsis cultoribus, obtinuisse terras suas. Sed ad cæteras gentes etiam transmissus vetustus & orbi coævus mos, præterquam quod gentes ad idololatriam & cultum Siderum prolapsæ nomina diebus à Sideribus imposuerint. Quod institutum idololatricum non malè Herodotus in Euterpe ad Ægyptios refert. Quo & veteres Celtæ, Galli & Germani usi, ut nescio cur Jos. Scaliger, Septimanam Europæis vix tandem post Christianismum receptam „ asserat *Lib. I. de Emend. Temp.* Sed nec in eo recesserunt posteri, licet apostatæ, à Patrum traditione, quod Septimanam inciperent à die Solis, quo fons solis, Lux primigenia condita primam diem fecit.

Sunnandag, Solis dies.

Solem coluerunt Celtæ. J. Cæsar. Lib. VI. de B. Gall. & quidem ut Sidus primarium & rectorem diei. Unde *Sonnublot* Sacrificium Solis appellatum, *Loccen. Antiq. Sueo-Goth. c. IV. pag.* 18. Conf. *Worm. Lib. I. Fast. Dan. c. XV.* Ol. Verel. *ad Histor. Gotrici cap. IV. p. 37. sqq.*

Gobelin. Persona Æt. 2. c. IV. *Ab istis septem nominibus Planetarum apud gentes diversas nominantur dies anni. Unde gentiles quemlibet diem nominabant à Planeta quem credebant dominari in prima hora talis diei, & credebant quemlibet planetam dominari per unam horam. Cum igitur Sol inter omnes planetas clarior & efficacior eis videbatur, primam illi diem attribuebant, & prima hora illius diei præcipuè dominari. Secundam horam Veneri &c. Et hunc modum in nominatione dierum aliæ gentes videntur servare: ut Teutonici, licet in omnibus provinciis Teutoniæ non eodem modo. Unde dies Solis dicitur Sunnentag.* Mansit enim hoc nomen etiam suscepto Christianismo.

Otfrid. L. V. Evang. 5. ult.

Thar er lag giborgan
in Sunnandag in morgan.

Formula Confessionis Eccl. Alamann. *Heilaga Sunnantaga. inti heilaga missa. ni erita.* i. Sanctam Solis diem & sanctam missam non colui.

Unde etiam hic dies à Majoribus *Frontag* nominatus. Notker. Psalm. XXIII, pr. *Dies Dominicus Frontag.*

Sed uti Ecclesia Latina & Græca maluit hunc diem appellare Dominicum, *Apoc.* 1, 10. & Impp. *l.* 2. 3. & 7. *C. de Feriis.* ita Germanica interpretata veterem denominationem, quasi à Suo-

Digitized by Google

à ſuonen, ſünen, reconciliare. Unde & *Suonotag* ſcriptus, *Freher. ad Symb. Apoſtol.*

Notk. in Pſalm. VI. pro octava. *Nah ſiben tagen dero mechun chumet der abtodo. daz iſt dies judicii. — Nah in dinemo zorne ne irreſeſt du mih an demo Suonotage.* i. poſt ſeptem dies hebdomadis venit octava. hoc eſt, dies judicii. — Neque in ira tua corripias me in octava die expiationis. Gloſſa J. Sax. Prov. L. 2. c. 66. *Des Suntags wurden wir geſönet mit Got unde Adam wiſſet.* *Der Suntag war der erſt tage der ye gewas, und wirt auch der letſt, als wir auferſteen ſollen von dem tod und ſollen varen zu gnaden mit leib und mit ſele die es gegen Got verdient haben.*

Maentag, dies Lunæ. Notker. Pſalm. XLVII, 1.

Man, Maen, Mon, Mond, Luna, quam & *Hidem* Suevorum parti cultam, appellatam, ex Ægyptiorum theologia oſtendit Cluver. L. I. Antiq. Germ. c. XXVII. De hujus diei feſtivitate aliqua obſervavi in Jure veteri Reip. Auguſtanæ tit. de Jur. Civit. §. de homine proprio Eccleſiæ alicujus: *Swenn er nicht mer en iſt, ſo iſt er dem Gotshuſe ſchuldich ſines beſten gwandes als er an dem Maentag ze Kirchen und ze ſtrauzze gieng, es ſi frav oder man.*

Diengſtag, dies Martis.

Perſona ibidem: *Ding in antiquo vulgari ſonat judicium, prout patet in his vocabulis, Holtgeding. Frigeding: & quia Judicium mortis gentiles attribuebant Marti, dies Martis Dingestag apud gentiles Teutonicos dicebatur: Et in ſignum iſtius Judicium quoddam occultum, concerneus pœnam morte puniendorum in certis caſibus, in partibus Weſtphaliæ, præcipuè die Martis celebratur: quod quidem judicium incolæ Friding appellant.* Verelius ad Gotricum c. IV. p. 37. ſqq. ad Thurram ſeu Tyrum Aſiaticum pro Marte cultum refert, quaſi *Tyrsdag*, & tandem *Tysdag*, ſed & Thurram illum Odinum, h. e. ſolem. At uni planetæ non duos dies aſſignarunt, ſed ſingulos ſingulis. Secutus tamen illum Celſius d. l. *pag.* 71. Ol. Wormio Faſt. Dan. L. I. cap. 15. ad *Diſam* deam judiciis forenſibus & juſtitiæ præfectam refert, producto eam in rem vetuſto lapide cum inſcriptione. Vide & *L. 2. Monum. Dan. pag.* 117. *ſqq.* Aliis quaſi *Titzdag*, dies populi, quo populus conveniret ad mallum, *thit*, *theot*, populus. *Loccen. Antiq. Sueo-Goth. c. 4. p.* 28. Kilianus in Etymolog. *Dijnsdagh, Dijſſendagh, Dingsdagh. Dies Martis. Germ. Tingſtag, Zinſtag. Angl. Teivesdaye, twesdaye.* h. e. Tibeſtæg, cujus denominationis rationes varias affert Th. Mareſchall. *Obſ. 2. in Verſ. Anglo-Sax. Evang. pag.* 513. Vera iſta videtur, quod *Tib* olim ſervum, *Diener*, notavit. Vide id ſuo loco. *Dienen* etiam ſignificat cenſum, collectam ſolvere, ut Argentorati, *zu einer zunfft dienen.* Dies itaque hic eſt dies juridicus dictus, quo ejuſmodi præſtationes ſolvendæ, & lites componendæ erant.

Wonsdag, Mittwoch, dies Mercurii.

Gobelin. Perſon. Cosmodr. Æt. 11. c. IV. *Dies Mercurii dicitur Godensdag. Unde DEUS qui apud Romanos Mercurius dicebatur, prout legitur in Geſtis Longobardorum, dum adhuc gentiles erant, Godan vel Wodan dictus erat. Saxones cum eisdem Longobardis invadentes Italiam, eisdem vocabulis uſi ſunt, prout experientia docet. Unde in partibus Weſtphaliæ dicunt Godensdag, & in partibus Geldriæ & circumvicinis dicunt Wodensdag vel per Syncopen Woanstag. In partibus Saxoniæ, quæ modò Saxonia dicitur, hæc dies vocatur medium ſeptimanæ, quod Saxones videntur à Thuringis eis vicinis traxiſſe.* Idem Æt. VI. c. 38. *Mercurius vulgo Godan, quaſi bonum faciens — ſeu mutatâ literâ Wodan, apud incolas regiones illius, quam Saxones in Germania occupabant, dicebatur. Unde dies Mercurii apud eos Godensdag nominabatur.* Et mox de Saxonibus: *hunc deum, non Mercurium ſicut Romani, nec Godan ſicut Longobardi, ſed Hermem, quod proprium ejus nomen fuerat, antequam pro deo habitus fuerat, ſicut Græci, nominabant. Huic deo conſecratum erat idolum ſeu ſimulacrum quod Irmenſeul i. e. ſtatua Hermis dicebatur.* Paulus Diac. Lib. I. Rer. Longob. c. IX. *Wodan ſanè, quem adjectâ literâ quidam Gwodan dixerunt, ipſe eſt, qui apud Romanos Mercurius dicitur; & ab univerſis Germaniæ gentibus ùt Deus adoratur: qui non circa hæc tempora, ſed longè anteriùs, nec in Germania, ſed in Græcia fuiſſe perhibetur.* Conf. Gothefr. Viterb. Chron.

Atque refert Stephanius *in Lib. VI. Sax. Gramm. pag.* 136. Eddam veterem, in qua quidam *Vodden* nominatur, quem poſtea Othinum dixerint, qui pro deo poſt mortem cultus, & nomen ejus diei medio ſeptimanæ inditus. Sed quidquid ſit de iſta emigratione Aſiaticorum in Septentrionem, quam tempore Pompeji M. contigiſſe referunt, certè quæ ex Edda refert Stephanius de Saxonia & Franconia ab Othino occupata & deinde in Sueciam eo profecto, fabuloſa eſſe conſtat: laudo equid. Olai Verelii judicium *in hiſtor. Gotrici pag.* 44. ait: *Vodan ſive Odinum Germanis ùt deum indigenam adoratum & ſacrificiis cultum vix credam.*

Kilianus Etymolog. *Goensdagh, Woensdagh. Dies Mercurii. q. d. Godensdagh ſive Wodensdagh, i. DEI dies. Mercurium enim DEUM Teutones maximè coluerunt, eumque Gode, Wode, Woode, & Vode vocaverunt, teſtibus veteribus Chronicis Teutonice conſcriptis.* Angl. Wodnesday. Wensday. Wilh. Malmesburg. L. I. de Geſt. Angl. c. 1. *Erant abnepotes* (Hengiſtus & Horſa) *illius antiquiſſimi* Woden, *de quo omnium ferè barbararum gentium regium genus lineam trahit; quemque gentes Anglorum DEUM eſſe delirantes, ei quartum diem ſeptimanæ, & ſextum uxori ejus Freæ, perpetuò ad hoc tempus conſecraverunt ſacrilegio.* Conf. *Adam. Brem. de Situ Dan. c. 234. p.* 152. Galf. Monumel. *Lib. VI. de Reg. Britton. c. X.* Cluver. *L. I. Germ. antiq. c. XXVI.* qui nomen *God* vel Got, DEUS ab iſto Wodan deducit. minùs dignè, minùs verè: nec perſuadet, veteres Germanos

Digitized by Google

nos promiſcuè dixiſſe : *Theuth*, *Dan*, *Godan*, *Codan*, *Gwodan*, *Wodan*.

Ethelredus Abbas de genealogia Regum Angliæ p. 351. ait : *Ab iſto Sem genealogia ducitur usque ad Woden, qui tantæ auctoritatis fuit apud ſuos, ut feriam quartam, quam Romani gentiles diem Mercurii appellabant, ejus nomini conſecrarent ; quæ conſuetudo ab Anglis hodieque ſervatur, vocant enim eundem diem Wodnesdei, id eſt diem Woden.* Conf. Rob. Sheringam. c. XIV. de Anglor. Orig.

Hujus deaſtri, utpote frequentiſſimi & optimi maximi Germanorum veterum, mentio fit in vetuſta renunciationis catechumenorum formula ; quam refert Auctor Monum. Paderborn. in fi. *Thuna eren de Woden*, den eren des Wodans, reverentiæ Wodani renunciarunt.

Suecis autem olim hunc diem *Mitviku* dictum, quod nos *Mittwoch*, teſtatur Celſius *de Comp. Eccl. pag.* 72. itemque Danis, *Ol. Worm. L. I. Faſtor. pag.* 54.

Notk. Pſalm. XCIII, pr. *in Mittauuechun*, in quarta Sabbati.

Donnerſtag, *Dursdag*, dies Jovis, *Toniriſtac*, quinta Sabbati, Notker. Pſalm. LXXX, 1.

Idem Gob. Perſona d. Æt. 2. *Dies Jovis dicitur Donnerstag, i. e. dies tonitrui : quia gentiles poteſtatem tonandi attribuebant Jovi, tanquam ſummo deorum.* Rupertus Imp. confirmans Præfectum in Amanampt Pfullendorf : *Datum Heidelb. den Durſtag nach Unſer Frawen tag* 1402. Rotulus Curiæ Domin. in Sigolzheim : *an dem erſten Dunreſtage nach unſerre Vrowen mes der jungeren.* Ruſtici in Saxonia & Misnia contractè vel corruptè pronunciant, *Durſtig*. Belgis : *Dondertag*.

ASaxones *Thursdæg*, hodierni *Thursdag*, *Thurſtdaye*. Libellus MS. laudatus à Th. Mareſchallo Obſ. 2. ad Verſ. ASax. pag. 514. *Menſis Martius à Thoro Othini filio vocatur Thormannet, menſis Thoronis, & dies Jovis Thorsdag ſive dies Thoronis ; quin & tonitru adhuc vocatur Thordun, quaſi ſonitus Thoronis.* Similiter in Homiliis Saxonicis in Cantabrigiæ Bibliotheca extantibus *Thor* Jupiter appellatus, Vide Rob. Sheringam. de Orig. Aglor. pag. 310.

Danis *Thorſſdag*, à Thoro, Odini magi filio, ut menſis à Thorrone Rege Bothniæ, Ol. Worm. ex Arngrimo, *L. I. Faſt. p.* 55. *Thaarsda*, Iſac. Pontan. *L.* 6. *Orig. Franc. c.* 1. Obſervat autem Ol. Verelius *in Hiſt. Gotrici p.* 46. Aſianos cum Odino illo mago in Septemtrionem profectos, impoſuiſſe ſibi nomina eorum numinum, quæ ante illorum adventum culta erant in Septemtrione. Et confer Celſium *de Comput. Eccl. p.* 74.

Boton (nuncios) in communi (ſermone, vulgò)
Francici homines.

DEO.

[Conſentit cum Schiltero Stadenius, qui *Githiudi* vertit, Die *algemeine ſprache*, addens. AS. *Getheod*, *bithioten*, eſt interpretari, explicare. Explic. Voc. Bibl. Germ. p. 111. Scherzius vero in Not. h. l. ita transfert,

Id, quod nos angelos vocamus,
id appellant, uti dicimus.
Boton in excellentia,
Franci homines.]

Githiuto, populo toti cognitus, nobilis, celebris, illuſtris. Otfrid. II. 12, 105. de Nicodemo:

Thu biſt hiar githiuto
Meiſter therero liuto.
Tu es hîc celebris
Magiſter hujus populi.

Idem I. 15, 39. IV. 4, 87. Illuminatus, III. 10, 47.

Githiuto, Dux, Princeps. Otfrid. I. 1, 201. de Francorum Rege:

Ulleltit ir Githiuto
managero liuto.
Imperat eorum Princeps
variis nationibus.

Idem II. 24, 15. de Salvatore de monte deſcendente:

Folgetemo Githiuto
almenigi thero liuto.
Sequebatur hunc ducem
magna multitudo hominum.

Idem I. 3, 40. de Davide Rege:

Thaz er uuard githiuto,
Kuning thero liuto.
Ut fieret Princeps,
Rex populorum.

[Scherz. in Not. ad Otfr. I. 1, 201. *Githiuto* eſt *eximie, feliciter.* ap. Otfr. III. 10, 47. ubi Chriſtus ad mulierem Cananæam dicit.

Ih ni bin quad er tho zin,
Giſentit hera in woroltin
Ni ſi the ih gidue githiuti
Thie mines faters liuti.
Non ſum, dicebat ad illos
Miſſus hic in mundum
Niſi, ut faciam felices
Mei patris homines, (liberos.)

Ap. eund. II. 24, 15. *githiuto* non per ducem, ſed per *eximie*, *valde* eſt exprimendum III. 10. 47. etiam melius transfertur per *felices*. juxta Scherz. in Not. ad hæc loca. Et ſane ipſe Schilterus in Verſione Otfridi *Githiuto* I. 3, 40. *inclytus*. & IV. 4. 87. *illuſtris* transtulit.]

Atque ex hoc vocabulo ſunt illa nomina propria compoſita, quorum catalogum refert Goldaſt. T. II. Rer. Alem. p. 94. & 102.

Deotfrid, populi pax: *Diotwin*, populi amicus, &c. non verò à Platonico & Ægyptiaco *Teut*, quem deum & Mercurium exponunt, ut viſum Cluverio L. I. G. A. c. IX. & qui eum ſequuntur.

DEO.

[Sane è Gloſſis quoque Monſeenſibus confirmari poteſt Schilteri ſententia, ibi enim occurrit, *Theotpurk*, *populoſa civitas*, *plena populis*. p. 403.]

Neque video fundamentum in antiquitate expoſitionis Aventini, qui in Nomenclatura ſua ait: *Dietbe vocabulum vetus divitias & officium, facinora præclara ſignificat.* Quanquam & Fr. Irenicus L. II. Exeg. Germ. c. XXXII. idem opinatur. *Eſt* inquit *dietb veriſſimum vocabulum Germaniæ, quod divitias ſignificat: das iſt ain diet.* Magis eſt ut dicamus generatim multitudinem, copiam & perſonarum & rerum denotare.

DEOT, *theot*, *Deut*, *theut*, *Diet*, κατ' ἐξοχὴν dictus populus Celtarum aut Germanorum præcipuus & cæteris antiquior. Qua de re Dn. Alting. Notit. Germ. inf. p. 76. ita ſentit: *Populus Transrhenanus diu proprium nomen non admiſit; ſed nudè ſe dixit, POPVLVM, het diet, Duyt, Tiit, Teut, variantibus dialectis*, &c. Veriſſimum tamen eſt, *Teutonum* nomen certæ nationis fuiſſe, non univerſæ, ut mox patebit, niſi duplicem ſignificationem aſſignemus. dubium tamen, utra antiquior. Certè Teutonum populus Socius fuit Cimbrorum, Galliam & Hiſpaniam atque Italiam invadentium, ſeculo ante natum Salvatorem. Tacitus de M. G. 37, 3. *Sexcenteſimum & quadrageſimum annum urbs noſtra agebat, cum primum Cimbrorum audita ſunt arma, Cæcilio Metello ac Papirio Carbone Coſſ.* h. e. anno ante N. Ch. CXI. Quorum Rex *Teutobochus*, quaſi Teutonum caper ſive Dux. Paulatim nationis hoc nomen, vix dum gentis totius, evaluit, ut omnis gens quæ Germanorum tum nomine venit, *Teutones* & *Theotiſci* vel *Deutiſchi* vocarentur, ſicut & Germanorum & Francorum nominibus contigit. Taciti tamen ævo *Teutonorum* adhuc nationis nomen fuit, *Hiſt. IV.* 74, 4. ut & Plinius teſtatur, *Lib. IV. c.* 28. Ingævonum partes, Cimbros & Teutonos ac Chaucorum gentes, recenſens. Ubi noviſſimus editor Jo. Harduinus non Danicarum inſularum incolas Teutonos facit, quod Cluverio viſum, ſed inferioris Saxoniæ: Bremâ civitate primariâ. Fallor an *Thetmarchii* huc referendi, quos Helmoldus L. I. c. 25. refert, h. e. marca thiotonum ſeu Teutonum, pagus Dietmarſorum poſteris. *Meibom. de Pagis Sax. p.* 109. Itemque *Teutoburgium* & *Teutoberg*, ſaltus clade Varianâ nobilis; poſtea opidum *Teotmalli* in vita Caroli M. *Teutomallum* dictum, Teutonum Mallus ſive tribunal, hodie *Detmold*, Comitum Lippienſium ſedes. *Teuten meyer*, opidum, quaſi Teutonum Majoria ſeu villa aut colonia. *Diedenhille*, i. Teutonum collis. *Conf. Cluver. 3. G. A. c.* 15. & 19. Monum. Paderborn. *p.* 28. & 40. *ſqq.*

Virgilius tamen jam tum *Teutonicum ritum* vocat communem Celtis & Germanis, Æneid. VII.

Teutonico ritu ſoliti torquere catejas.

Ubi Servius: *Cateias; tela Gallica. unde & Teutonicum ritum dixit. Cateiæ autem linguâ Theodiſcâ haſtæ dicuntur.* i. Clefen.

Hinc

DEO.

Hinc Cluver. *L. I. A. G.* c. IX. fi. ait: *De tempore, quando id* (nomen) *primùm gens noſtra adſciuerit, nihil certi habeo quod affirmem. Multis ante annis vel etiam ſeculis, quàm Romani, Julii Cæſaris ductu Rhenum transgreſſi, Teutiſcos ſuis in ſedibus noſſe cœperunt, in uſu id apud eos fuiſſe, colligere datur ex carminibus illis antiquis, quibus Tuitonis dei, & item gentis haud dubiè Teutiſcorum nomen gens ipſa celebrabat, Ulpio Trajano Romanis imperante.* Sed meræ conjecturæ, quas facilè Taciti & Plinii autoritas diſſipant. Cæterum per ſe pateſcit, nomen Teutonum, *der Deuten*, differre ut antiquius à nomine Teutiſcorum, ut derivativo, *der Deutſchen*, quod primitus *Theotiſcus* ſcribi ſolitum. Notker. in Pſal. LXXX. 3. *Saltirſang heizet nu in diutiſcun*, *Rotta.* Id conſtat etiam ex Carolinorum temporum aliis ſcriptoribus & Capitularibus. Kapitulare Ludovici Pii anno 829. c. 13. *In lingua Theodiſca SCASTLEGI i. e. armorum depoſitio, vocatur.* Kapit. Caroli Calvi an. 842. *Teudiſca lingua.* item an. 853. cap. 3. de collectis quas Theudiſca lingua *Heriſuph appellat.* an. 860. c. 7. *Theodiſcâ linguâ recapitulavit.* Lothar. Imp. Capitul. Tit. V. c. 3. *quod lingua Teudiſca HERISLIZ, i. e. armorum depoſitio, vocatur.* Concilium Turonenſe III. c. 17. an. 813. *Ut Epiſcopus quisque Homilias aperte transferre ſtudeat in ruſticam Romanam linguam, aut Theodiſcam, quò facilius poſſint cuncti intelligere, quæ dicantur.* Otfridus linguam Theotiſcam atque Francicam pro eadem habet, etſi dialecto differebant. In Dedicatione ad Liutbertum Archiep. Mogunt. ait à ſe petitum fuiſſe, ut Evangeliorum partem *theotiſcè* conſcriberet, quibus precibus obtemperans mox ait, *Franciſcè* compoſuiſſe. Et Lib. I. c. I. cauſas reddit, cur eum librum theotiſcè conſcripſerit. quod ℣. 65. *Frenkisgon beginnen* appellat. & ℣. 92. *in Frenkisgon*, in Francica lingua. ℣. 228. *in Frenkisga zungun*, in Francica lingua. ℣. 244. itidem. & 252. Reineccius *de Orig. Saxon. pag.* 8. hac de re ita ſentit: *Cum nomen Teutonum in Germania exoleviſſet, vel ſaltem à ſcriptoribus uſurpari deſiiſſet, Imperatorum Saxonicorum dominatu reductum. Hinc Otto M. omnium primum Rex Teutonicorum vocatur. Hinc Francia Teutonica, quæ denominatio adhuc Henrici V. ætate duravit. Poſt uſurpatum Germaniæ vocabulum in Imperatorum titulis, diploma Henrici V. alterum, datum Monaſterio Gottesaw in Marchia Badenſi A. MCX.* Teutiſcos *Deuſen* appellat anonymus Poëta de bello Caroli M. contra Saracenos in Hiſpania ℣. 3981. ubi Alemannos à Teutonicis, *Deuſen vebten thawithere*, ſeparat, *vide ſupra voc. Aleman.* Contrà Gobelin. Perſona Cosmodr. Æt. I. c. V. Teutoniam & Alemanniam pro eodem habet, ſed Germaniam eâ majorem eſſe, Teutoniam eodem uti idiomate, Germaniam verò continere gentes multarum linguarum: Teutonicos à proprio eorum idiomate, quod in ſuperiore Alemannia *deudſch*, & ab inferiori Germania, ſecundùm diverſitatem regionum, *Dudeſch* nominant, appellatos eſſe.

DEO.

Autor carminis de S. Annone ℣. 275. de Julio Cæſare:

Sie biezen in vehtin wider Diutſche laut.
Juſſerunt (Romani) eum pugnare contra Teutonicas terras.

Loquitur autem de Germania minore.

Idem ℣. 317.

Man ſagit daz dar in halvin noch ſin,
Die dir Diutiſchin ſprechin.
Dicunt: ibi (in Armenia) in illis partibus adhuc eſſe,
qui tibi Teutonicè loquantur.

Idem ℣ 111. de Colonia:

Daz in der ſconiſtir burge
die in Diutiſchemi lande ie wurde.
Quod in pulcherrima urbe
quæ in Teutonica terra unquam fuit.

Tuiſco denique ſive *Tuiſto*, ſive *Tuito*, deus terrâ editus, conditor Germanorum fabuloſus, planè huc non pertinet, de quo ſuo loco.

Juvabit hîc ſubjicere ſuave commentum, Conſtantium Chlorum Imp. uſurpaſſe Symbolum in lingua Theotiſca in nummis ſuis, quorum æreus aliquis repertus fuit in Alſatia in Vico Niederbrunnen, territorii Hanovienſis; Eos deſcripſit Heliſeus Roslinus, Medicus Hagenoenſis an. 1593. atque inter alios hunc repræſentat:

CONSTANTIUS NOB CAES
SCH RHM ONE THVCCE † CAES
NOST
T

atque ita legit & interpretatur:

SVCH RHVM ONE THVCK.

h. e. Gloria abſque fraude. *Wie dann*, inquit, *ſolcher Keyſer ſehr tugentreich geweſen, und ſolches auch zu verſtehen geben wollen mit dem bild der wag. Dieweil er ſich dann allezeit trieauſſen im land erhalten, wird er auch die Teutſche ſprach gelernet haben, und dieſen Teutſchen ſpruch führen wollen, Welches dann für ein ſonder Antiquitet zu mercken, daſs man umb dieſe zeit auch in Gallien und umb den ganzen Occident herum Teutſch geredet haben wirdt. Dan je dieſe Frantzöſiſche ſprach in Franckreich aus dem Lateiniſchen erſt hernacher entſtanden, als die Gothen und Wenden die Römiſchen Provinzen eingenommen, und ſich die Völcker unter einander vermiſcht, die Teutſche Francken in Franckreich geſetzt, das alt Römiſch Reich zu Grund gangen, und auch mit zugleich die alt Lateiniſche Sprach in Italien, und alſo newe Sprachen auffkommen in Italien, Gallien und Hiſpanien mit dem Latein vermiſcht und corrumpirt. Das übrige nach dem Teutſchen Spruch heiſt Cæſarum noſtrorum.* Hactenus iſte. Qui de origine linguæ Italicæ, Gallicæ & Hiſpanicæ rectè ſentit: ſed de lectione inſcriptionis illius nummi longè aliter ſenſiſſet, ſi iſtum nummum Conſtantii Chlori cum aliis ejusdem Imperatoris accuratè contuliſſet, & ſaltem Adolphi Occonis Commentarium de his inſpexiſſet, ubi pag. 357. invenitur:

DEO.

CONSTANTIVS NOB CAES
SACRA MONETA AVGG ET
CAESS NN

Dea Moneta, dextra bilancem.

Atque hæc ipſa eſt inſcriptio illa, ubi literas A pro H & GG pro CC atque T pro interſtinctione † habuit.

His emendatis & vocabulis rite conjunctis eadem lectio ſuboritur :

A A AGG T
SHCRH MONET HCC E † CAES N.

Eſt moneta Treverenſis, quod litera T indicat: reperiturque eadem inſcriptionis formula in nummis anteceſſoris Maximiani Imp.

At verò illud ex nummis Conſtantii Chlori ad antiquitates Theotiſcas magis videtur pertinere, quod in iis reperitur vox FELKART,

CONSTANTIVS NOB CAES
SALVIS AVGG ET CAESS. FELKART.

Figura ſtans, dextra ſpicas, ſiniſtra fructum.

Itemque : IMP C CONSTANTIVS PF AVG
SALVIS AVGG ET CAESS. FELKART.

Figura ſtolata ſtans, dextra ſpicas, ſiniſtra fructum.

Id quod alibi fortè non habetur. Habentur tamen in nummo Maximini Imp. hæc :

GAL VAL MAXIMINVS NOB CAES
SALVIS AVGG ET CAESS BEL PART

Mulier ſtans, utraque manu tenens ariſtas.

In nummo Conſtantini M.

CONSTANTINVS NOB CAES
CONSERVATORES KART. SVAE R.
K. Δ.

Figura inſiſtens templo, ſiniſtra ſpicas tenens.

Sed nec hi nummi ad antiquitates Germanicas quicquam faciunt, ſed ad Karthaginienſes, eſt enim FEL KART felix Karthago.

DER, qui. c. 2. 63. *Deru*, qua. Prol. *Derou dereru*, horum. *Derem*, his. c. 1. *derero*, hanc. Prol. horum. c. 1. *dera*, eſt nota genitivi. v. g. *dera ſiuuta*, peccatorum &c. Sæpius occurrens. Kero.

[*Dero luzil iſt*, quæ minus ſufficiunt. Gloſſ. Monſ. p. 393. *in dero viterchineti*, prætextu. p. 374. *pidiu dero importanono ehto urgift*, quia rerum diſtractarum reditus. p. 402. *deru pozu argepeneru*, pretio dato. p. 402.

Deraſelbun, ipſa. Kero. c. 7. *deraſelbun citi*, ejusdem horæ. c. 7. ſcribitur & *deruſelbun*, *deruſelbun antreitida*, idem (lege eodem ut in var. lect.) ordine c. 17. *deruſelbun citim*, ejusdem horæ. c. eod.]

DERA, arbor, Celtis. *Trew*, *tryw*, Anglo-Saxonibus. Matth. 3, 10. VII. 17. XII. 13. Hodiernis Anglis & Danis *Tree*. Gothis *Triu*, arbor, lignum. Gallis *Drys*, arbor, quercus.

DER.

Aphaldera, malus. Cant. Cant. 2, 3. *Min uuine iſt unter anderu liuten ſamo affaltera unter aderemo waltholze.* [andremo waltholza.] Meus Amicus eſt inter cæteros homines, ſicut Malus inter reliquas arbores ſylvarum.

Affoldre, malus : Gloſſæ Lipſii. *Appeltere*, Belgis, *Fr. Jun. in Willeram. Cant. Cant. pag.* 227.

Weintriu, vitis, Gothis. Joh. 15, 1.

§. 1.

Derwyddon, *Derawyddon*, Celtarum Brittonumque Philoſophi & Sacerdotes. Boxhorn. Lexic. C. Britt. *Derwyddon*, *Sapientes*, *Vates*, *Druides*. contractè enim Celtis dicti *Drudden*, vel & *Drymen*, Fr. Jun. *in Willeram. Cant. Cant. pag.* 239. unde vox Latinitati donata DRVIDES, Philoſophi Celtarum. Plinius L. XVI. c. ult. Sect. 95. de viſco aucupum agens : *Nec eſt omittenda in ea re & Galliarum admiratio. Nihil habent Druidæ (ita ſuos appellant magos) viſco & arbore, in qua gignatur (ſi modò ſit robur) ſacratius. Jam per ſe roborum eligunt lucos, nec ulla ſacra ſine ea fronde conficiunt, ut inde appellati quoque interpretatione Græca poſſint Druidæ videri.* Scilicit à Gr. δρῦς robur. Pergit : *Enimvero quidquid adnaſcatur illis, è cœlo miſſum putant, ſignumque eſſe electæ ab ipſo DEO arboris. Eſt autem id rarum admodum inventu, & repertum magna religione petitur : & ante omnia ſextâ Lunâ, quæ principia menſium annorumque his facit, & ſeculi poſt triceſimum annum, quia jam virium abunde habeat, nec ſit ſui dimidia. Omnia ſanantem appellantes ſuo vocabulo*, (Celtico, fortè *allheil*) *ſacrificiis epulisque rite ſub arbore præparatis, duos admovent candidi coloris tauros, quorum cornua tunc primum vinciantur. Sacerdos candida veſte cultus arborem ſcandit : falce aureâ demetit : candido id excipitur ſago. Tum deinde victimas immolant, precantes ut ſuum donum DEUS proſperum faciat his quibus dederit.* (f. dederint) *Fœcunditatem eo potu dari cuicunque animalium ſterili arbitrantur : contrà venena omnia eſſe remedio. Tanta gentium in rebus frivolis plerumque religio eſt.* Alluſio itaque tantùm eſt, non etymon, quod Plinio è lingua Græcanica nomen Druidum deduci poſſe viſum, quod & Boxhornio placuit *Orig. Gallic. p.* 18. qui eosdem & *Saronides*, à Diodoro dictos putat, quod antiquæ Græciæ σαρωνὶς, quercus. Qui tamen mutavit mox ſententiam pag. 51. Verum enim etymon ex genuina Celtica & Britannica ſeu Cambrica linguâ erutum jam, nec tamen, ut Bucherio aliisque videtur, ex notatione fidelitatis aut fortitudinis, de quo vocabulo infra *Drutt*, ſed potius ex ſignificatione myſtica & religiosâ, quam & Plinius, quanquam ex peregrino coactam, innuit. Eſt itaque *Derwyddon* Celtis vox compoſita ex *dera*, arbor, & *wyddon*, witten, wiſen, ſapientes & periti religionis iſtius vel ſuperſtitionis arboreæ, & totius ſcientiæ naturalis & moralis.

[Palthenius itidem obſervat, male Plinium nomen Druidarum à Græca voce δρῦς derivare : poſt alia ita pergens. Quod vero de univer-

Digitized by Google

versa Gallorum religione ad roborum lucos adstricta, Plinius adspergit, in eo hypothesi manifeste servit. Quanquam enim de sacris Germanorum per lucos atque nemora celebrari solitis Tacitus aliique frequenter mentionem injiciant, nusquam tamen, quod memini, ad querceta sola id referunt, nec significatus vocabuli *id* subianuit, ut sylvæ densæ atque opacæ *alix*, quam quæ quercus ferunt, intelligi non possint. Nostra itaque sententia *Drutarum*, sive liquescente magis sono *Drittarum* vel *Druidarum* vocabulum minus plene à peregrinis scriptoribus expressum, adjectivum est, formatum à substantivo *Drubtin*, quasi qui rem divinam faciunt plane divinos dicas. Quemadmodum ab AS. *dryt* vel *drybten* Dominus DEUS, est *Drybtwyrda* Sacerdos Ang. *a divine.* v. Somn. in Diction. & in Not. ad Gloss. Lipsi. Videtur huc respexisse Gassarus in Diction. ubi *Drut* idem ipsi est quod fidelis minister, DEI nimirum, de quo statim memorat in sequentibus. Cæsar. de Bell. Gall. L. 6. c. 12. nomen Druidarum per subjuncta verba, *qui rebus divinis intersunt*, haud obscure interpretatur, nec quicquam eos nisi DEO imperante facere videri voluisse auctor est Tacitus. de Morib. Germ. c. 7. Hæc ille Not. ad Tac. p. 285.]

§. 2.

Fuerunt nimirum Druidæ species Sacerdotii gentilis, à Celtis recepta: nec tamen ab omnibus. De Gallis testatur Julius Cæsar lib. VI. *Eorum hominum qui aliquo sunt numero atque honore, duo genera sunt. — alterum est Drvydum, alterum Nobilium seu Equitum. Illi rebus divinis intersunt, sacrificia publica ac privata procurant, religiones interpretantur.* De Germanis verò idem testatur: *neque Drvydas habere, qui rebus divinis præsint, neque sacrificiis studere.* Id quod ita intelligendum esse ratio conficit, non quod Sacerdotes nullos habuerint Germani, neque quod nulla sacrificia & sacra, id enim aliàs constat, sed quod istam Sacerdotii speciem Gallicanam non habuerint, neque tantum ac tale Sacrificiorum studium, quantum Druides Galli. Quare Elias Schedius *de Diis Germ. Syngramm. II. c.* 1. temerè Cæsarem corrigendum putat.

§. 3.

Habuerunt porrò & *Britanni* Druydarum sectam, quippe qui à Gallis Originem videntur habuisse, eorumque sacra, & sermonem haud multò diversum, teste Tacito *in Agric. XI.* 4. qui *Annal. XIV.* 30. de Druidarum superstitione in Britannia refert, eos circum acies, preces diras sublatis ad cœlum manibus fudisse, sed victos à Romanis, excisos lucos, sævis superstitionibus sacros. *nam cruore*, inquit, *captivo adolere aras, & hominum fibris consulere deos fas habebant.* De Diris illis precibus vide infra in lit. N. verb. Saxnote. Atque arbitratur Jul. Cæsar disciplinam Druidarum in Britannia repertam, atque inde in Galliam translatam esse.

Diogenes Laërtius in procœmio de Vitis Philosophorum, ex Aristotelis Magico & Sotionis libro XXIII. de Successionibus, refert παρὰ Κελτοῖς & Γαλάτας τὺς καλουμένους Δρυΐδας ἡ Σεμνοθέας fuisse, eosque ut & Gymnosophistas Indorum, ἀινιγματωδῶς ἀποφθεγγομένους philosophatos: Colendos deos: nihil mali faciendum, & exercendam fortitudinem. ubi rectè omnino Casaubonus & Galesius annotant, vocem Druidarum non esse Græcam, & σεμνοθέων non esse Celticam, nec à veteribus Gallis usurpatam, neque in appellationibus gentium barbararum græcas etymologias esse quærendas, cui etiam Vir CL. Joach. Kühnius p. m. subscribit. Cyrillus Alexandrinus lib. IV. contra Julian. p. 133. philosophatos fuisse ait, apud Ægyptios, qui *Prophetæ* dicti fuerint, ut apud Assyrios Chaldæi, Γαλατῶν οἱ δρυΐδαι, apud Gallos Druides, apud Bactros Persicos Σαμαναῖοι, ἡ Κελτῶν ἐκ ὀλίγοι, & apud Celtas non pauci philosophati scilicet sunt, quos tamen alios à Druidibus censet, etsi nomina ipsorum non exprimat, qualia fuerunt Bardi, Scaldri, Runæ, de quibus *Stephan. ad Saxon. Gramm. pag.* 11. Vaties Eubages, *Strab. l. IV.* Diod. *Sic. L. V.* Amm. Marcellin. Sched. *de Diis Germ. c. XL.*

§. 4.

Vaticinium Druidarum de fine imperii Romanorum in Galliis refert C. Tacitus *lib. IV. Histor. c. LIV.* de bello Gallico: *Nihil*, inquit, *equè, quàm incendium capitolii, ut finem imperii adesse crederent, impulerat. Captam olim à Gallis urbem; sed integrâ Jovis sede, mansisse imperium. Fatali nunc igne, signum cœlestis iræ datum. & possessionem rerum humanarum transalpinis gentibus portendi, superstitione vanâ Druidæ canebant.* Contigit hoc circa annum à N. C. 70. Vespasiano & Tito Coss. vanum hoc judicavit Tacitus ab eventu, sed exitus rerum tamen demonstravit, possessionem rerum humanarum transalpinis gentibus, & præcipuè Gothis, Francis & Alemannis fato cessisse.

Druddenfuss, Druidarum pes.

El. Schedius de Diis Germ. c. IX. *Druydæ sapientissimi homines, quò à plebe separarentur, singularis formæ calceis usi sunt. Namque ex ligno constabant, & pentagoni erant. Unde & calceamentum hoc philosophicum figura mathematica der Druddenfuss. Aventin. L.* 1. *Ann. Boj. Hinc soleæ illæ ligneæ à Gallorum Druydis GALLICÆ dictæ. Isidori Glossæ: Calcei Gallicæ militum.* At si Gallicæ militum fuerunt, non assignandæ Druidis, qui bello abstinuerunt. Gallicarum autem formam fuisse pentagonam, nullâ auctoritate firmatur.

Et quæso quam commoda & apta pedibus fuerit ista figura pentagona, quæ hodieque sic pingitur:



DER.

Hujus autem figuræ uſum in ſacris gentilium fuiſſe, apud Græcos præſertim, tradit Vinc. Charterius Rhegienſis de Imaginib. deorum. pag. 40.

Salus effingebatur ab antiquis mulieris formâ, in ſolio ſedentis, pateram tenentis, penes quam ara erat, aræ anguis involutus, caput attollens. Porrò & Antiochus, qui cognominatus eſt Soter, cum adverſus Galatas pugnaret, nec ſatis pro voto res ſuccederet eſſetque in diſcrimine, vel vidit, vel vidiſſe ſimulavit per quietem, ut militum animos ſpe erigeret, Alexandrum M. qui moneret, ut ſanitatis ſignum proponeret, idque pro teſſera tribunis daret, eorumque veſtibus inſueret; eâ re fore, ut victoriâ potiretur. Unde etiam hujus rei ſignum in veteribus Antiochi numismatibus adhuc cernitur. Eſt autem triangulus triplex, invicem inſertus, lineis quinque conſtans; in quibus græcè ὑγιεία, latinè ſalus inſcribitur. Id erat Æſculapii filiæ nomen, cui unà cum patre divini ab antiquis honores deferebantur.

Beſoldus de Natur. Populor. p. 124. V. & Schikard. in Tarich. p. 54.

Drudden-ey, ovum Druidarum. De eo Plinius Lib. XXIX. c. XII. *Præterea eſt ovorum genus in magna Galliarum fama, omiſſum Græcis. Angues innumeri æſtate convoluti, ſalivis faucium corporumque ſpumis artifici complexu glomerantur, ANGUINUM appellatur. Druidæ ſibilis id dicunt in ſublime jactari, ſagoque oportere intercipi, ne tellurem attingat. Profugere raptorem equo: ſerpentes enim inſequi, donec arceantur amnis alicujus interventu. Experimentum ejus eſſe, ſi contra aquas fluitet vel auro vinctum, atque ut eſt Magorum ſolertia occultandis fraudibus ſagax, certâ Luna capiendum cenſent, tanquam congruere operationem eam ſerpentium, humani ſit arbitrii. Vidi equidem id ovum mali orbiculati modici magnitudine, cruſta cartilaginis, velut acetabulis brachiorum polypi crebris, inſigne Druidis. &c.*

Drudden fus, nummus Wurzburgenſis. Althamm. ad Tacit. Bernegg. ad eund. à Druidibus profugis è Gallia in Germaniam præ Tiberio.

Druidenſis, moneta Gallica vetus, de qua Birckheim. in Hiſtoric. p. 123.

Druttenhaus, Truttenhaus, ædes Druidum derelictæ, à Clero Chriſtiano occupatæ, in monte Vogaſo, in parte S. Odiliæ ſacra: Canonicis regularibus traditæ. A. C. 1182. *Hugo Peltre in Vita S. Ottiliæ.*

Druidum interitum & exciſionem refert Plinius *Lib. XXX. c. 4.* ad Tiberii Imp. ævum: *Tiberii Cæſaris principatus ſuſtulit Druidas eorum*, (Gallorum) *& hoc genus vatum medicorumque.* i. magicorum.

DERIEN, *Terien*, nocere à *Daron*, quod vide. Otfrid. I. 11, 90. *Froſt derita*, frigus noceret. Idem I. 1, 205. de Ludovico R. Germaniæ:

Ni ſint thie imo ouh derien,
inthiu nan Frankon uuerien.
Nec ſunt qui ipſi noceant,
dum eum Franci defendunt.

Item IV. 14, 107. Et I. 4, 54. Angelus ad Zachariam:

Ni foribti thir Biſcof,
Ih ni terru thir drof.
Ne metuas tibi, Sacerdos,
Ego haud noceo tibi deſuper.

Idem I. 2, 59.

Daz er mir biar ni derre.
Ut (Satanas) mihi hîc ne noceat.

Idem II. 4, 129. III. 1, 84. c. V, 11. Lib. V. c. 3, 16. c. 23, 156. Tatian. 67, 5.

Notk. Pſalm. XVII, 26. *Du ne taroſt niemanne*, tu nemini noces.

Taront, nocent, Id. Pſ. XXXIV, 1.

Willeramus in Cant. Cant. VIII. 5. p. 152. n. 64. de occœcatione Judæorum crucifigentium Salvatorem: *Unde* [unte] *was thiu* [diu] *corruptio ande thiu* [unte diu] *violatio ſo ſtarc, thaz ſie niet then einon ni dereda*, [ſo ſtark, daz ſiu nieht den einen ne tareta] *qui clamaverunt Crucifige & ſunder ioh biro* [ſunter ioh iro] *poſteritatem.* ubi translatio Belgica legit unâ voce *Nidereda*, & reddidit: *dat ſy die niet neder en ſetten.* h. e. ut eam (violentiam) non deponerent. Sed rectè advertit Fr. Junius, duas eſſe voces *Ni dereda*, & reddit: *non illis ſolis nocebat.* [Scherzius vero in Not. ad h. l. vertit. *Non tantum ſolis illis noceret.*] Obſervandum tamen hîc eſt, quòd idiotiſmo Teutonico duæ Negativæ fortius negent, *niet ni*, non. Sic idem Willeramus II. 10. p. 32. & ſq. n. 15. *niet ne geirredan*, [*nie ne irten* habet noſtra edit.] ne turbent, *ne ſint niet*, non ſunt.

[Otfridus aſperius idem verbum effert. V. 26. 103.

So ſie beginnent terren.
Si incipient nocere.

Cum quo conſentit compoſitum *ferterren*, nocendo plane perdere, in Gloſſ. Lipſii. Pertinet huc vox AS. *teran*, lacerare, ap. Benſon. in Vocab. & *Derian*, nocere, quæ originem ducit à *dere*, damnum, unde *derunge*, læſio, noxa, injuria. Id. ib. Conf. Somn. in Diction. qui & Anglis Borealibus τὸ *deere* eodem ſenſu dici aſſerit. Germaniæ inferioris populis uſitata phraſis eſt, *ſi ovel teren*, male ſe invicem multare, mutuo ſibi nocere. Palthen. Not. ad Tat. p. 379.]

Gederan, nocere, idem Willeram. pag. 81. Kilianus: *Deren, deyren, nocere, officere, obeſſe, urgere. Dere, deyre, nocumentum, offenſa, noxa, diſplicentia.*

Ne ſi tara, ne ſit nocens, ne noceat, Notker. Pſalm. XXVI, 6. *taron*, nocere, id. Pſalm. XXVII, 4. Idem XXXI, 10. *daz ir nobein tara geſche-*

geſchehen ne muge, ut eis nulla noxa fieri poſſit. Idem Pſalm. XXXII, 8. *teneenne ze taroune*, cuiquam ad nocendum.

Unterwgo, innocentia. Notk. Pſalm. XLIV, 11.

DERTSCHE, TERTSCHE, tartſche, parma, ſcutum.

Jus Argent. cap. Von Dertſchen. CXXIV. *Unſer Herrn ſint vbereinkomen, das man dekeine unſer burger kein tertſche ſol faren loſſen.* i. e. Domini noſtri convenerunt, ut nemini noſtrorum civium parma remittatur. Videntur mihi cives tum temporis acquirentes jus civitatis, ſolvere aut præſtare debuiſſe ejusmodi parmas civitati, ſicut hodie *Feuereimer*. Kilianus: *Targie, Parma, cetra, clypeus, ſcutum. vulgò Targia. Germ. Tartſche. Gall. targe. Ital. Targa. Hiſp. Tarja. Angl. Targat. Thireos ſcuta patria Gallos vocaſſe, eademque etiam hodie Tarian Britannis dici, ſcribit Guil. Camdenus.*

[DERPER, azyma. Gloſſ. Monſ. p. 321.]

DERZON, vocabulum hoc Lindendrogius & ex eo du Freſnius receperunt, ſed vox nihili eſt, vera lectio Heroldiana, *Iderzon, Ederzaun*, eſt enim compoſitum ex Ider, Eter, & Zaun. *Etter* quid ſit infra exponitur, *in voc. Eren.* ſcilicet Intergerinum quid, murus, paries vel ſepimentum quo villa vel curia ab altera ſeparatur & definitur.

DES, cujus, ejus. c. 5. *deſan*, hanc. Prol. hunc. c. 38. *deſem*, his. Prol. p. 18. *deſui*, hæc. (*deſiu*, non *deſui* habet Kero. Prol. & paſſim.) *deſeru*, hic: (hac notat Prol. c. 7.) *deſeer*, hic. c. 7. *deſe*, hi. c. 5. *deſer*. is. c. 25. *deſſes*, hujus. Prol. *deſan*, hunc. c. 38. *deſur*, horum. c. 1.

DESTEHALT, vid. *Halten*.

DETARV, Otfrid. III. 24, 78. *Thaz detaru ther unillo*. i. hoc fecit ejus affectio. Contractum ex det-iru.

DEU, qui. Kero, c. 8. quam. c. 10. *Deu denne pikiunit*, quam dum incipit. c. 9.

DEVSEN, Deutſchen, Teutones, Carm. de Bell. Carol. in Hiſp. ℣. 3856. Vid. ſupra v. *Alemann*.

DEUTEROSIS, heizzent Judæorum literæ, an dien milia fabularum ſint, Notker. Pſalm. CXVIII, 85. Ejus primam mentionem in monimentis Chriſtianorum in Juſtiniani Novell. CXLV. obſervat Morinus Exerc. Bibl. Poſt Talmud Hieroſolym. ex Talmude Babylonico à Phariſæis compilata: Herbert. Thorndicius de rat. ac jure finiendi controverſias Eccleſiæ, c. 30. p. 584. *Ejus*, inquit p. ſq. *ea eſt rotunditas, atque adeo elegantia, in exprimendis doctorum deciſionibus, ut videri non poſſit, niſi eis Romani Imperii temporibus ſcripta, quibus, cum Imperio, literarum etiam elegantia ſtetit ac floruit. Etenim, in Judæorum etiam ſecuta ſcripta ac ſermonem, eandem incubuiſſe labem ac corruptelam manifeſtum eſt, quæ Græcorum pariter ac Latinorum ſtudia ac literarum monimenta occupavit.* Conf. Cujac. *ad d. Nov.* du Freſn. *Gloſſ. Græc.*

DEWEDER *nimen*, Notk. Pſalm. XXVI, 1.

Der mir dewedер neme, qui me auferet ei. Conf. inf. *Weders*.

DEWIT, *kideuuiti*, digeſti. c. 8. *Unfardeuuiti*, indigeries. c. 39. Kero.

DHEMAR, crepuſculum. Hymn. 3, 7. Hodie *Demmerung*.

DHEMU, cui, wem, Interrogativum. Iſidor. Hiſp. contra Judæos: *dhemu in pſalmoni chiquhedann uuard?* cui dicitur in pſalmis?

DHOLE, tholus, locus concameratus & ære inductus, in quo aqua igne ſuppoſito, dum lavatur, calefit. Cujusmodi tholi paſſim apud Alamannos in ædium inferiorum angulis conſpiciuntur, retinentque nomen Græcum vetus. Et quis ſcit, annon uſus ejus ex Græcia ad nos per milites noſtros bellorum ſacrorum, quos vocant, pervenerit? *Goldaſt. T. I. Rer. Alem. p.* 126. Waſchkeſſel.

DHVO, da, quando, Iſidor. de Nativ. Chriſti c. 2. & paſſim.

DIA, qui: Kero. Prol. p. 18. c. 18. *durh dia*, per quam. c. 7.

Diaſelbun, ipſa. Prol. p. 18.

DHIUUUEDERU, viciſſim, hinwieder, Iſid. c. 4, 4.

[§. 7. denuo hæc vox occurrit, ſed in duas diſtincta, *dhiu hwederu*, & ita quoque in editione Paltheniana. Notat autem Palthenius, idem eſſe ac *tho widaro*. p. 406.]

DIACONA, Levitæ, Tatian. C. XIII. 19.

DIADEMEN machen die Weiberlinnen an den Höptern wie die Heiligen in der kirchen, *Geiler. Narrenſchiff fol.* 28.

DICHE, (*dike* legitur c. 63.) petat. *Dikit*, petierit, petit. c. 61. *Dikii*, petitionis. c. 58. petitionem. c. 59. *Digi*, petitionem cap. 58. petitione. c. 59. Kero.

[Gloſſæ Monſeenſ. *Digi*, interceſſionem. p. 403. *digit*, intervenit, p. 394. *diccentiu*, adorans. p. 395. *thigi*, preces. p. 403.]

[Othilo Emmeramenſ. in precatione Theotiſca in Pezii Theſ. Anecd. T. I. P. I. p. 419. voce *Diga* pro *interceſſione* ſæpe utitur, ita locutus *Hilf mir durh die diga Sanctæ Mariun euuiger magidi, ioh durh die diga Sancti Michaëlis, unta alles himiliskeu heris, unta durh die diga Sancti Johannis Baptiſtæ — unta durh aller dero chindline diga die durh dih erslagen wurtun ab Herode*, &c.]

Otfridus habet *Thigen*, petere, *thiggen*, vovere. I. 4, 25.

Zu Gote thigiti.
Ad DEVM oraret.

& ℣. 34.

Siner eregrehtin uuarun thiggenti.
Ejus Majeſtatem erant adorantes.

Idem I. 17, 44. & 124. (V. 21, 32.) V. 16, 78. V. ult. ℣. 306. III. 4, 88. c. XI. 22. V. 23, 98. Idem ad Ludov. ℣. 16.

Thes thigge io mamogilih.
Hoc voveat unusquisque.

Githig,

Gitbig, votum, desiderium, Otfrid. V. 23. 107.

[Scherzius in Not. statuit *gitbig* hoc loco notare *cupidum*, uti & Stadenius Explic. Voc. Germ. Bibl. p. 245. cui *gitbig* idem est ac *geizig*. vid. inf. *Githig*.]

Luttera digi, puras preces, Notk. Psal. XXV. 6. & Psal. XLIX. 14.

Dine dige antuuurte demo Hobesten. vota tua redde Altissimo. Otfrid. V. 25, 70. *theroselbun missidato thigib*, illa peccata deprecor.

Zi himile si digeten, Fragment. de B. H. ℣. 2879.

Liber Salicus Monasterii Ebersheim. *Es sol ouch nieman buwen noch dichen uf die Almende one eines Abbates orloup.*

Idem de Curia dominica in Grussen eadem habet, atque pro verbo *dichen* habet *angriffen*, occupare, apprehendere.

Bidihen, apprehendere. Otfr. IV. 30, 27. *Thes huses bidihan*, templum apprehendere ad destruendum. Conf. sup. suo loco in B.

Thichozen, suplicare.

Fragment. Carminis de Samaritana:

Herro ih thichoze thir.
Domine supplico tibi.

Ubi Lambecius L. 2. Bibl. Cæs. annotat: *Thichosen pro supplicare alicui tangendo braccas ejus vel caligas vel quamcunque aliam cujuscunque vestitûs partem infimam*, quasi scilicet à caligis denominaretur. Sed potius à *thih*, femora. Vide supra v. *deob*.

[Paltheniana hujus Fragmenti editio habet *Herro ih thicho ze dir.* Domine ego oro ad te. Ad quem locum notat Palthenius. *Tiggia* Su. est emendicare, *Tiggare* mendicus. *Tigge brödere.* Dan. *Bettel-Mönche.* Mirum ergo est, virum eruditissimum, qui hoc fragmentum primus produxit (Lambecium) hic in longe alia abire, & non animadverso satis plane sensu, ritum supplicantium, tangendi caligas, huc trahere. p. 425.]

Gloss. MSS. AS. *Sollicitat*, *tychtit*.

DICTEN, DIHTON, dictare, scribere. Kero: *Dictetemu*, dictante. Prol. *dictontemu* dictante. c. 2.

Otfrid. ad Ludovicum R. ℣. 173.

Themo dihton ih thiz buab,
Oba er thaz habet ruab.
Huic scribo (dedico) hoc volumen
Si quâ ejus habeat curam.

Dechtenne, dictare, rescribere. Jus Augustan. *nit ze richten noch ze gebietenn noch ze dechtenne.*

DIE, qui. Kero. Prol. p. 17.

DIEHEN, crescere, gedeyen hodie, Notk. Psalm. LIII, 2.

Diehsemin, flos ziphæorum, ib. ℣. 4. Psalm. CIII, 13.

V. inf. *Diuben*. Notk. Psalm. CVI, 38. *Er hiez sie uram diehen*, benedixit eis. i. jussit ut multum augerentur.

[*Diban*, proficere. Gloss. Monf. p. 368. *dichent*, grossescunt. p. 385. *dichemo*, vino pingui. p. 340.

Dichi, sylvam. p. 324. Sylvas. p. 331. crassitudo. p. 328. *dichi reganes*, pluviam imbri. p. 345. (hodie *diker regen*) *dicher*, nemorosus. p. 340.

Dichirer, grossiora. p. 340.

Dieco giehiez er mir sine cuonst. Sæpe promisit mihi suum adventum. Willeram. Cant. Cant. I. 2. Merula legit *thicco*. Est istud *dicco* vel *thicco*, à *thik*, spissus densus. Prorsus ut latinis Scriptoribus *spisse* ac *dense*, ponuntur pro *sæpe*. Junius Not. ad h. l. p. n. 3.]

DIEM, his, quibus: Kero. c. 2. *diem lustim*, quibuslibet. c. 7. *fona diem selbon*, de ipsis. c. 4. *in diemes*, in quæ, seu ut aliæ edit. habent, in quibus. c. 7.

DIEN, his, iis, denen. Notk. Psalm. VII, 14. passim.

Dien, der, Notk. Psalm. XXI, 15.

DIENEN, DIENST, servire, ministrare, servitium, ministerium. Conf. supra *Deonon*.

Dienstmann, *Dienstlüte*, *Diener*, Ministeriales, Domestici. Vox generalis quidem, Notk. Psal. LIII, 5. *Saul unde sine ministri*, *dienistman*. Psalm. CIV, 20. Id. Psalm. CIII, 14. *Dienestman kotes uuorto*, ministri Verbi DEI. Otfrid. I. 19, 3. *Thionostman guater*, Minister bonus. Sed speciales obtinet significatus. Atque

I. Nobiles & Milites.

Primis temporibus species Nobilitatis fuit, iique inter Nobiles dicti Ministeriales, qui ministeria ac servitia vel militaria vel aulica obirent, & contradistincti fuerunt Nobilibus liberis ex unâ parte, & plebejis ex altera parte, ut mox dicemus. Ministeriales MILITARES etiam *Militaris reda* vocata, h. e. Reite, expeditio. Chron. MS. Monasterii Ebersheimensis de donatis tribus Curtibus primariis à Dagoberto Rege Ecclesiæ Argentoratensi, ait: *His curtibus subjecta familia trifariè secernitur. Prima Ministerialis, quæ etiam militaris reda dicitur, adeo nobilis & bellicosa, ut nimirum liberæ conditioni comparetur. Secunda Censualis. Tertia servilis &c.* plenius retuli *Comm. ad J. F. Alem. c. LXXXIX. p. 360.*

Chron. Laurisheim. de Henrico IV. p. 78. *At vero milites Ecclesiæ tam ministeriales, quàm* (cæteri) *nobiles viri, Prælati, zelo justitiæ succensi, barbaris servire indignè ferentes.* Conf. Jus Argent. Lib. I. c. 2. de judicio Sculteti: *Hie nimet man us die Dienstlüte: ont des Bischofs gesinde. und die ambaht hant von dem Bischofe.* textus Latinus: *Præter Ministeriales, & eos qui sunt de familia Episcopi, & qui ab ipso sunt officiati.* i. Vasalli: Domestici: & officiales. primi sunt nobiles, secundi & tertii mixti.

Item Constit. Arg. an. 1270. *Es ist ufgesezet das XII oder me tut es not, ersamer und biderber lüte. mise und bescheidene, so unter dienstlüten so under burgern. werdent gesezt alle jar ze ratlüten dirre stete.* ubi *Dienstlute* Nobiles aliàs & *Constoffler* dicuntur. Hinc consequitur, non omnes Nobiles esse

esse Ministeriales, sed eos tantum, qui servitia Domino suo præstant. Deinde, nec omnes Ministeriales esse Vasallos, etsi plerique sint, h. e. feudalium fundorum possessores. Vide si lubet. *Comm. ad J. F. Alem. c.* 1, 20. *p.* 37.

Nam dari etiam *milites* ministeriales *sine feudis*, opidò ex vetustis Diplomatibus docui d. *Comm. ad J. F. A. c.* 89. unde recte Freherus in Glossis suis: *Ministeriales junguntur vasallis, diversi tamen ab illis.* Confer eundem *ad Petr. de Andlo L.* 2. *c.* 13. *pag.* 198. & in *Orig. Palat. pag.* 82. Certè *Principes* & *Ministeriales Alemanniæ* in Regesto Innocentii III. Papæ *T.* 1. *edit. Baluz. p.* 705. junguntur ùt Principes & reliqui Vasalli Imperii. Nec Fœminis denegatus hic titulus: Charta Donationis Monasterii Altenburgici in Misnia de an. 1237. *Berchta Ministerialis Imperii* cum consensu fratrum Werneri & Heidenrici areas quasdam Monasterio contulit.

II. Nobiles Palatini.

Deinde Ministeriales Imperatoris aut Regis dicti Ministri aulici primarii imprimis, ut Seneschallus, Buticularius &c. *Kapitul. de Villis Carol. p.* 338. Item Kapit. de Ministerialibus Palatinis. p. 341.

Sed & Episcopi, Abbates & Comites habuerunt quoque suos Ministeriales. *Kapitul. Caroli M. an.* 812. *c.* 2. *Carolus* Crassus ùt putatur, *Constit. de Expedit. Rom.* Vide *Comm. ad J. F. Al. c. VIII. §.* 10. *sq.* Hi temerè se subtrahere volebant à servitiis militaribus.

Vide Diploma Henrici IV. ap. Hundium Metrop. Salisb. p. 285. ibi: *Offeruntur viri militares, qui dicuntur Ministeriales, cum prædiis & possessionibus suis, quos domi forisque custodes lateris habebat, quibus etiam jura statuit, ut Monasterii gloriam teneant.*

Carolus M. Kapit. III. an. 811. c. 4. recensens causas & abusus, quod homines sive vasalli exercitalem obedientiam, quam *Heersfolge* vocamus, dimittere soleant, ait: *Quod Episcopi & Abbates sive Comites dimittunt eorum liberos homines ad casam* (domum, nach hause) *in nomine Ministerialium.* (i. sub prætextu suorum Ministerialium & ob id exemptorum à militaribus servitiis) Quales autem fuerint isti Ministeriales, mox enumerat: *Hi sunt falconarii, venatores, telonarii, Præpositi, decani, & alii.* Hi jure ac moribus Alemannorum pro Propriis, *Eigen*, habiti, in honorem tamen Principum, quorum fuerunt, vocati honestiori vocabulo, *Dienstlüte.* Jus Alem. Provinc. c. CCXCVII. *§.* 4. *Man sol wissen, das niemant Dienstman haben mag mit recht, dann das Reich und die Fursten, wer anders spricht, das er Dienstman habe der sagt nicht recht. Sie sint alle ir aigen die sie habent. All Dienstlewt heissen mit recht aigen lewt, Man eret sie nur mit disem namen, darumb das sie der Fursten aigen sint. Wer Dienstman ist der mag mit recht nicht aigen lewt haben. Wann ein ieglich man der selb aigen ist, der mag nicht aigner lewt haben. Spricht er aber das er aigner lewt habe, dieselben seint des Gotshaus des er ist zu aigen, oder sines Herren der ein Leien Furst ist.* Hundius in Metrop. Salisb. pag. 244. refert rhythmos de fundatoribus Monasterii in Bavaria Malersdorffii Ord. S. Benedicti, inter quos hæc ad finem:

Diss Gotteshaus auch trew Diener,
Aigen, und Amptleuten &c.

Horum Ministerialium munera quatuor recensentur in Jure Feudali Teutonico, *Truchsez, Kamerer, Marschalgk & Schengke*, atque hæc officia quoque jure feudi data, quod dicitur *Hofrechtlehn*, ad descendentes quoque transmissa, ministeriales *Natos*, zu hoffrechtlehn geborne Dienstmanne, *J. F. Alem. c.* 113. & *Sax. Feud. c.* 63.

Hi Palatini Ministeriales peculiari quidem sed vario jure usi. Jus Prov. Alem. c. CCXCVII. §. 2. *Nu sol sich niemant lassen wundern, das dis puch so lützel saget von der Dienstlewte recht. Wann ire recht seint so manigfaltig das ir mit schreiben niemant zv ende komen mag. Under ieglichem Bischoff und Abten und Abtischin die gefurstet seint habent die Dienstman sunderbare recht. Und unter den Leyen Fursten habent si auch sundere recht. Des Reichs Dienstman habent auch besundere recht.* Conf. J. S. Prov. L. 3. c. 42. §. 1.

Huc facit & vetus Diploma:

Nos Johannes Comes de Nassauve universis præsens scriptum visuris ac audituris volumus fore notum. Quod mera & spontanea nostra voluntate & de consensu ac voluntate fratris nostri Henrici Comitis de Nassauve, dedimus & donamus publice per præsentes, Nobilibus Viris, nostris consanguineis precordialissimis Symoni ac Johanni fratribus & Comitibus de Spaynbeym, Heynemannum de foro Caseorum *ac suam legitimam Meytildim, opidum in* Ministeriales. Herbem, *cum ipsorum pueris utriusque sexus, ob grata ipsorum obsequia & amicicias, dictis nostris consanguineis, exibita & impensa, eo jure, quo ipsi nobis attinebant & exstiterant obligati, in cujus rei robur & evidentiam plenioren, sigillum nostrum una cum sigillo fratris nostri Comitis prædicti, in testimonium promissorum præsentibus est appensum. Datum anno Domini M. CCC. XII. in Ecclesia beate Margarete Virginis & martyris.*

Dixi Nobiles Ministeriales oppositos Nobilibus Liberis, *den Freyen Herren.* Rupertus Imp. an. 1402. *Als unser Liber Getruwer Wilhelm von Reys Ritter Unser und des Heiligen Richs Dienstman bisher gewest ist, des haben wir angesehen dankneme dinste und truwe die uns derselbe W. dicke bewiset hat und auch furbas bewisen sal und mag in kunftigen zyten und haben darumbe yn und sin erben gefriet, und frien sie auch in crafft dises brieves, Alss das er und sin erben vorbaz niet mee unser und des Richs DIENSTLUTE, sunder FRYE sin sollen. Orkonde* &c. Ab utrisque

videntur porrò differre *die Diener*, qui & ipſi Nobiles & vaſalli, ſed arctiùs ligati, ùt Ligii. Exemplum res illuſtret. Hermannus de Roſenberg, Domini Eberhardi de Roſenberg, Advocati de Durne filius anno MCCCXLIII. factus fuit *Diener*, Rupertorum Palatinorum Senioris, & Junioris, mediante *dem Huſe zu Mure*, his verbis: *Das ich gelobet habe mit gutem truwen an eydes ſtat, das ich der N. Diener ſin ſol, und in mit mime huſe Muren, und mit mime ſelbs libe ewicklichen warten und geborſam ſin ſol, wider allmennglichen, nimans usgenomen, noch niñer nimans diener werden ſol, an irem willen wiſſen und geheiße, oder ire erben, die Herrn zu Heidelberg ſin, ob ſie nit en weren. Und ſunderlichen mit furworten des, des Heidelberg danne were oder iſt, und deſſelben erbe, ſo derſelbe nit en were. Were auch das vorgen: mine Herren, mine bruder oder geborne mage, die geſwiſter kint ſin, und geſwiſter Dohter, krigen wolten wider recht, odir ire erben, die Herren danne zu Heydelberg ſin, ſo mag ih in, oder die, an die denn das Hus Muren gevallen iſt, mit dem vorgen: Huſe Muren beholffen ſin zu dem rechten wider mine vorgen: Herren oder ir erben. Es ſollen ouch vorgen: mine herren odir — mir odir — von kouffs wegen odir von Erbswegen, wie das kome, tun glicher wiſe als andern iren dienern, die mir odir — glich und gnoſs ſint. Es ſollen ouch mine vorgen: Herren — mich odir — wie das keme von koufs oder von erbswegen verſprechen und beſchirmen zu minem — rechte — glicher wiſe als andere ire diener, die mir oder — glich und gnos ſint.* Ab hac Ligiorum vaſallorum conditione liberati manſerunt tamen vaſalli non — ligii, ſed liberi. *Vid. & Comm. ad J. Feud. Alem. Rubr. §. XVI. & ad Cap. V. §. ult. & ad Cap. XXVI. §. 2.*

Dixi ſupra Miniſteriales ab his qui ſunt *de familia* Domini, diſtingui. id quod ſic habeas, nimirum ùt ſpecies à genere, nam & Miniſteriales palatini ſeu aulici *Dienſtlüte zu Hoverecht* ſunt etiam de familia, *des Geſindes*. Sed propter prærogativam nobilitatis præferuntur reliquis de familia. Docet hoc Conſtitutio Ottonis M. de Miniſterialibus Magdeburgenſibus Archi-Epiſcopi & Abbatis ibidem: *Statuit de FAMILIA utrarumque Eccleſiarum, quas tunc partitus fuit; Quod ſi quis de ordine MINISTERIALIUM Archi-Epiſcopalium uxorem duceret de Miniſterialibus Abbatiæ: matrem cum pueris poſt patrem Archi-Epiſcopo attinere debere. Eodemque ordine, ſi Miniſterialis Abbatiæ uxorem duxerit monaſterialem Archi-Epiſcopalem. Hoc etiam de familia Litonum, ſicut nunc ſervatur, ſtatuit; idemque jus de FAMILIA Præpoſituræ majoris ſervandum conſtituit.* Chron. Magdeb. à Meibomio editum Tom. II. pag. 273. Quos *Litones* vocat, ſunt Liberti & Miniſteriales plebeji. Similem conſtitutionem in domo Bavarica vide *L. I. Inſtit. Jur. Publ. t. VII. 4.* itemque apud Hund. *in Metrop. Salisb. pag. 310.* ibi: *Siquis Miniſterialium extra ſui Monaſterii Collegium, Matrimonium contraxerit, omne patrimonium cum feudo ab eadem Eccleſia conquiſito liberè & ſine omni contradictione Monaſterio ſuccedat, nullo malo ingenio ad alienand. præveniente.*

Hi Miniſteriales de miniſterio ac munere ſuo etiam inveſtiti. Chronic. Oldenb. c. VII. apud eundem Meibom. T. 2. p. 145. *Fridericus Imp. Barbaroſſa humiliavit Ducem Henricum Leonem, privans clypeo, gladio & caſtris, & obedientiâ ſuorum. Et dedit ſuis Miniſterialibus & Advocatis prædia & Caſtra quæ à Duce habuerunt.* Hinc formula: *Jure Miniſteriali* judicia exercere, quod opponitur *More Principis* in Chron. Oſnabrug. ibid. p. 217. ubi de *Militaribus* (Miniſterialibus militiæ) *de Varendorpe Judicium* in Diſſene cum ſuis inibi villicis circumjacentibus — quod ipſi ab Eccleſia Oſnabr. indubiè habuerunt *in feudum* ùt ſubditi & Miniſteriales Eccleſiæ. Hi vocati *belehnte Vögte*, Advocati inveſtiti, & feuda Advocatiæ: item Salemanni & fide Salemannica obligati. Vide infra *Salman.*

Quorſum etiam pertinent Caſtrenſes, *burgmanne*, qui de feudo caſtrenſi inveſtiti. Rupertus Imp. in Confirmatione Dominiorum, bonorum &c. Domini Colonienſis an. 1401. *Item ne ipſius Archi-Epiſcopi ſubditi, ſive ſit Nobilis, ſive Miniſterialis, aut Caſtrenſis ſeu cujuscunque conditionis alterius.* Sequuntur enim

III. Miniſteriales plebebji.

Hi primò *Officiati* fuerunt, uti Miniſterialibus contradiſtincti in Jure Argentoratenſi, quod modò allegatum. Deinde acceperunt reſpectu officiorum ſuorum ſive in aula ſive in præfecturis vel alioquin, certos cenſus aut fundos in miniſterium, h. e. jure feudi. Denique etiam Nobilitatem quæſiverunt & Miniſterialibus adæquari. Qua de re horum querelas retuli in *Comm. ad J. F. Alem. c. 1. §. 24. p. 41.* quæ deſcribi huc non oportet. Cæterum miniſteriales jure veteri Salico inter mancipia & homines proprios ſub Majoribus villarum relati, L. Sal. ex edit. Heroldi t. XI. §. VI.

Dienſt, domeſticus. J. Arg. L. II. c. 153. *Wer och das ein dienſt, es ſie die Vrowe, Knecht oder Jungfrowe.* i. Siquis de familia, ſive ſit Materfam. ſive ſervus, ſive ancilla.

[*Dinogane*, ſervitus erat, qua Epiſcopi & Eccleſiaſtici judices (cives Spirenſes onerabant, q. d. *an dienſt geben*, à qua cives Spirenſes liberavit Philippus Dux Sueviæ, Henr. VI. Imp. frater, in Diplomate 12. Kal. Febr. ao. 1198. ap. Lehmann. Chron. Spir. L. 5. c. 69. Reineſ. Vocab. Theot. MSC.]

DIET, gens, vid. *Deota.*

DIEZZEN, reſonare, brauſen, Notk. Pſalm. LXVIII. 2. *die uuazzeren ieogelicho diezzent in ſturme unde ſtrite.* qui undis ſemper ſimiles, reſonant in æſtu & pugna. Idem Pſalm. eod. ℣. 15. *Sie diezzent in iro ſturme alſo dratiu uuazzer.* Reſonant æſtu ſuo ſicut præcipites undæ. Idem Pſalm. CXLIII, 7.

DIGI, preces, vide *Diche.*

DIH, Te. Kero Prol. p. 16. & ſæpius.

[DIHHEINIGES, cujusdam. Gloſſ. Monſ. p. 351. v. *Dehein.*]

DIHM,

Digitized by Google

DIH.

DIHM, DOHM, fœnum ſecundarium, *Omat*, *Grumet*.

Dihmengelt, vectigal ex eo, *Webu. Beſ. Speid.*

DIL, *anetum. Gl. ASax.* [*Tili*, anetum. Gloſſ. Monſ. p. 389. *Tilli*, anethum. p. 414.]

DILEN, FARDILEN, fundare, fundamenta jacere, *Iſidor.* c. 2. §. 1. [In edit. Palthen. legitur *Fordila unas*. Putat autem Palthen. in Not. p. 398. legendum *fordilant unas*, quaſi dicas diſtribuens erat, Germanice *verteilend*. Accurate enim momenta diſtribuit, qui aliquid uti in textu eſt, appendit.]

Ardilen, delere, Iſid. c. 5, 5. *vertilgen*. Vid. A. & *Firdil*.

DIN, iis, denen Tatian. c. 2.

DINEEM, tuas. Kero. c. 7.

DINERO, tuo. Kero. Prol. p. 17.

DING, THING, THINGA, Spes.

Willeram. in Cant. Cant. c. IV. 14. p. 73. n. 33. *Thie biro* [Die iro] *herza an themo thinga* [in demo gedinge] *geneſtenont*. i. e. qui corda ſua per ſpem confirmant. Idem in Latina paraphraſi:

Dum nihil ex meritis præſumit quisque fidelis
Spem revocans in me &c.

Quod non capiens interpres Belga, tranſtulit: *Die haer herte op een ding veſtigen*, &c. i. in re aliqua.

Gethinge, ſpes, fiducia. Willeram. *in Cant. Cant. cap.* 3, 11. *pag.* 55. *n. c.* 24. *unde er gethinge hauet thaz er* [unte ir gedinge hat daz ir] *cumet in atria*. i. & vos ſpem habetis, ut veniatis in atria, &c.

Idem pag. 35. 44. 52. 128. noſtræ edit. p. 17. 20. 23. 54. In omnibus his locis legitur in noſtr. edit. *gedinge* & *gedingon*.

Fragment. de Bell. Hiſpan. *v.* 2016. *Ain lobe unt ain gethinge*: una fides & una ſpes.

Kedingi, ſpes, Notker. Pſalm. IX. 12. *Gedang.* id. Pſal. LII. 7.

Gedingen an Got, in DEVM ſperare, Notker. *Pſalm. IV. ſi. V. ſi. VII. XV. & paſſim.* Otfr. *in Orat. Domin. Petit.* 2. Regnum DEI interpretatur: *Dazh ewige dara alla gnote zhuo dingent*. i. æternum illud, ad quod omnes boni ſperant. Idem Evangel. V. 23, 324. *si himilriche thingent*: ad regnum cœlorum ſperant, anhelant. Et II. 12, 138. credere, ſpem ponere in meritum *Chriſti*.

Zv Gote gethingen, in DEVM ſperare, votum DEO facere, *Fragm. de Bell. Hiſp. v.* 1283. 1606. 4303.

Otfr. II. 21, 2. *zi Got thingen*, in DEVM confidere.

[Mavult Scherz. in Not. hunc locum reddere Ad DEVM loquaris.]

Idem III. 17, 126. III. 1, 48. & 85. V. 20, 218. Willeram. p. 44. 143. p. noſt. ed. 20. & 61. utroque vero in loco legitur *gedingon*.

Freherus. „*Gething*, ſpes. ita uſus eſt hâc voce. Willeramus p. 24. 44. 52. 55. 75. 113. 128. 143. 147. 150. (edit. Raphel.) non eâ quâ interpres accepit ſignificatione pro re, cauſa, lite, judicio (quanquam & hæc alias ſignificat) ſed ut ante dixi, pro SPE. Idque ex locorum illorum inſpectione, & cum Latinâ Paraphraſi Metricâ collatione eſt evidens. Neque aliter Otfridus & Notgerus hâc voce utuntur, quam & ſcribunt *Gedinge*, *Kedinge*, Thinge. In Pſalmis paſſim: *Domine ſpes mea*, *Druhten min gedinge*. Item: *In te ſperavi*, *An dich gedincta ich*. Et rurſus: *In te ſperabo*, *Ih gedingo io an dich*. Pſ. 51. *In fide, ſpe, & charitate*, *In gloubo, kedingi, unde minnon*. Pſal. 131. *In re, non in ſpe*, *An ſelbemo dinge, nals in gedingi*. Quibus locis quid clarius? Neque aliud eſt in Jure Saxonico Feudali *Gedinge*, quàm ſucceſſio feudi in ſpe poſita, aut Spes ſuccedendi, vulgò Exſpectantia, ut Speculi Sax. Art. XXXIII. & Lehenrecht Tit. V. & XXXII. quod nec Interpretes domeſtici ſatis intellexiſſe videntur. Pſalm. II, 6. „ Hæc Freherus.

then Fader geiſtlicho fran.
Uuant er ſuachit filufram
thrato rehte betoman.
Ut adoraverint veri adoratores
Patrem ſpirituali fiduciâ.
Nam is quærit undique
valdè rectos adoratores.

[Cod. Vindob. legit *geiſtlicho fram.* i. e. valde ſpiritualiter. Scherz. in Not.]

Rhythm. de Ludovico R. *Frano ſang*, ℣. 92. præcinebat confidenter. Sed magis eſt, ut ad *Lioth* referatur, & intelligatur Litania, vide ibi notas, & infra *Frono*.

Franſpuoto, proſpera, Notk. Pſal. XXXVII. 21. Pſal. LXII. 7.

Vide *Spuodi*, ſubſtantia.

FRANGON. Otfr. IV. 19, 126. vitioſè, legendum *Fangon*, *fangen*, captare.

[*Friſtfrangon* hoc loco indigitare *incitationem*, *eine anfriſchung*, ex textus circumſtantiis apparet, ſed quid vocabuli id ſit me ignorare lubens fateor. Scherz. Not. ad h. l.]

Digitized by Google

FRA.

FRANK, Celticum, Liber.

Cluver. III. Germ. Ant. 20. Petav. P. I. Ration. Temp. L. VI. c. 13. Conf. Pontan. L. II. de Orig. Franc. VII. p. 149. & L. III. c. 1.

Scrieckium L. XIII. Orig. Celt.

FRANK, FRANKEN, FRANCI, populus, cujus regio FRANCIA. *Thiote Frankono*, populus Francorum, Otfrid. ad Ludov. R. ℣. 180. Prima mentio Francorum in Seculo III. poſt N. C. à Trebellio & Vopiſco: Cl. Mamertino. Quod enim Fredegarius *Scholaſt. c. 2. Excerpt.* Ado Vienn. Aimoinus aliique ferunt de Valentiniano Imp. quod ille Francos linguâ Attica â ferocitate, duritia atque audacia vocari voluerit; rectè exagitat H. Jun. in Batav. c. 9. pag. 134. Pontan. de O. Fr. II. 5, 7. & III. 1. ſqq. Velſer. Rer. Vindel. c. 4. Wendelin. Gloſſ. Sal. v. Francus.

Francorum nomen apud Ciceronem *L. XIV. ad Att.* 10. (quod urget Molinæus *de Orig. & Progreſſ. Monarch. Francorum. n.* 65.) ſpurium eſt. B. Rhenanus reponit: *Vangiones.* meliùs Jo. Iſac. Pontan. 2. *Orig. Franc.* 4. emendat: *Fangones*, qui ſunt Punicæ proſapiæ. Sic apud *Oroſium* pro Franco Marſorum imperatore, ex Appiano corrigendum *Afranius*, eodem obſervante. Neque Strabo eorum mentionem facit, ſed pro Βρέγκων καὶ Τερούνων, Lib. IV. quos vicinos Noricis Alpibus locat, legendum Βερούνων καὶ Γερούνων, Idem II. 7, 25. V. Obſ. ad Chron. Königsh. Vorburg. Vol. III. p. 304.

Franciæ nomen primò hodie legitur in Eumenii Panegyrico. *Quid loquar intimas Franciæ nationes non jam his locis, quæ olim Romanis invaſerant, ſed à propriis ex origine ſuis ſedibus, atque ab ultimis Barbariæ littoribus avulſas, ut in deſertis Galliæ regionibus collocatæ, etiam pacem Romani Imperii cultu juvarent, & arma dilectu?* Et poſt: *Affeciſti pœna temeritatis reges ipſos Franciæ, qui per abſentiam patris tui pacem violaverant.*

Conſpiciturque in nummo Trevirenſi Conſtantini M. in cujus averſa parte legitur: FRANC. ET ALAM. i. e. Francia & Alemannia ſcil. victa. *Du Fresn. Diſſ. de Numism. §. LV. adjecta Gloſſ. Lat.* & Morell. *Specim. p.* 82. Spanhem. *in Julian. Orat. I. p.* 225. Itemque in Tabula Peutingeriana, quæ ſub Theodoſiis depicta, ex una parte inter Chamavos ultimos Rheni accolas, ad Oceanum, (qui poſtea etiam ſub Francorum & Fœderis Francici nomine venerunt, ùt & alii vicini populi trans Rhenum) ex altera parte inter Bructeros è regione Agrippinæ: poſt quos Suevi & Alemanni, à Mœno usque ad Merid. Quos Chamavos Tubula vocat, eos S. Hieronymus Saxones appellat in vita Hilarionis: *Inter Saxonas & Alamannos gens non tam lata, quàm valida apud hiſtoricos Germania, nunc verò FRANCIA vocatur.* Trebellius Pollio Francicorum auxiliorum, quæ Romanis militarant, meminit: *Contra Poſthumum Gallienus bellum incepit: & cum multis auxiliis Poſthumus juvaretur, Celticis ac Francicis in bellum cum Victorino proceſſit.* Jam tum

FRA.

Franci populus fuit confœderatus ex Chamavis, Sicambris, Bructeris, Chaucis, Cheruſcis, Chattis, &c. quod rectè obſervavit *Cluver. de G. A. l. III. c.* 20. & Aut. *Monum. Paderb. p.* 85. Hinc Francorum alii Salii, qui in Romano ſolo cis Rhenum apud Toxiandriam locum ad Iſalam habitacula fixerant, quos Julianus ſub imperium redegit. *Amm. Marc. l.* 17. Poſtea Honorio & Theodoſio jun. imperantibus Romani præſidia ſua Rheno abduxerunt, teſte Zoſimo, tunc Salii ſeu transrhenani Franci firmiora habitacula fixerunt. *Alting. P. II. Germ. Inf. Notit. v. Campinia.* Alii.

Athuarii, trans Rhenum è regione Agrippinæ, de quibus Amm. Marcell. Lib. XX. §. 10. refert, quod regio Francorum, quos Atthuarios vocant, inquietorum hominum, licentius etiam tum percurſantium extima Galliarum, trans Rhenum fuerit, ſecura, ſcrupoſa viarum difficultate arcente: nullum ad ſuos pagos introiiſſe meminerant Principem, quos tamen Julianus ſuperaverit negotio levi. Vid. Valeſ. in Marcell. In tabula *Bructeri* dicuntur, quos cum *Franconibus* malè confundit *Chiflet. Vindic. Hiſp. c. IX.* v. M. Freher. *P. I. Orig. Pal. de pago Hattuaria. c. V. p.* 40. P. II. p. 11. H. Jun. c. 9. Batav. p. 153. Pontan. Orig. Fr. II. 7. Tennevr. contra *Chifflet.* p. 4.

Procopius Cæſarienſis Lib. I. de Bell. Goth. refert Germanorum populum circa exitum Rheni antequam ſe in Oceanum occidentalem effundat, *ſuâ ætate Francos* nuncupatos.

Agathias: Francos veteribus ſeculis Germanos dictos ad Rhenum habitaſſe, & ſuâ ætate majorem Galliarum partem occupaſſe, Italiæ finitimos. quod Volaterranus perperam de Franconia intelligit, H. Jun. Batav. p. 155.

Jornandes: Germanos ſuo ſeculo Francos vocatos.

Mamertinus: Francos bellis piraticis infeſtos à Diocletiano ſubactos.

Auſonius, *quâ Francia mixta Suevis.* de victoria ad Lupodunum, ad Nicrum. Freh. Orig. Pal. p. 32.

Vopiſcus in Proculo: Francis familiare eſt, ridendo fidem frangere.

Franci non Gallorum poſteri, V. Vorpurg. Tom. II. pag. 631.

Ripuarii, Lex Ripuar. t. LX. & XXXIII. §. 3. qui in pago Meginenſi (ad Mœnum) nomine Ripuaria non longè ab Andirnachin caſtello habitarunt. *Marian. Scot. p.* 443.

Franci Ripuarii, Ripuariorum nomen, poſt tranſitum ſuper Rhenum, Vorburg. Vol. III. p. 294. à ripis Rheni Moſæ & Moſellæ, Iſac. Pontan. Orig. Fr. Lib. II. fi. Du Fresn. ad Joinvill. p. 183. diſſert, VII. de par les Rives, Ripuarii.

Ripa, trans eam Franci Salii apud Toxandriam-locum habitantes, dedentes ſe cum opibus liberisque ſuſcepit Julianus. Amm. Marcell. Lib. XVII. an. 358. cap. 8. ubi etiam de Tungris Romanorum. de Tungricanis. Lib. XXVII. 1.

Pro-

Digitized by Google

FRA.

Provincia ripuaria, Capitul. Dagob. 630. p. 52.

Pagus Ripuarius. p. 34. Regino Chr.

Lex Ripuaria primò ſingularis contradiſtincta veteri Salicæ. Deinde Jus commune Francorum cis Rhenum. v. Capitul. Lud. Pii. p. 578.

Comitatus quinque in Ribuariis ad Ruram fl. Megenſium. Diviſ. Franc. J. J. P. T. II. p. 66.

Extenderunt enim ſe Ripuarii usque ad Moſellam, ubi Meyenfeld. V. Brouwer. Annal. Trev. T. I.

Etiam ultra Moſellam & inter Saram Ripuarios locat Theodor. de Bry, Leodius, in Charta Rheni.

Franci non iidem qui *Sicambri*. Claudianus:

Ante ducem noſtrum flavam ſparſere Sicambri
Cæſariem, pavidoque orantes murmure
Franci.

Idem: *Qui mihi Germanos ſolus Francosque ſubegit.* Sicambri nempe à Francis ſuppreſſi, *H. Jun. Batav. p.* 168. atque poſtmodum factum ut victor populus victi nomine cognominatus. Venantius Fortunatus Charibertum Francorum R. Sicambrum appellavit.

Remigius Epiſc. baptizans Clodovæum R. Francorum affatus: Mitis depone colla Sicamber. *Gr. Turon.*

Francia prima itaque trans Rhenum fuit. ubi natale ſolum verum & genuinum Legis Salicæ, de qua poſtea. Secunda cis Rhenum, poſtquam primò Franci Salii ad Moſam, Caſtellum oppidum & duo munimenta occuparant, *Ammian. L. XVII. §.* 2. Et apud Toxandriam-locum ſedes fixerant. Etſi verò Julianus Cæſar eos deditos ſuſcepit, an. 358. *Ammian. Lib. XVII. §.* 8. poſtea tamen jugum Romanorum excuſſerunt, ſaltem ſub Clodio R. ante quem nulla ſedes regia Francorum cis Rhenum fuiſſe comprobatum. Poſt Franci & Romani in unum corpus Reip. redacti.

V. Vorburg Vol. V. p. 438. & 467. Hinc in L. Salica Romanorum mentio.

Francorum migratio à mari ad mare, Vorb. Vol. VI. p. 294.

Sigebertus Gemblacenſis, quem ſatis accuratum chronographum æſtimat Conringius, docet ann. 445. demum Clodium R. Francorum ex Diſpargo ſede regia trans Rhenum, tranſiiſſe usque ad Cameracum. Ann. 476. Treverim cepiſſe. An. 489. usque ad an. 497. Galliam totam. Ann. 499. Alemanniam, ann. 501. Burgundiam, rege tandem tributario relicto an. 509. Sic Gallia & Francorum provinciæ præter eam diſtinguuntur in Præfat. Lib. V. Capitular. Franc. Locus Greg. Tur. Infr.

Bedæ continuator ſub imperio Henrici IV. Imp. L. I. c. 10. *Franci parva gens prius & exilis, incredibile quantum brevi adolevit. - Primò maximam partem Germaniæ, procedente tempore totas Gallias occupantes, ſigna ſua comitari coëgere. Unde Lotharingi & Alemanni & cæteri transrhenani populi, qui*

FRA.

Imperatori Teutonicorum ſubjecti ſunt, magis propriè, ſe Francos appellari jubent: & eos quos nos vacamus Galwalas, antiquo vocabulo quaſi Gallos nuncupant. Quibus & ego aſſenſum commodo. Similia verè & Chronic. Königshov. cap. IV. §. 4.

Scriptores qui Francicè vel Alamannicè ſcripſerunt, voce FRANKEN utuntur. *Frankon*, Franci, Otfr. I. 1, 65. 113. 206, 248. Rhythm. de Ludov. R. ℣. 11. 93, 23. Et tam Francos quàm Franciam denotat. *In Vrankon*, in Francia, Rh. de Lud. R. ℣. 55. Jus Aleman. Prov. MS. c. *Von vier Landen.* 144. *In Deutſchen Landen hat ieglich Land ſeinen Pfalzgrafen. Sachſen, Swaben, Paiern, Franken. Dieſe vier Lande waren hievor Königreiche.* Sic & Jus Sax. Prov. L. III. c. LIII. Sed his *Franconia* potius intelligitur, quam vetus Francia Teutonica ad Rhenum. Sic & Franciæ voce uſus *Ekkehard. jun. de Caſ. S. Galli cap.* 1. *pag.* 15.

Franzen, Franci, Fragm. de B. Hiſp. ℣. 3977. 4329.

Francia diviſa in Orientalem & Occidentalem, quibus tertiam ſpeciem addit Chifflet. Vindic. Hiſp. c. 9. ſed ἀμεθόδως, quum ſit ſubdiviſio. *Goth. Viterbe P.* 17. *p.* 473. *an.* 913. Chron. *Königsh. p.* 428. Dividitur enim Francia tota in transrhenanam & cisrhenanam, atque illa Orientalis, hæc Occidentalis hactenus eſt: ſed cum per diverſas diviſiones Regum & Fratrum Francorum Francia occidentalis fuerit partita, itaque & occidentalis in occidentalem propriam & orientalem eatenus diviſa cernitur, quæ ad Rhenum pertingit. Hanc *Orientalem cisrhenanam* vocant Scriptores Latini AVSTRASIAM ſive & Auſtriam, quæ etiam Francia *Teutonica*, Luitprand. L. I. c. 6. Lambert. Schaffn. p. 242. quam Franconiam interpretatus *Du Fresn. h.* ſed minùs rectè, intelligi enim ex contextu venit Germania ad Rhenum & ejus Principes Eccleſiaſtici & Seculares. *Oſtenrich & Oſterland*, Annal. Metenſ. an. 688. Gregor. Turon. V. 14, 18. Pontan. L. V. Orig. Franc. c. 7. Naucler. 27. Verùm cum grano ſalis hæc capienda, ipſa enim Auſtraſia extenſa poſtea etiam trans Rhenum per totam Germaniam. Otfridus de Ludovico I. Rege Germaniæ ℣. 25, 34.

Er Oſtarrichi ribtit al,
So Frankono Kuning ſcal. ubi vide Notas.

Confundit Chifflet. *in Vindic. Hiſp. c. IX.* hæc nomina & rerum tempora.

Teutonici ſcriptores vocant. *Nider Franckenrich*, Chron. Königshov. d. l. *Die Keyſer warent von Dutſchem geſlehte und allermeiſt geſeſſen zv Oche, Worms, Menz und by dem Rine, das dozvmole hieſs Nyder Frankenrich und zv Latin, Orientalis Francia: und das Land hieſs Ober Franckenrich, und zv Latin Occidentalis Francia, do ignote ein Kunig von Franckenrich iſt geſeſſen. Und alſo gehöret Ober Franckenrich, das iſt Welſchen-Franckenrich zv diſem Dutſchem Lande, und nit Dutſchland gein Franckenrich. Wan ſie iren Künigen her zv Dutſchen landen zv den ziten muſtent dienen, wnz das das Dutſch*

Franckrich und Welſch Franckrich von einander wurden geteilt. Francia occidua κατ' ἐξοχήν Francia vocata jam tum ante Sigebertum an. 844.

Chifflet. *Vindic. p.* 84. Aliàs & WEVSTRIAM ſive VESTRASIAM, vocarunt, *Weſtrich*, quæ & Francia Romana, & Latina, *Wippo de Cunrad. Sal. pag.* 437. H. Valeſ. *in Valeſian. p.* 220.

Franci Salici, conjuratores. Marculph. Formul. append. p. 458.

Legis Francorum ſive Salicæ origo.

Vulgaris opinio in Germania. Sed in Francia, quod hæc eſſet Francia primæva.

Contra hanc Wendelinus, in Brabantia.

Vapulat à Conringio.

Hic novam tentavit ſententiam ad St. Baluz. ſed tunc temporis Romanis iſta loca ſubjecta. Verior ſententia communis quod in Germania, ſed in prima ſede Francorum, quæ cognita ex ſcriptoribus, ad Rhenum, Diſpargum, h. e. in Batavia, trans Rhenum, ad Amaſin, &c. Fundamentum ex prologo Legis Salicæ priſco & ex genuina ſcriptione locorum natalium ſ. mallorum, quæ ex Cod. MSS. Baluz. & Regin. Sed de hoc plura in Præfat. ad L. Salicam.

Reges.

Horum Catalogum Pontanus Lib. III. Orig. Fr. c. VI. remotis Hunibaldi fabulis, recitat, quorum tamen priores Regulos potius & Summos Duces bellicos fuiſſe autumo. V. & Vorburg Vol. III. p. 271. ſq. Vol. V. p. 249. & 468. Vol. VI. p. 294. 285-290.

Reges Francorum ex probatæ fidei Scriptoribus à Jo. If. Pontano Lib. III. Orig. Francic. c. VI. & L. 4. c. 3. ſq. collecti, repudiatis Hunibaldi fabulis.

A. C. 288.	Impp. Dioclet. & Maxim.	Genebondis & Eſatet.
292.	Conſtantio.	Aſcarius. Radagiſus.
342.		Malarichus.
	Valentiniano.	Mallobaudus. *Marc. l. 31.*
400.		Richomerus.
		Theodomeres R. Fr. *Greg. Tur. II. 9.*
		Marcomirus & Sunno.
		Priamus i. Priarius. *Proſper. p. 49.*
		Pharamundus.
		Chlodio ſ. Hludwing.
448.		Meroveus.
		Childericus. Egidius.
		Chlodoveus.

Zidibertus Fr. R. *Euſebii contin. Victor, p. 8.* ſub Coſſ. Lampadii & Oreſtis.

Euſebius in Chronico non meminit Regum Francorum, ſed ejus Continuator Proſper, ab initio ſub Gratiano Imp. IIII. Incurſantes Pictos & Scotos Maximus ſtrenuè ſuperavit. *PRIAMVS quidam regnat in Francia, quantum altius colligere potuimus.*

Pro Priamo ſubſtituit Pontanus Priarium quendam. Sed Priamus utique eſt vox antiqua Francica, quæ hodieque perdurat, ſed ut appellativum, *Prim, Pfrim;* inſtrumentum ferreum. Sed & cognomentum aliquod etiam eſſe memini. Quicquid ſit ex lectione iſta PRIAMI ſive vera, ſive falſa, vetuſta ſaltem, nata videtur fabula ab poſteris, quibus ex Bello Trojano Priami & Hectoris atque Antenoris nomina innotuerant, & occaſio fingendi Priami Francici originem, ad quam tamen Proſper ipſe altius penetrare non potuerat. Porrò quum Euſebius quoque ante Proſperum omnium annalium fidem excutiens, primo Chronicorum libro (de quo vid. Joſ. Scalig. animadv. pr. p. 5.) omnium Regum tempora prænotaverit, nec dum reperti ab ipſo monumentis deſignati Reges Francorum aut Celtarum, unde quæſo poſteri id hauſerunt? Hinc & Fabulæ de Trevirorum imperio, de Trebeta, quæ ap. Albert. Stadenſem, Annium Viterb. Hunibald. Chron. Ebersmonaſt. & recentiores: inter quos antiquiſſimus Hunibaldus: ſed quem credo nemo viderit præter Jo. Trithemium, qui Compendium aliquod iſtorum librorum reliquit: quem fictum eruditi hodie plerique omnes reputant. Et credo ego Turpinum, Hunibaldum, Walhadum, nec non Beroſum, Metaſthenem & iſtos Annianos veteratores à tempore iſto, quo Caroli M. ἀποθέωσις, aut Sanctificatio fuit facta, cœpiſſe effingi à ſemidoctis monachis, qui in honorem Caroli M. Francicæ gentis & antiquitatis cujusque patriæ ejusmodi figmenta orbi obtrudere licitum ſibi putarunt. Certè coætaneus fertur Hunibaldus Gregorio Turon. & hîc omnes origines Francorum dicit ſe diligenter conquiſiiſſe: nec tamen quicquam harum fabularum. Similem anſam fingendi Francorum nomen *Anchis* dediſſe videtur. Paul. Warnefridi F. L. VI. de G. Longob. c. 23. *Hoc tempore apud Gallias in Francorum regnum, Anchis Arnulphi filius, qui de nomine Anchiſæ quondam Trojani creditur appellatus, ſub nomine Majoris Domus gerebat principatum.* Aventinus in Nomencl. appellativum etiam facit: *Angis, qui inſtituit: Angiſus eſt. Hic Chronicariis genuit Anchiſem Trojanum.*

Beroſus Annianus, Lib. XVII. f. 151. b. *Anno VII.* (poſt Trojam everſam) *Aſcanius Latinis imperat: anno verò ſequente Teuteus Aſſyriis. & poſt Francus Celtis ex Hectoris filiis.* Ad quod annotat Annius: Porrò quis Francus ille Hectoreus, aut quo pacto rex à Celtis ſuſceptus fuerit, neminem legi. Vincentius tamen diligentiſſimus Hiſtoriar. ſcriptor, illum commigraſſe in Franciam aſſerit eversâ Troja: & ob ingentem animi virtutem percharum Celtis & regi

Digitized by Google

regi acceptum: etiam Regis filiæ matrimonio junctum fuisse, ac post eum regnum in Gallia suscepisse. Par Æneæ suo concivi fuit: qui pari modo regi Latino & affinitate & successione regni Latini junctus fuit. Asserunt eum esse à quo primo Franciæ nomen.

V. Vorpurg. T. I. p. 479.

P. Bertius in Tab. Peuting. Segment. VII. & VIII. pag. 7. de Francis: Ac cum (Holland.) lacunosum sive paludosum illum Rheni alveum utrinque attingerent, non mirum, si paludes nominentur fere semper, ubicunque Francorum mentio incidit. — Hinc denique fabella nata de antiquissimis Francorum sedibus ad Mœotidem paludem.

Francorum Duces.

Francorum Duces veteres ficti ab Hunibaldo, quem secutus Trithemius: Pontanus IL Orig. VII. p. 169. Quos defendere voluit Jo. Dillen de Orig. Francor. allegans quoque in eam rem Hieron. Gebuiler. de Princip. Austriæ, & dicit se vidisse rhythmos veteres Francorum lingua annotatos à Domino in Scaloun juxta Trajectum Mosæ in Lib. de Orig. Nobilium insign. non edito, de Somnio Marcomiri I. Pergit: Reges Fr. post C. N. binomines fuisse, & unum singulorum in Hunibaldo, alium apud alios extare. Germanos fatetur indigenas, sed Francos advenas Trojanos. Gerræ!

Lingua Francica.

Frenkisg. Otfrid. I. 3, 93.

So mir nu hiar beginnen
uuorten Frenkisgen.

Quod nunc hîc ordimur
verbis Francicis.

In præfatione Latina ad Liutbertum AEpisc. Mogunt. modò vocat *Francisce*, modò *Theotisce* compositum, ut & cap. I. lib. I.

In Frenkisgon beginnen, Otfr. I. 1, 67. 228. 244. ult.

Sus frenkisgero uuorto, Otfr. V. 14, 6.

Galilea theist in Frenkisgon Rad, Otfr. III. 7, 26.

Francicam esse Theodiscæ linguæ dialectum ait Lambecius lib. II. Bibl. Vind. p. 427. idem asserit Morhov. P. III. de Ling. Germ. cap. I. p. 454. Nimirum Francica est dialectus Theodiscæ linguæ.

Genius & Mores.

Salvian. Lib. IV. de Gub. DEI. p. 86. *Gens Francorum infidelis est. Si pejeret Francus, quid novi faciet, qui perjurium ipsum sermonis genus putat esse, non criminis?* Et Lib. VII. p. 169. Franci mendaces, sed hospitales.

Vestitus. V. Vorburg. Vol. V. p. 618.

FRANCONIA est pars Franciæ orientalis transrhenanæ, non verò Germaniæ ipsa, ut *Du Fresnio in Gloss. b.* visum sed nec Francia antiqua appellata *Franconia*, ut idem habet. Qua in re & Erasmus fallit *ad Epist. LI. S. Hieron. de vita Hilarionis. n. 50. Frankenland*, Jac. Twinger. Vocabul. MS. *Francia provincia Europæ, sc. Franckenrich oder Franckenland. Herbipolis est Metropolis.* Frankenrich dicitur sicut Ackenrich &c. Vide *Rich.* Hodie certum Imperii Circulum constituens, *den Frænkischen Kreiss*, de cujus membris & Comitiis *Gockelius.* Latior atque antiquior est hæc terra, quam Ducatus Franconiæ, *Herzogthum in Franken*, de quo Lehman. *L. II. Chron. c. 16.* Sed dubiæ fidei autoribus asserit sub Carolo M. jam & antea Ducatum fuisse, sed extensum ultra Rhenum. De fide Marcellini in vita Suiberti vide G. Cave *de Script. Eccl. an. 755.* Sita est ad meridiem juxta Sueviam: ad Orientem ad Bavariam: Ad Occidentem ad Mœnum, ad Septentrionem juxta Hassiam & Thuringiam. Aborigines sunt Suevorum portio, qui postea Alemanni dicti. Chronic. Belg. Magn. παχυλῶς describens: *Franconia pars Alemanniæ intra Rhenum & Danubium in qua Bamberg.* Et Chron. Königsh. c. IV. §. IV. *In Frankenlande, do inne Wurzburg ist die houbetstat, die heissent Francken.* Sub speciali nomine Franciæ Orientalis, fit ejus mentio apud Wipponem in vita Conradi Imp. pag. 430. *E Saxonia Boiariam & Orientalem Franciam pertransiens, ad Alemanniam pervenit.* Etiam simpliciter *Francia* dicitur, Ekkehard. jun. de Cas. S. Galli c. 1. p. 15. *Nondum Suevia in Ducatum erat redacta, sed Fisco Regio peculiariter parebat, sicut hodie & Francia. Procurabant ambas Cameræ, quos sic vocabant nuncii: Franciam ad Alpes tum Werinbere.* Certè Gothofredus Viterbiensis ad A. C. 881. quum regnum Arnulphi Imp. describit, nullam hujus facit terræ mentionem, quam tamen sine ullo dubio tenuit tunc Imperator; *Arnulphus totam Franciam Orientalem, quæ hodie Teutonicum Regnum vocatur, i. e. Bavariam, Sueviam, Saxoniam, Thuringiam, Frisiam & Lotharingiam rexit: occidentalem vero Franciam Odo tenuit.* Continetur hactenus sub Suevia, aut & Thuringia. Porrò hæc ἀνώτερος Suevorum, Alemanni, quum eo tempore, quo Romani Francis Galliam cedere coacti, cis & ultra Rhenum latè dominarentur, socii adhuc Francorum, tandem societate solutâ, internecino prælio Tulpiacensi suppressi fuerunt, cis Rhenum quidem omnes: sed ultra Rhenum quædam portio vicinis Thuringis, quædam Rhetis & Helvetiis cessit: hæc de qua agimus intra Mœnum & Danubium, Francorum imperio permansit: & primò, Francia orientalis in specie dicta, Alemannique incolæ Franci, vel Francones h. e. Alemanni Francis subjecti. Urget hanc originem Vir Eruditissimus M. Velserus, in Schohis ad Vit. S. Severini cap. XIX. Idem Lib. VIII. Rer. Aug. Vind. ad An. 499. ait: *Clodoveus Francus, Alemannorum Rege cæso, gentem difficili & cruentâ pugna vicit. Neque tamen victoriæ Alemanni omnes cessere, Theodorico paruere, qui Rhætiam incolebant, Clodoveo, tum ii qui cis Rhenum in Gallia Argentoratensem tractum occupaverant, tum siquid conjecturæ in rebus dubiis licet, qui proximam Thuringis oram tenebant, quam FRANCONIÆ eò nomen accepisse credimus, quum antiquæ Suevie & Alemanniæ*

pars

pars fuerit, &c. addit: *non neſcii, quos nugator Hunibaldus hujus vocabuli occaſione fabulas obtrudat.* Scilicet de Francone, Duce Francorum, quam fabulam etiam Jacob. de Königsh. *Chron. cap. IV. §. IV.* & Fran. Irenicus *Lib. III. Exegeſ. Germ. c. 76.* ſecuti. Sanìora quoque M. Freherus amplexus *P. II. Orig.* Palatin. c. III. p. 13. *Franciæ nomen poſterioribus temporibus adhuc reſtrictius aſſimptum, de illa ſola ejus parte quæ ad Mœnum & Salam Fuldamque amnes ſita, modò Franconia, & ab ea ſignanter Francicus Circulus dicitur: de qua in Gallo-Francia noſtra fuſius agemus.*

Eadem ſecutus Wendelinus *in Nat. Sol. LL. Salic. c. 2.* Atque autor *Monum. Paderborn. pag.* 84.

At Gilb. Genebrardus Chronograph. general. p. 173. ait: *A Francis Franconia in Germania nomen accepiſſe videtur; quod à Francis ſcilicet olim armis occupata fuerit, ut nunc tota Gallia, unde & veteres Franciæ ſive Galliæ reges iidem erant & Germaniæ, usque ad Carolum Craſſum ann. DCCCLXXXVIII. quo defuncto non ſolùm Francorum regnum, ſed & imperium ſciſſum eſt.* Quod Franconia à Francis nomen acceperit verum eſt, ſed quod ſequitur, quod olim atque priùs à Francis occupata fuerit, quàm Gallia, falſum videri poterit. Sicut & quod porrò ait: Reges Franciæ & Germaniæ eosdem fuiſſe usque ad Carolum Craſſum. Certè primus Rex Germaniæ Ludovicus, non fuit Rex Galliæ, nec Carolus Calvus Rex Germaniæ. Verum dividiæ haud erit integrum Genebrardi locum cum aliquibus annotatiunculis noſtris inſerere. Ita ergo Gilbert. Genebrard. Chronograph. General. p. 173.

Galliæ ſtatus hoc tempore is (Anno urb. cond. 700. ante Chriſt. nat. 49.) erat. Capiebat gentes 315. Agrippa rex apud Ioſ. lib. 2. belli cap. 17. *Germanos potentia & imperio premebant & feræ genti jura dabant, virtute perpetuo ſuperiores.* Cæſar lib. 6. de B. Gall. *Facundia Græci, gloria belli Galli ante Romanos fuerunt.* Salluſtius. *virtute belli omnibus gentibus præferebantur.* Cæſar ibid. lib. 5.

Vrbes primariæ *ſui iuris erant, nullius addictæ imperio, quæ populi & gentis totius nomine vocabantur. Plurimos etiam habebant regulos, quorum Clientes* Ambactos *Cæſar vocat.*

Miniſteriales, Schaffner.

Solebant quoties de totius gentis commodis agebatur, conventus indicere, in quibus in tres dividebantur ordines. Primus eorum qui ſacra tractabant Druydæ. *Secundus nobilium, regulorum &* principum *civitatis ac Rerumpub. Tertius* populi.

Druydæ præter cognitionem rerum naturalium moralem exercebant diſciplinam, animarum immortalitatem docebant, juſtiſſimi

erant omnium opinione. Sine his nihil ſive in bello ſive in pace gerebatur. Ideò & publica & privata judicia penes eos erant. Cæſar, Mela, Strabo Lib. 4.

Semnotheis & Druydis ſacrorum miniſtris colebant Teutatem, Heſum ſive Heum Taranim, Ogmium, eiſque humanas hoſtias litabant. Qui ritus tamen ab Auguſto Tiberio, Claudio & ſeqq. imperatoribus ſenſim ſublatus eſt. Plin. lib. 30. c. 1.

Contra Germani neque Druydes Germani. *habent neque ſacrificiis ſtudent. De deorum numero eos ſolos ducunt quos cernunt, & quorum aperte operibus juvantur, Solem, Vulcanum & Lunam. Reliquos nec fama acceperunt, &c.* Cæſar lib. 6. *Latrocinari virtuti ducunt, &c.* Mela, Tacitus.

Nulla pars Galliæ inculta jacet, excepto duntaxat, quod paludes & Sylvæ coli prohibent. Magis hominum frequentia, quam diligentia incolitur. Mulieres fœcunditate & educandi ſtudio optimæ, viri bellorum magis, quàm agriculturæ *ſtudioſi.* Strabo lib. 4.

Lingua ejus non multum ab hodierna differebat ejusdem ſignificationis & prolationis etſi fortaſſe rudior. Primo quia nomina nationum, provinciarum, civitatum, urbium, montium, ſylvarum, fluviorum, etiam hodie retinent antiquum nomen.

Lingua Gallica non diff. ab hod. Ratio I.

℣. non V. C. à part. ad univ.

Secundo, quia apud antiquos ſcriptores multa extant vocabula, quibus item hodie Galli, & nulli alii utimur, ut leuca, Beco, Crupellarius, Carra, Bracca, Bacchinum, Solturius, &c. apud Cæſ. Ammian. Marcellinum. Sueţonium, Tacitum, Gregorium Turonenſem, Sidonium Apollin. II.

℣. retenta ſunt hæc vocabula, ſed non ſequitur idem de tota lingua. Imò ſunt & Germanis quædam communia.

Tertio quia linguæ nullis viciſſitudinibus & confuſionibus ita ſolent mutari, niſi vetuſti indigenæ penitus deleantur, quin radices & fundamenta permaneant, ut appareat ex Italicis & Græcis vulgaribus, quæ magis corruptæ ſunt, quam mutatæ. Hinc migrantes in alienas ſedes alterum idioma potius imbibunt. Nam ut Livius in bello Aſiatico de Gallogræcis ait: Planta facile vertitur in id ſolum in quo ſeritur. III.

℣. Neg. Maj. & Minor. Poſſunt ita vetuſti incolæ ſupprimi, ut & novam linguam addiſcere teneantur. Et veteres Galli videntur extincti, ſaltem in quibusdam provinciis.

Ger-

Digitized by Google

IV. Germanicè *non locutos apparet è sexto belli Cæsaris, ubi Arioviſtus Germanorum princeps multa consuetudine Gallicam linguam didiciſſe dicitur. Non* Græcè, *è quinto, ubi Cæsar ſe ad T. Ciceronem epiſtolam miſiſſe Græcis literis, ne intercepta à Gallis consilia ſua cognoſcerentur; & è Philoſopho Arelatenſi Phavorino, qui apud Gellium, ſe Gallum Græcas literas didiciſſe profitetur.*

℣. distingue tempora.

Non Britonicè, *ut Rhenanus ridicule cenſet. Nam Britones aliunde in Galliam venerunt, nempe ex Anglia, è qua Britannicam linguam poſt ſexcenteſimum Chriſti annum detulerunt.*

℣. Nec hic consequentia.

Franci natio Gallica & indigena,

℣. est indigena, sed Germanici soli.

non Germanica, non Trojana, non Scandica, non Sicambrica, ex Ammian. Marcell. *multo ante declinationem imperii. Nam de rebus Juliani imp. eos cis Rhenum locat juxta Chamauos (qui hodie Geldrenſes)* lib. 21. & 17.

℣. postquam transierant Rhenum de Germ.

ubi & eos Salios *vocat, unde* lex Salica.

Negat & Tencurius.

Apud quem etiam lib. 15. *Romani quo tempore ſigna trans rhenum inferebant inter palatinos & prætorianos milites habebant Francos. Et Juſtinianus Imp. epiſtola quam ad ipſos ſcripſit* apud Procop. lib. 1. *ita eos alloquitur, ac ſi provinciam Romanam minime cepiſſent, ſed jure eam velut patriam tenerent eosque opponit Gothis, qui imperatoriæ ditionis Italiam per vim ceperant nec reſtituere decernebant.*

℣. Datam à Romanis, sed non primævam.

Denique Agathias lib. 1. diſerte eos germanos non eſſe aſſerit.

℣. Rectè, quat. Germani Gallis jam tum oppositi, Celtæ tamen utrique sunt.

Rectè igitur eos indigenas docet Conanus lib. 2. commentar. juris civil. c. 9. *idque è* Cæſ. lib. 6. *Livii* libr. 5. *& Rhenani annot. ad Tacitum.*

Franconia. *Ab iis* Franconia *in Germania nomen accepiſſe videtur, quod à Francis ſcilicet olim armis occupata fuerit, ut nunc tota Gallia. Vnde & veteres Franciæ ſive* Galliæ *reges iidem erant &* Germaniæ *uſque ad Carolum Craſſum an. 888. quo defuncto non ſolum Francorum regnum ſed & imperium ſciſſum eſt.*

℣. Imò Ludovicus I. Rex Germaniæ diversus à Carolo Rege Galliæ.

Nunc de eo, quando Franconia à Francis nomen ceperit, videamus.

Equidem *Franconolant*, Otfrido dicitur Francia tota Orientalis ſive Germania minor & major, Præf. ad Ludov. R. Germ. ℣. 4. 5. *uber Frankonolant.* Sed hoc jam tum Imperio Francorum diu constituto ac diviſo. [In Gloſſis Monſeenſ. extat, *Franchono*, Galliarum. p. 408. *Franchonolant*, Germania. p. 417.] Vetuſtius eſt, quod ex Edda ſeu Carmine vetuſtiſſimo refert Stephanius ad Saxon. Grammat. Lib. VI. pag. 136. Odinum ſive Wodanum ex Aſia in Germaniam progreſſum & Saxoniam atque Franckland occupaſſe, antequam in Sueciam penitraverit. Sed fabula eſt, quam *Romaine* vocamus.

Verum enim verò hactenus nondum mihi ſatisfit circa *Franconiam* ita dictam. Si enim ſecundum prælaudatum Velſerum Franconia nomen demum retulit ex victoria Tulpiacenſi, ſequitur, quod omnis tractus Alemanniæ Francis eò ipſo ſubjectus, continens terras Badenſes, Palatinas, Wurtenbergicas, & partem Sueviæ, usque ad Franconiam, dictus tunc fuerit *Franconia:* id quod falſum, nec ullo modo probari poteſt. Francia quidem orientalis & Otfrido *Franconolant*, fuit dictus ille tractus, etiam cis Rhenum, ſed nullibi *Franconia* in ſpecie, nec *Francones* unquam dicti, qui hodie Badenſes, Palatini, Wurtenbergici &c. ſpeciatim. Monumentum: *Clodius hoc fecit uxori ſuæ*, quod in agro Wurtenb. inventum Coccius de Dagob. p. 35. exhibet, non Clodii ſive Clodovei R. fuit, ſed obſcuri Romani alicujus. Quare alia ratio denominationis erit exquirenda, cur illa demum portio Franciæ orientalis, & quando nomen *Franconiæ* acceperit, ſive *Francono lants*, Franconum terræ propriè. Atque videtur mihi omnino origo hujus rei longè antiquior eſſe, quàm victoria Tulpiaca. Sed fortè coæva Urbi, quæ ex eadem occaſione *Franconofurtum* fuit appellata, h. e. Trajectum Franconum ad Mœnum. Ex auctoritate hiſtorica quidem ob defectum documentorum iſtius temporis, demonſtrari hoc difficile eſt, ſed tamen conjecturæ noſtræ locum competentem facit ratio prædicta. Itaque ſic habeto: Sicuti ſupra de Franciæ cisrhenanæ conſtitutione vidimus, quomodo per gradus ea conſtiterit: ſimiliter etiam trans rhenum antea jam Franci protenderant limites ſuos, primò quidem ſub ſpecie confœderationis, deinde confœderatis populis unum Regem dando, Pharamundum, ann. 419. trans Rhenum adhuc conſiſtentes: ſed mox Thuringiam ſibi ſubjicientes & in Diſpargo Thuringorum caſtello ſedem regiam collocantes, teſte Sigeberto. Eò usque enim tunc Thuringiæ fines. Inde limitem ſuum protulerunt ſubjectis vel pulſis Alemannis usque ad Mœnum fluvium, & trajectum ibi condiderunt, Franconofurtum dictum, quo in Alemanniam ulterius progreſſi, atque jam tum tractum illum occuparunt, qui *Franconia* propriè fuit appellata, & nomen atque

imperium usque ad Clodovei tempora retinuit, & ultra, pars Franciæ orientalis postea facta & appellata, & ut ex Wippone adduxi, etiam κατ' ἐξοχήν Francia orientalis dicta. Quæ Chiffletius, Wendelinus, Pontanus, alii, de transitu Francorum trans Rhenum, de Tungris pro Thuringis, & natali solo Legis Salicæ cis Rhenum speciosè disputarunt, nihil curo. De Legis Salicæ origine & interpretatione contra Wendelinum Vide Præfat. ad L. Sal. Lehman: Chron. Spir. L. I. c. 1. in hac eadem quidem est sententia, sed eam non probat ex allegato Gregor. Turon. L. II. c. 9. quod enim dicitur: *Franci in Germaniam prorupere limite irrupto*, &c. sine omni dubio intelligendum est de limite Romano, & de Germania minore & secunda, quod porrò confirmant sequentia de Colonia & Treveris, quæ omnia sunt facta cis rhenum. His obstat I°. quod Thuringia non à Regibus crinitis Francorum gubernata. II. Quod Clodovæi victoriæ non trans Rhenum, sed cis Rhenum. *Greg. Turon.* L. II. cap. 9. III. Thuringia non fuit Francis subjecta, cùm Childericus eò fugeret: sed demum Chlodovæus X. anno regni, A. C. 491. vicit & tributarios fecit. Conf. *Turon.* Lib. III. cap. 4. & 7. post A. C. 524. vid. *Præfat. ad L. Salic.*

FRANCHESENDE. vid. inf. *Sent.*

[FRANCNEHTA, Caculæ. Rhaban. Maur. Gloss. ap. Diecmann. qui compluscula ad hanc vocem annotavit, quæ non omittemus, ita autem se habent.

„ *Francnebta* elisо uno *c* scribitur pro *Franc-*
„ *cnebta*, *Franckenknechte*. Componitur enim hæc
„ vox ex duabus, *Franc*, & *cnebta*: quarum prior
„ illustre *Francorum* nomen praefert, tot Ger-
„ manorum maxime & Gallorum scriptis cele-
„ bratum, ex quibus horum nonnulli istud
„ quidem nobis eripere, & Francos non pro
„ Germanis, sed Gallis venditare student: quod
„ inter illos leuissima quoque ratione, quia
„ Francorum nec Ptolemaeus, nec Tacitus me-
„ minerint, Turnebum 24. *Adu.* 37. *p.* 830. con-
„ tendisse miror. Ex isto enim vtriusque
„ silentio nihil amplius inferas, quam Franco-
„ rum nomen illis incognitum fuisse. Nam
„ post vtriusque tempora ortum esse, aut Ro-
„ manis saltem innotuisse videtur. Ad anti-
„ quiorem illorum in nummis (de scriptoribus
„ non loquor) memoriam omnino pertinet
„ nummus insignis Crispi, qui Constantini M.
„ filius fuit, aureus longe rariſſimus, nulli,
„ quod sciam, eorum, qui de nummis vnquam
„ scripserunt, laudatus, in nummophylacio
„ Eggelingiano ante complures annos mihi vi-
„ sus, cuius adhuc ectypum seruo. Huius an-
„ tica Crispi facies cernitur, cum hac epigra-
„ phe: FL. IVL. CRISPVS NOB. CAES:
„ postica exhibet iuuenem, cum galea cristata,
„ in terra sedentem, a cuius tergo erectum est
„ tropaeum, arcus vero & clypeus, in terra
„ iacent. Inscriptio superior est: GAVDIVM
„ ROMANORVM, inferior: FRANCIA.
„ Quem ego Crispi nummum ad victoriam
„ eius à Francis reportatam pertinere nullus
„ dubito, de qua Nazarius in *Panegyr.* expres-
„ sam Francorum mentionem faciens, apud
„ Brower. *Annal. Treuir. L. 3. p. 311. b.* Ali-
„ quot Crispi nummos quidem Mediobarbus
„ *Numism. Imp. Rom. p. 470. ſſ.* collegit, sed hic
„ eius, vt aliorum quoque, notitiam fugit.
„ Quae ceterum vetustae Francorum historiae
„ cognoscendae inseruiunt, eleganti compen-
„ dio digessit Hertius in *Notitia vet. Francorum*
„ *regni*, Giesse 1710. 4. prodita, cuius appara-
„ tui scriptorum de rebus Francicis, in *Prole-*
„ *gom.* exhibito non parum commodabunt
„ Schonhou. *de orig. & sed. Francor.* Goropii
„ *Francia*, in eius *Operibus posthumis*, Pontani *Ori-*
„ *gines Francicae*, Chiflet. *Vindic. Hisp. C. 9. p. 80.*
„ *ſſ.* Hachenberg. *Germ. med. p. 15. ſſ.* Schurtz-
„ fleisch. *Lemm. antiq. Franc. Oper. Hist.* Pol. pag.
„ 115. *ſſ.* Audigier *l'origine des Francois & de leur*
„ *Empire*, *II. Tom. à Paris*, 1676. 12. Hamberger.
„ *Diss. de Francis antiq. Jen.* 1686. *ed.* Leibnitius
„ *Praef. in Cod. Jur. gent. diplom.* & sing. *Disquis.*
„ *de Orig. Francor. Hanouerae* 1715. *ed.* & auctius
„ cum *Annot.* recusa a CL. Eccardo in noua *Leg.*
„ *Franc. Salic. & Ripuar.* editione *p.* 247. *ſſ.* Schil-
„ ter. *Annot. ad Königshou. Chron. p.* 466. *ſſ.* Ob-
„ seru. Hall. *VI.* 63. *ſſ.* Alting. *Notit. Batau. &*
„ *Fris. ant. I.* 68. *ſſ.* Richard. *Diss. de Francor. Sa-*
„ *lior. & Orig. & differ. Jen.* 1713. Ludou. Fri-
„ saei, cuius symbolas de Herbipolensi Episco-
„ patu sibi collatas Munster. *Cosmogr. p.* 949.
„ gratus praedicat, *Commentariorum de Francicis*
„ *rebus*, sed *latitantium*, iam ante sesquisaeculum
„ Curio, & ipse non pauca de Germano-Fran-
„ cis, quos appellat, commentatus, *Rer. Chronol.*
„ *p.* 175. cum auctoris elogio, meminit. Quo
„ vero iure Francos Sheringham. *de Angl. gent.*
„ *Orig. c. 5. p.* 141. Gothicam gentem consti-
„ tuat, ipse viderit. Sed nec Graecos *moror*,
„ qui Longobardos & Nortmannos, in Italia
„ dominantes, *Francos* passim appellant, V. Lu-
„ pum *ad Can. & Decr. Synod. III.* 668. nec Gre-
„ gor. Abul-Pharaium, cui in *Hist. Dynastiar.*
„ *p.* 69. adhuc insulsius ipsi Romani *Franci* au-
„ diunt. Quod ad *Francorum* etymologiam, il-
„ lam quidem, quam Goropius *Francicor. p.* 2.
„ primum excluſit, a *verranc*, id est, palmites
„ longe porrigo & extendo, paucis se commen-
„ dasse constat. Cui sane istam Becmanni *Orig.*
„ *LL. p.* 239. & aliorum ex *Fry* & *ank* antepo-
„ nas. Sed & illam, *a ferocia*, iam dudum ve-
„ tustis Franciae scriptoribus probatam, eidem
„ Goropio, Barthio *ad Gul. Brit. p.* 28. Besselio
„ *ad Eginhart. p.* 83. *b.* Hambergero, aliisque
„ parum sapere probe noui; qui si eam, prout
„ ab Hertio *l. c. p.* 14. post Godefr. Wendelin.
„ instructa est, animo a praeconceptis opinioni-
„ bus libero degustassent, forsitan magis ad pala-
„ tum suum esse deprehendissent. *Vranghe* enim
„ Atuaticorum lingua acerbum, asperum, trux,
„ ferox est: qua notione adhuc hodie Hassi,
„ Francorum non postremi, detrita prima lite-
„ ra,

Digitized by Google

„ ra, *range* dicunt. Hinc Francorum nomen „ citra immodeſtiam, quam hic Wendelino „ Werthouius apud Spener. *Notit. Germ. ant. l.* „ 336. *a.* exprobrandam duxit, arceſſo, nec in„ de, quae ibidem obuertitur, Schateniana „ quaeſtione, cur non idem nomen ceteris „ Germanis, aeque feris, commune fuerit? di„ moueor. Illud tamen poſtea Germanis *libe„ rum* notaſſe concedo, quia Franci libertate & „ immunitate a tributis gaudebant: *Vt adeo,* „ do verba Hertii *p.* 15. Francorum *appellatio* „ voci Franc, *vt* liberum *ſignet, originem dediſſe* „ *videatur.* Nullum certe adhuc ex veteri lin„ gua Francica locum videre mihi contigit, vbi „ *franc* ſignificationem *liberi* habeat: Nec aliter „ ea voce A. S. vſi ſunt, quam vt Francorum „ gentem notaret, V. Benſ. apud quem tamen „ exſtat *wrange, iniuria,* quod huc omnino fa„ cit: Angl. eſt *wrong.* Quam antiquum au„ tem iſtud Francorum a feritate & ferocia pe„ titum etymum ſit, & quam vere illis com„ petat, plurimi ſcriptores, quorum verba „ Dufr. *Gl. F.* 377. congeſſit, docent: Nouam „ plane Francorum, quos olim ſine *n Fracos* di„ ctos exiſtimat, notationem a *frace,* quod va„ gum, exulem, & piratam & latronem ſigni„ ficet, plane nuper CL. Eccard. *ad leg. Fr. Sal.* „ & *Rip.* 254. ſuppeditauit: Quibuscum con„ tende, quae de *Phracis* vel *Fracis* Hebraeis, vn„ de Francorum nomen nonnulli forment, ex „ Lazio de Waldenſels 12. *ſelect. antiq.* 1. *p.* 379. „ 380. attulit.

„ *Cnebta, Knecht,* ex hac & *franc* iuncta „ vox *Francnebta,* vel Francorum procerum „ & nobilium ſeruos notat, vel etiam fran„ cos, qui ipſi ſerui ſunt. Hos enim diſer„ te his verbis notatos legas in *Capitul. Reg.* „ *Franc. II.* 192. *Quidam comites noſtri nos conſulue„ runt de illis* Francis Hominibus, *qui cenſum Re„ gium de ſuo capite, & de ſuis reſcellis debebant, qui* „ *tempore famis, neceſſitate cogente, ſe ipſos ad* ſervi„ tium *vendiderunt.* Hæc Diecmannus Spec. Gloſſ. Lat. Theot. p. 81. ſq.]

Franceſca, bipennis, jungitur Lanceæ ap. Greg. Turon. de Clodoveo I^mo. Iſidorus Hiſpalenſ. ſecures COSS. vocat: *Secures ſigna ſunt, quae ante Conſules ferebantur, — quas & Hiſpani ab uſu Francorum per derivationem Franceſcas vocant.*

FRANSPUOTO. vid. *Spuodi.*

[FRAPALDI, temeritate. Gl. Monſ. p. 327. 384.

Vrapalder, procax. ibid. p. 384.]

FRASEZZE, rubigo. Notker. Pſ. LXXVII. ℣. 45. & 48.

FRASITTO. L. Salic. Tit. XXXII. 13. naſi abſciſſio. emendandum videtur *Nasitto,* ex *Nas,* & *Snitt, ſneiden.* Idem tamen legitur in Cod. Reg. MS. Tit. LXI. de veſtig. min. & violentiam ſignificat.

FRAVILI, malitia, improbitas, *Vrevel, frevel.* V. ſupra *Frafal.*

Zi fravili ſin, improbum eſſe. Otfrid. IV. c. 11, 87.

Thaz ir ni ſit zi fravili.

Ut vos ne ſitis improbi.

Niſi legendum *ſo fravili,* ut hoc ſit Adjectivum, improbus: ſicut idem Lib. ult. c. 24, 62.

Thaz ih io uuerd ſo fravili.

Quod fuerim ita improbus, temerarius.

[Vox *Fravili,* in genere quidem *improbitatem,* malitiam denotat, ſed ſignificat in ſpecie *praeſumtionem,* arrogantiam, faſtum. Ita Notk. Pſ. CVI. 17. Vocem præſumtionis vertit *per frafali.* Et hæc ultima ſignificatio contextui ap. Otfrid. IV. 11, 87. omnino quadrat. Scherz. Not. ad Otfr. p. 261.]

Jus Argent. L. I. c. VIII. *Ein iecblich uuette das unbe vrevel geſchicht. das gezuchet ſich an drifig ſchillinge.* i. omnis compoſitio quae pro frevela ſit, adſcendit ad XXX ſolidos.

Idem L. I. c. 1. *Sol in nieman vrevellichc anegrifen,* nullus in eum violenter manum mittat.

Liber MS. Redituum de an. 1300. *Habet etiam dictus Epiſcopus in utraque curia, in S. videlicet & in V. merum imperium, h. e. ſicut vulgariter dicitur, Düb und Frevele.*

Freuelich, temerariè, violenter. Jus Argent. pr. *Vrevellichene grifen,* violenter manum mittere in aliquem. *Vreveliche,* temariè invadere, *ib. c. X. Mit frevel und mit unrechte,* Königsh. Chron. c. 2, 190.

Frevel, mulcta. Liber Salic. MS. Monaſt. Ebersh. *Unde ſint die Wette der Schultheiſſen. unde die zwettil de freuele: unde das dritteil des Vogetes.*

Freuelen, mulctari. Lib. Sal. idem c. de Cur. Dom. in Gruſſenheim: *Der freuelt XXX. Schilling.* quanquam recentior codex legit: *der verfelt.* vetuſtior tamen mox iterum: *der freuelt* 30. *ſchilling.* pro quo recentior: *der beſſert.*

Vadianus L. I. de Colleg. p. 27. putat hanc vocem corruptam ex *Fredel.* i. Fredum. *Er muſs den Frevel, das iſt die buſs oder die ſtraf oder den Friden zalen.* Vide & v. *Frid.*

Vrebebelin ſchelte, petulans accuſatio. Gloſſ. Vulcanii. p. 67.

Freuel, differt à *Frais,* quod vide.

FRAVV, *Frou,* hilaris.

Otfrid. V. 23, 363. de vita æterna:

Mit thiu ſe druta ſine
duent iamer filu blide
Jamer filu frauua muate;
Quo ſe fideles ejus
reddunt perpetuo multum lætos
Perpetuò multùm hilari animo.

℣. 508.

Ruere mo thaz blida muat
Leid odo ſmerza
thaz ſinaz frauua herza.
(Ne) tangat ei lætum animum
Paſſio aut dolor,
hilare ejus cor.

Frauuen, exhilarare. Otfr. ad Ludov. ℣. 152.

Got frouue ſela ſina.
DEVS exhilaret animam ejus.

Digitized by Google

FRA.

Idem ℣. 12.

Job freuuemo emizen thaz muat.

Atque exhilaret ei jugiter animum.

Frouui keiſtlichemo, lætitia ſpiritualis, Notk. Pſal. XXXV. 9.

Otfrid. de Adamo, II. 6, 45. *Er uuart thes aphules frou.* Fiebat pomi particeps.

Frouuelungo, exultatio. Notk. Pſ. LXXXVIII. 21. *Olee frouuelungo*, oleo exultationis.

Unfrauuer, triſtis. Otfrid. V. 23, 502.

Qviſtu bi thio ſiuchi
odo er ſar unfrauuer ſi.

Conturbatus per ægritudines
aut alioquin contriſtatus ſit.

[*Unfreuuida*, mœſtitia. Otfr. V. 9, 26. ubi Schilterus vertit querimonia; ſed vel contextus oſtendit, per mœſtitiam eſſe vertendum.]

Kero: *Keunfrauue*, contriſtet. c. 31. *Keunfreuuit uueſan*, contriſtari. [*ueuran* non *ueuſan* legitur in noſtro Kerone. Prol. p. 16.] v. K.

Apud Notk. paſſim.

Frauualicho, lætè. Otfrid. I. 17, 111. de Magis:

Job ſilu frauualicho
ſin uuartetun gilicho.

Et valdè lætabundi
eam (ſtellam) obſervabant ſimul.

Conf. Eund. II. 13. 28.

Frauuoluſti, lætitia. Otfrid. V. 7, 71.

Freuui, gaudium. Otfrid. V. 23, 491.

Thiu freuui iſt in gimeino.

Hoc gaudium eſt eis commune.

Cant. Cant. 3, 11. *in dem* [*demo*] *tage ſiner freuui.* [*frejuve* ita noſtra edit.] In die lætitiæ ſuæ.

Freuuida zi libe, læti per vitam. Otfrid. V. 8, 115.

[*Freuuida* eſt gaudium, lætitia. Otfrid. II. 6, 114.

In zuiualteru freuuida.

In duplici gaudio.

Idem II. 13, 30.

The'iſt thaz mina heila muat,
job oub min freuuida ſo guat,
In imo ſint mir follo
thia mina freuuida allo.

Hoc eſt, quod mea læta mens (eſt)
atque gaudium meum tam bonum,
In ipſo ſunt mihi plena
mea gaudia omnia.

Verba igitur *Freuuida ze libe*, reddenda ſunt. *Gaudium ad vitam.* vid. Scherz. Not. ad Otfrid. p. 338.]

Froſang, Pſalmus lætitiæ, Notk. Pſ. XXIX. 1.

Unfrouui, triſtitia, Notk. Pſ. XXXVII. 17.

Frothe, gaudium, v. infra.

Celtis ſpeciatim eum, eamve quæ ſui juris eſt & Paterfam. vel Materfam. herum & heram denotavit. Gothis *Frauga*, dominus, ASax. *Frea*. Vide Speelmanni & Fr. Junii Gloſſaria.

FRA.

Unde reliquum *Fraw*, *Vrouue*, Materfam. & generalius Mulier: Spècialiſſimè Mulier impudica, impudicitiam profeſſa. Chron. Königsh. c. 2, 190. *In dem Her worent uf achte hundert frouuen do iegliche alle uuuche gap* 1. *phen. eine ambahtman der darüber geſezt was das er ſie beſchirmen ſolte fur gewalte.*

Frauenhaus opponitur dem Cloſter. Jo. Keiſerberg, Broſaml. fol. 10. b. *Ich weis nicht, welches ſchier das beſte wer, ein tochter in ein ſemlich Cloſter tun, oder in ein Frauenhaus. Wann warumb in Cloſter, iſt ſie ein hur, ſo iſt ſie dennoch ein gnad. Frauu darzv- aber wer ſie in dem Frauuenhaus, ſo ſlug man ſie umb den grind und müſte ubel eſſen und trinken. man würf ſie ein ſtege auf, die ander ab, denn ſo gedechte ſie wer ſie wer, und ſlug in ſich ſelber, das ſie in dem Cloſter nit tut.* Fol. 58. *Solt ich nit am Feiertag gon mit den geſellen in das Frauuenhaus? Man ſprech, ich wer ein Kapp.*

In Jure veteri MS. Auguſtano Tit. de Carnifice: *Er ſol auch aller varenden Frælin pflegen*, &c. Et mox: *Er ſol auch alle alliu varndiu Frælin uz der Stat triben*, &c.

Unſer Frowe, *Unſer Vrowe*, S. Maria, Mater Domini. *Domna noſtra*, Cæſar. Heiſterb. L. VII. c. 23. J. Argent. L. II. c. 156. *In welichem Kehr in der Stat zv Strasb. unſer Vrowe oder ir Werg* (Fabrica, Frauenhaus) *win veil hant, der dem werke gewachſen iſt, oder ime durch Got gegeben iſt, das men von dem wine kein ungelt geben ſol.* Eſt enim *Frauenhaus* vel *Frauenwerk* Fabrica & Corpus reddituum, Eccleſiæ Cathedralis, cujus adminiſtratio Magiſtratui Urbano competit.

Vrowen Ritter, *Vrowen Knechte*, Miniſteriales nobiles Eccleſiæ Cathedralis S. Mariæ dicatæ. J. Argent. L. II. c. 155. *Welch unſer ingeſeſſen burger mit eine andern unſerme ingeſeſſen burgere ſtichet, ane mit eime VrowenRitter oder mit eime VrowenKnechte, der beſſert ieglicher zweni pfunt, die ſollent vallent dem Rate, und vier wochen von der Stat.* Civibus hîc duella prohibita, excepto cum Miniſterialibus Eccleſiæ Cathedralis.

Unſer Vrowen vier Hochgeziten, IV. Feſta S. Mariæ Virginis, *J. Argent. L. II. c. 133.*

Die Hochgezit der Liehtmeſſe, Purificationis Feſtum. Königsh. Chron. c. 2. §. 114. aliàs etiam zu unſer Frauentag *Kerzmeſſe*, v. *Meſſe*.

S. Marien in der Vaſtentag, Annunciat. Kalend. vet. Teut. *Fruwentag der Kundung in der Vaſten.* J. Argent. L. III. c. 486.

S. Marien der errentag, Aſſumtionis, Kal. vet. Königsh. Chron. c. 2. §. 190. c. 5. 137.

Schidung unſer liben Vrowen, Ludov. Imp. an. 1345.

S. Marien der jüngern tag, Nativit. J. Argent. L. II. c. 289. *Frowentag der bindern*, J. Argent. L. III. c. 486.

His acceſſit quintum Feſtum, Viſitationis, an. 1395. vide Chron. Königsh. c. 3. §. 217. & Obſ. 3. §. 5. ſq.

Denique & ſextum *Marie opferung*, die 21. Nov. & Conceptionis Mariæ, ſeptimum, 8. Decemb.

Vrowen-

Digitized by Google

FRA.

Frowentag der verbolnen, an. 1318. J. Argent. L. II. c. 145.

Unſer Frauw zu den dreyen ähren.

Jo. Keiſersb. Brösl. fol. 56. b. *Er leſt dich fart tun und von zu den dreyen ähern.*

FRAVVAZ, anathema, excommunicatio. Belgis *Verwaet*. Gloſſæ vet. Fr. Jun. Gloſſar. Goth. v. *Fravithan*. p. 171.

Conf. *Ferunaseni* & *Virunasani*.

FRAZVN, comederunt, de hominibus in bonam partem. Otfrid. III. 6. pen.

Ni frasun ſie iz allaz,
ſibun korbi ubarlaz.

Nec comederunt id omne,
ſeptem corbes reliquæ.

[*Frazares*, procax. Gloſſ. Monſ. p. 356. *frazares* vel *huorlinin*, procacis. p. 339.

Frazariſtun, procaciſſimam & immaniſſimam. p. 323.

Frastut, depaſti eſtis. p. 332.]

FRECAIS, glus: Gl. vet. MS. ASax.

FRECHI, avaritia, Gloſſæ Alem.

Notk. Pſal. LXX. 7. *In frechi*, in avaritia. Pſal. CVIII. 6. *Judas iruueleta avaritiam (frecchi)* Pſal. CXVIII. 36. *Helde min herza ze dinen urchunden nals ze frechi.* Inclina cor meum in teſtimonia tua & non in avaritiam. Gothis *Fricai*, avari. *Fr. Jun. Gloſſ. Goth.*

FREDIG; Kero: *Tuat fredige, apoſtatare facit virum.* [*Freidige tuat*, legitur in Kerone c. 40. Ad quem locum hæc notat Scherzius. Huc pertinent *Freidaken*, apoſtaticum. *Freidon*, apoſtatare. Anglo Sax. *Fretgenga*, profugus, apoſtata, *fratgengan*, apoſtaſia. vid. Somner. in Voc. Anglo-Sax.

Freidara, apoſtatrices. Gloſſ. Monſ. p. 338.

FREFRIGEND, FREFRIEND, ASax. Paracletus. Ita in eorum verſione Joh. XV. 26. *Thonne ſe frefrigend cymth*, cum Paracletus venerit. Joh. XIV. 16. *And ic bidde Foeder, and het fylth eou otherne Frefriend.* Et ego rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis. Uſi quoque ſunt voce *Frofre Gaſt*, quæ occurit ibid. v. 16. *Se halige Frofre Gaſt*, Paracletus Spiritus Sanctus: cujus vocis etymologiam Junius in Append. Gl. p. 429. explicat. Diecmannus Spec. Gloſſ. Lat. Theot. p. 155.]

FREHTE. v. AHTON. ſignif. VI.

FREHTIN, opera, induſtria, meritum.

Otfrid. I. 1, 136. de fertilitate ſoli Germanici:

Mit manigfaltan ehtin,
Niſt iz bi unſen frehtin.

Multiplici proventu,
nec eſt id per noſtras operas.

[In Hymno nocturno, quem in fine Grammaticæ Francico-Theotiſcæ exhibet Hikeſius. p. 111. legitur:

Euuigem daz Kofrehtobem
Dih lobun ſaman ſingan.

Æternis ut mereamur
Te laudibus concinere.

FRE.

Boxhorn. Gloſſ. *Gifrektotin*, mererentur. Kero: *Keuurahti*, merita. *after keuurahti*, ſecundum merita. (c. 2.) Scherz. Not. ad Otfr. p. 23.

Frehti, merito. Gloſſ. Monſ. p. 370.]

Notk. in Pſal. VIII. 5. *Uuanan mag Adames kelicho dina huldi gefrehton?* Unde poteſt Adami ſimilis tuam gratiam conſequi? mereri. Idem Pſal. XXIV. 7. *Nals nah dero abolgi die ih kefrehtot habo.* Non ſecundum iram, quam ego merui. Et mox: *uuanda ih kuote frehte ne habo*, quandoquidem ego bona merita non habeo. Idem Pſal. XXX. 17. *Mir briſtet an minen frehten*, careo propriis meritis. Idem IX. 9. XXXVII. 4. XLVI. 4. LV. 9. LXIV. 12. LXVIII. 29. LXXII. 24. LXXXVIII. 6. CVIII. 18.

Hinc hodiernum *Fracht*, merces vecturæ.

FREIS, v. *Frais*.

FREMIT, *fremd*. *Fremitborone*, alienigenæ. Gloſſ. Lipſ. Conf. ſupra *Fram*.

FREMEN, præſtare, dare, exercere, facere. Confeſſ. Vet. *Thinan uuillon zi giuuircanne inti zi gifremenne.* Tuam voluntatem faciendi & exercendi. Malè Flacius & Goldaſtus interpretantur *zv vernehmen*, de intellectu.

GAVIALTO, legitur in L. Sal. Tit. LXXVI. §. 1. Edit. Heroldi. ubi agitur de foro Amtruſtionis: *Teſtes dicant: quod ille nullatenus de Antruſtione gavialto eſtre legibus, dixiſſet.* Quod Wendelinus Germanicum *Gewilt*, volens, lubens, exponit: atque exinde vult conficere, hæc non alibi fuiſſe acta, dicta, ſcripta, quàm in Taxandria vel Hasbania. Optimè Du Fresne de hoc judicat: *Fides ſit penes ſcriptorem, quem conſule, ſi lubet.* Ego malim eſſe Francicum *Gewalt*, poteſtas, jurisdictio. Cæterum adjecta vox linguæ provincialis, *eſtre*, itemque quod hic titulus non extat in MSC. Regio, utpote recentior, demonſtrat, hoc quidem Capitulum cum aliis paucis cis Rhenum fuiſſe additum, ſed ad totam Legem Salicam inde concludere eſt ἀπολογία.

GAVL, vide mox *Gavl.*

[GAVISSA, quisquilias. Gl. Monſ. p. 344.

Uuintolono GAVOGIDA. Butruonum ſertas. Gloſſ. Monſ. p. 407.

GAUMA, convivium. *Teta imo gauma mibbila Levi in ſinemo hus.* Fecit ei convivium magnum Levi in domo ſua. Tatian. c. 56. §. 1. conf. ſupra *Cauma.*

GAUMANIM, nota. Gl. Monſ. p. 325.

Ni GAURUMMEN *odo nigatou.* non exhibeant. p. 403.]

GAW.

GAW, GEW, GOW, *Gobia; Go*, Stainhow. f. 63. regio, pagus, diſtrictus. *In gauga Gairgaiſaine*, in regionem Gergeſenorum.

Otfrid. II. 14, 3. *In ſelbas gemi ſinas*, in patriam ſuam, i. Galilæam.

Suevorum vox propria, ſecundum Irenicum Lib. IX. Exegeſ. c. 16. ait: *Centum pagi Suevorum referuntur, ex quibus multa millia militum quotannis bello partim, partim agriculturæ dedunturi, referente Julio in Comm. Lib. IV. Eutropius Lib. VI. Oroſ. Lib. VI. aliique plura de illis retulerunt. Itinerarium etiam nuper Auguſtæ repertum decem pagorum meminit. Horum autem pagorum finalis terminatio in γῆ græcam dictionem exibat, quam Germani in Geu veterunt. Extant adhuc Suevorum pagorum illorum nomina penes nos, ut ſunt Algau, quaſi Alpium γῆ geu. Brisgau, laudis γῆ vel pagus. Suntgau quaſi Solis pagus ob amœnitatem. Ergau honoris pagus. Heugau, quaſi fœni pagus. Nortgau Noricorum pagus, & hi pagi Suevorum dicebantur, cuſtodito adhuc nomine eorum Geu.* De pago *Algeu* conf. Zeiler. de Circul. pag. 667. De *Brisgau* veriſimilius eſt nomen habere à metropoli *Briſach*, quaſi Briſachgaw. *Briſach* autem à defectu aquæ, quia unicum habet puteum & aqua emenda eſt, *Merian. Topogr. Alſatiæ.* Ach enim aqua eſt, & *briſen* vel *briſten* deficere, s. In diplomate Lotharii Imp. de an. 845. vocatur *pagus Prisgaudi.* Chron. Königsh. p. 528. De *Suntgaw* erroneum, quod de Sole ait, ſed à meridie, quod *Sud* & *Sunt* dictum, vide inf. *Sund.* De *Ergau*, ſolidiora habet Hepidanus in vita Wibradæ. Lib. II. c. 9. *In pago qui Erigowe nuncupatur, quem Araris fl. ex uno latere præterfluit & altero Rhenus.* Contractum ergo eſt ex Arargaw. *Arar* enim & contractè *Aer* fluvius Helvetiæ eſt, Arola, *Goldaſt. T. I. Rer. Alem. p.* 111. A quibus differt Araris fl. Alſatiæ, *Ergers*, & *Ergovia*, i. e. augia ad Ararin, *V. Obſ. X. §. IV. ad Chron. Königsh.* quemadmodum etiam ad Ararim Helvetiæ *Arau* urbs appellata. Porrò *Hewgaw* nomen ſine dubio habet à ſuo opido *Hewen.* Denique *Nortgaw* non à Noricis nomen habet, ſed à plaga ſeptentrionali, ad quam ſita, reſpectu Sundgoviæ, Charta Liutfridi Ducis Alſatiæ, *apud Obrecht. in Prodr. Alſat. p.* 268. Cæterum bene Irenicus de Vangionibus Lib. II. Exegeſ. cap. XXXII. *Vormacienſes dicimus Vangiones. Omnes mirantur, unde nomen illud fuerit profectum? Litteris Græcis non opus eſt, Germanicus fons ſpectetur. Vrbs hæc ſita eſt in territorio teutonicè VUNGGAU dicto, Cerere & Baccho opulentiſſimo, Græci paululum variantes literas Vangiones illos proferebant quaſi Vungaugiones.* Niſi quod vox *Van* non tam *Uuune*, appellativum, quàm Nomen Proprium fluvii vicini fuerit. Neque cum Lehmanno facere poſſum, qui negat Vangionum nomen Germanicum & Germanis uſitatum fuiſſe, *Lib. I. Chron. c. VII.* Conf. Zeiler. in Topograph. Palatinat. Rheni.

Geuuimez, diſtrictus ſeu territorii limes. Otfrid. I. 20, 15. de occiſione infantum.

GAW.

So uuit thaz geuuimez uuas,
ni firliazun fie nih einaz.
Quàm latè territorii illius limes erat, non reliquebant nec unum.

Gloſſæ Theotiſcæ Fr. Junii: *Pagus, gauuimez.* Gloſſar. Goth. v. *Gauge*, ingens alicujus regionis tractus.

De Pagis Saxonum, Meibomius ſcripſit. De Alemannorum Freherus in Orig. Palat. Conf. Cluver. I. Germ. Antiq. 13.

Kilianus: *Gouw. vetus. Regio, ager, rus, terra, pagus. hinc multa regionum urbiumque nomina. Bonnegouw, ager Bolonienſis. Henegouw, ager Haniæ, Hannonienſis, Hannonia. Haſpengouw, Hasbania. Ooſter-goe ſive Oſtergouw & Weſtergoe ſive Weſtergouw, Terra Orientalis & Occidentalis.* Conf. inf. *Gouuon.*

GAW, GOW, idem quod *Gab*, alacer, *hurtig*, de quo ſupra. Otfrid. I. 13, 7. de paſtoribus properantibus Bethlehemum.

Thaz uuir oub mit den gouuon
thaz Gotes uuort ſcouuon.
Ut & nos cum alacribus verbum DEI (incarnatum) videamus.

[Scherzius vocem *gouuon* ad præced. *Gaw.* regio, pagus, refert, inde hos verſus ita transfert in Not. ad h. l.

Ut nos etiam cum pagis (i. e. incolis pagorum hujus territorii)
DEI verbum (impletum) *videamus.*]

Sollers, qui ſtudioſe agit. Idem Otfrid. III. 14, 148.

Thaz uuaz in inonon,
joh uz in then gouuon.
Hoc erat in illis (Evangeliſtis) & ex illis ſollertibus, a me extractum.)

[Hunc quoque locum ad præcedent. vocis *Gaw* ſignificationem Scherzius in Not. ad eund. refert. obſervans. E MSC. Cod. pro *inonon* legend. *in ouuon.* & pro *Joh uz in then gouuon. Joh uze in then gouuen.* Gothis *Gauga* (ita pergit) eſt tractus ingens regionis alicujus. Theotiſcum Gloſſ. pagum exponit, *gauuimez.* Belgis: *gauu, gäuu, goy, goo, gouue* eſt pagus, i. e. certum ac definitum regionis alicujus ſpatium. Friſiis *Gæ*, eſt pagus, vicus ruſticus; *gæ-man*, incola ejusdem pagi: *gæ-feynt*, adoleſcens eundem pagum inhabitans. vid. omnino Jun. Gloſſar. Goth. in Voc. *Gauge.* Huic loco maxime quadrat ſignificatio illa, qua *Gouu* ſumitur pro agro, quod vox *uze*, quæ reſpectu oppidorum & urbium poſita eſt, oſtendit, ut & vox *ouuon*, quæ in priori verſu occurrit. Unde hi duo verſus ita transferendi.

Quicquid (hominum morbo quodam laborantium) *erat in pratis*
Et extra (ſc. urbes) *in agris.*

F. Jun. ad Willeram. p. 186. Kilianus: *Gaw, cautus, catus, ſollers, acutus, agilis, alacer, acer, attentus ad rem. Gall. Gay.*

Hinc *Gougrave*, Comes ad cauſas quæ moram non patiuntur. Fuit extra ordinem electus à

GAW.

trium villarum incolis, quoties in rapinis & furtis copia Comitis aut Judicis Provincialis, ùt ordinarii haberi non poterat. *Jus Sax. L. I. Art. LV. ſqq.* Ubi Gloſſa: *Ein Gograff heiſt darum ein Gograff, das er gehe not oder tat richten mag, oder das er geblichen oder ſnelliglichen und gleich als gehende, richten ſol.* i. quod flagrans delictum debeat illico punire, ùt interpretatur ibi Zobelius, adjiciens: *Vidi ſic obſervari, quod uterque tam occiſus quàm homicida eodem ſepulcro ſint tumulati.* Quando cauſa finita erat, & munus Gogravii finitum: ſi tamen incolæ Gogravium elegiſſent ad longius tempus, opus erat conſenſu & inveſtiturâ feudali Comitis aut Marchionis, *d. l. A. 58.* Præſente porrò Comite vel Marchione ceſſabat jurisdictio Gogravii, *ibid.* Hodie planè abolita, quum ad quos Jurisdictio ordinaria ſpectat, id non concedant.

Kilianus: *Goo-grave, gograef. vet. Sax. Judex pedaneus ſive pedarius, judex qui plano pede judicat neque tribunal habet: eligebatur autem apud veteres Saxones ad vim illatam illico judicandam, eodem nempe die quo violentia facta erat. Go-graeve, feſtinus judex, qui in neceſſitate celeriter judicat. à Goh i. celer. And. Altham. vulgò Gogravius.*

Eſt adhuc hodie Gogravius Osnabrugenſis, contra quem reſtituenda fuit urbs Osnabrugum ut præſtanda ei præſtet: ut eſt in *Deſignatione* Reſtituendorum. Theat. Pac. p. 335.

GAWL, in genere pecus. *Urgawl*, verres, Jus Alemann. Prov. c. 211. *Urgawl haiſt ain Perſchwin dem ſol man järlichen die zend auslaben oder abſegen.* i. *Urgawl* dicitur verres, cui quotannis dentes excutendi aut reſecandi ſunt.

Hodie Equus, caballus. *Caballus ſpathus, Chengiſto*, L. Sal. c. XLI. §. 2. V. Ch.

[*Untarſenti* GAUUALTIDA, intermitti profectionem. Gloſſ. Monſ. p. 405.

Kerne enti GAUUARE, intentos. Gl. Monſ. p. 403.

Thibbero Lachano GAUUATTO, pannoſi. Gl. Monſ. p. 405.

GAUVICCONT, exorbitaverint, i. e. declinaverint. Gloſſ. Monſ. p. 376.

In ſtrite, in GAUUINNE, in conflictu. Gloſſ. Monſ. p. 406. *urdigit* odo *gauuinnit*, obtinuerit. p. 401.

GAYHUNT. vid. *Hund.*

[*Cazinſit*, i. e. GAZOGAN, cenſetur. Gloſſ. Monſ. p. 408.]

GAZZON, plateæ. Cant. Cant. c. 3, 1.

[*Gazun*, vicis. Gloſſ. Monſ. 355.]

GEA, *ja*, etiam, Beda. L. 5. c. 2.

GEAC, cuculus, Gl. MS. AS. V. *Chauken.*

GEALTNISSI, ſalus, ſalvamentum. Formula fœderis inter Ludovicum Germanicum & Carolum Calvum in conventu apud Argentoratum an. 847. 16. Kal. Martii: *In Godes minna ind durch thes Criſtianes folches ind unſer bedhero gealtniſſi.* i. pro DEI amore & Chriſtiani populi atque utriusque noſtrum ſalutem. Scribendum *gehaltniſſi*, ab Halten, ſervare. vide inf. H.

GEANDOT, annunciatus. Symb. Apoſtol. Vide *Anden.*

GEAN-

Digitized by Google

GE.

GEANSEIDOT. vid. *Antſeida.*

GEANTREITET. v. *Antreitii.*

GEBA, gratia, *Gnade*, Tatian. c. XIII. §. 8. *Unir giſahumes ſina diurida, ſolicha ſo thiu diurida iſt einiges ſon fater, fol geba inti uuares.* Vidimus gloriam ejus, gloriam quaſi unigeniti à patre plenum gratiæ & veritatis. §. 9. *Fon ſinero folneſſi uuir alle intpahumes inti geba furi geba.* De plenitudine ejus nos omnes accepimus & gratiam pro gratia. *Wanta euua thuruh Moyſen gigeban iſt, geba inti uuâr thuruh Heilant Chriſt gitan iſt.* Quia lex per Moſen eſt data, gratia & veritas per J. Chriſtum facta eſt. conf. ſupr. *Gabe.*

GEBALTHON, irritaverunt. Gl. Lipſii. Vide *Balgen.*

GEBANNE, V. *Gabe.*

GEBANNANE *Tage.* v. *Bann.*

GEBAREN GEBÆRE. v. *Baren*, ferre.

GEBERGE, cubilibus: Gl. Lipſ. V. *Bergen.*

GEBETAN
GEBETED BEON } vid. *Bat.*
GEBOTAN.

GEBILDEN. v. *Bilde.*

GEBIURDA, regio, v. *Buen:*

GEBLACHMALOT. v. *Blach.*

GEBREDUUERTH IST, fundatur, Gl. Lipſii.

GEPRESTEN. } v. *Briſten.*
GEBROSTEN. }

GEBROIHTA. v. *Brechen* & *Broiben.*

GEBÜBE. v. *Baba.*

GEBUR. v. *Buen.*

GEBÜREN. v. *Buren.*

GEBURESCH. v. *Burſe.*

GEBURTI. vid. *Burt.*

GECHATTOST. v. *Cheden.*

GECKEN. *Geckenkrieg.* v. *Armenjaken.*

GECORANNISSÆ. v. *Choron.*

GECYNDILICAN. v. *Chind.*

GEDANG. vid. *Ding.*

GEDANCHHAFT. } vid. *Denken.*
GEDENCHET. }

GEDDI, elogio: Gl. MSS. AS.

GEDERAN. v. *Derien.*

GEDEHTIGI. vid. *Dahta.*

GEDIGEN, populus, plebs. v. ſupr. *Diuben.*

GEDINGEN. vid. *Ding.*

GEDRVFT, turbata: Gloſſæ Lipſii.

GEDRUOHTEN v. *Druuben.*

GEDVCHTAN, Cant. Cant. c. VIII. 2. ſed rectius legitur *gedruchtan*, expreſſus. [*Gedubtan* legitur in noſtra edit. & quidem recte. vid. notata ſupra ad voc. *Duab.*

Suaſſo mir GEDUNCHET, quodcunque videro. Gloſſ. Monſ. p. 326.]

GEDUNSUM, Notk. Pſal. X. 2. *Sie uuerdent mit in gedunſum se forlorinisse*, rediguntur cum ipſis ad interitum.

GEEBEN-MAZZOT. vid. inf. *Mazze.*

GEFILDE. vid. ſupra *Feld.*

[GEFOLGET. *Dero meiſtrun ſin gefolgeet rehtaron*, magiſtram ſequantur regulam. Kero. c. 3.]

GEFUGELE. vid. *Fugeli.*

GEFURE. vid. *Fure.*

GE.

GEFUOGAN, adjicies, Gloſſæ Lipſii. Somnerus: *Sax. Fog & Gefog*, item *fooging*, *junctura*, *conjunctio.* Germ. *Fügen.*

GEFUORE. vid. *Fure.*

GEFYRDRO, ditor. Gl. MSS. AS.

GEGEN, vide *Gen.*

GEHAN, GIHAN, JEHEN, confiteri. Kero: *Gehan*, *confiteri.* c. 4. *Gehat*, *confitemini.* c. 7. *Kegehane ſint*, *profeſſi ſunt.* c. 5. *Gihit dir*, *confitebitur* tibi. c. 7.

Confeſſio vetus: *unrehtes gihaneti*, falſum confeſſus.

Notker. Pſal. L. 8. *jehendo minero ſundon*, contendo peccata mea.

Form. Confeſſ. & Otfr. II. 13, 9. *Ih gihu*, confiteor. *Bigihdic*, confitens. *Lambec. L. II. Bibl. c. 5. p. 319.*

Fragm. de Bell. Sarac. ℣. 2060.

Thaz wir vore ware mogen geben.
Quod nos pro vero poſſumus aſſerere.

℣. 2380.

Sie ne wolden an Mahmet jeben.
Niſi vellent Mahometum profiteri.

Jah, confitebatur, Otfr. I. 27, 33. de Johanne Baptiſta.

Jah er tho ſo' s'iz uuas.
Confitebatur tunc ſicut id erat.

Id. III. 20, 353.

Jahi ſo s'er dati,
Confiteretur ſtatim cum feciſſet.

[Hæc verba in citato loco non occurrunt, at verſu 357. verba coeci à Chriſto ſanati refert.

Jah ih, quad er, Drubtin, duan.
Confiteor ego, dixit, Domine, facere.

Ita Schilterus hæc verba vertit, at Scherzius in Not. hoc modo reddenda cenſet.

Aſſero, *dicebat*, *Domine*, *facere* ſcil. illud, i. e. aſſevero me credere.]

Conf. Notk. Pſ. LXXVII. 5.

Jehare teſtes, Notk. Pſal. XXXIV. 11. *unrehte jehare ſtuonden uf*, iniqui teſtes exſurgebant. Pſal. XXVI. 12. *Uuanda mir analigent unrehte jehara.* Quoniam inſurrexerunt in me teſtes iniqui.

Jihtungo, *martyrio.* Notk. Pſal. XLIII. 12.

Glich jeben, de duobus idem feudum petentibus, contravindicare, J. Alem. Feud. c. 2.

Jiho, confiteor, Notk. Pſal. XVII. 50. *Fone diu trubten iiho ih dir.* Propterea confitebor tibi Domine. conf. inf. *Jah.*

Pigihtaro, confeſſores, Notk. Pſal. LIX. 2.

Vergicht, idem quod *Gicht*, *Jicht*, confitetur, J. F. Alem. 12. 3.

Pihte, confeſſor, Notk. Pſalm. XLVII. 12. *Freuuen ſih tohtera pihte*, exultent filiæ Judæ. i. confeſſoris. Unde emendanda lectio. Pſalm. LXXVII. 67. Judam *betehiutiu.*

Pihte, confeſſio. Notk. Pſal. XCV. 6.

Kejihtare, confeſſores, martyres, *Notk. Pſalm. XLIII.* 10. *Dine martyres Keihtare.* ℣. 13. *Du gabe dine martyres (keihterra) ze slahto.*

GEH.

Kejiht, confeſſio, Notk. Pſal. XCV. 6. *Kejiht unde ſconi ſint fore imo.* Confeſſio & pulchritudo in conſpectu ejus.

Gihan, permittere, Otfr. ad Ludov. R. ỿ. 82.

Manag leid er tulta
umb thaz to Got gihanta.
Multum doloris toleravit,
eo quod DEVS permiſit.

[Pro *umb thaz to Got gihanta.* Cod. Vind. habet: *Unz thar tho Got gihangta.* v. Scherz. Not.]

Conf. inf. *Jah.*

GEHALSLAGET. vid. *Hals.*

GEHAVE *thich ad hæreticos*, [in noſtra edit. legitur. *Gehabe dih* ad hæreticos] apage ad hæreticos. Willeram. ad Cant. Cant. p. 14. n. ed. 6. Noſtrates Alemanni *Geheu dich.*

GEHEBE, anſatum. Chron. Königsh. c. 1. §. 115. de Alexandro M. *Det er machen eine gleſine ſtube die umb und umb gehebe was. und lies ſich an des meeres grunt.*

GEHEILIGEN. vid. *Heilac.*

GEHEVIGEN. vid. *Hebig.*

GEHEIZEN. vid. inf. *Heizen.*

GEHERIDES, vid. *Era.*

GEHIETIN, irritâti, Rhythm. de S. Annon. ỿ. 360. [Scherzius in Notis *gehietin* ab *Hiban* derivat.] V. *Heyen.*

GEHIHTON. vid. *Hihan.*

GEHILEICHE, generatio, Notk. Pſ. LIX. 10. vid. inf. *Hileihhe.*

[GEHIMILOTAZ, Stratum. Gloſſ. Monſ. p. 360.]

GEHIRMON, quieſcere. *Gehirme*, quieſcam. *Gehirmeda*, quievit. *Ungehirmelik*, inceſſabilis: Gloſſæ Lipſii.

GEHOVRDA, fornicati, Gloſſæ Lipſii. ubi Somnerus: *Meretrix Sax. Hore. nobis (w uoci perperam præponentibus) whore: perperam dico; nam ab hyran venit, i. e. pretio conducere, quod vox etiam Latina ſat planè confirmat.* v. *Hiiren.*

GEHUGNISSE. } vid. *Hugen.*
GEHUGTIG. }

GEHULTER. vid. *Huld.*

[GEIGIT, æquavit. Gloſſ. Monſ. p. 334.

GEIL vid. *Gail.*

GEINOTA, oſcitavit. Gloſſ. Monſ. p. 398.]

GE-INOTEN *Uuorten*, teſſera militaris, *das heimliche, die loſung.* Notker. in Symb. Apoſt. *Alſo ouh in prælio in prælio Symbolum beizet das zeichen, daz an Scilten alde an geinoten uuorten iſt, dannan iegliche iro ſocios irchennent.* i. Sicut in prælio Symbolum dicitur ſignum (ſive teſſera vel nota,) quod in ſcutis, aut (vocalis teſſera) in verbis conventis, unde quilibet ſuos ſocios cognoſcunt. σύνθημα, Appiano. V. *Einon.*

GEINTI, moriebatur, Rhythm. de S. Annon. ỿ. 543. vid. ſupr. *Ent.*

[GEIRITIU *tranch*, ſicera. Gloſſ. Monſ. p. 401.]

GEISLVM, flagellum. Otfrid. II. 11, 18. de Salvatore:

GEI.

Eina geislum er thar giſlaht.
Flagellum confecit.

GEIST. Spiritus.

Geiſtlichaz, geiſtlicho, ſpirituale. Otfr. I. 18, 4.

Theis geiſtlichaz uuari.
Quod (ut) myſticum (ſpirituale) eſſet.

Id. V. 23, 406. de Muſica cœleſti.

Thaz niuziſt thu io gilicho
thar ſcono geiſtlicho.
Eaque frueris pariter
ibi eleganti ſpirituali.

Geiſtlichiu natura, Spiritus, Notk. Pſal. ult. fi. *Alliu geiſtlichiu natura loboe unſeren trubtenen.* Omnis Spiritus laudet Dominum.

GEIT, vadit, *gebt.* Otfr. II. 7, 22.

Sehet, quad er, heraſun,
uuar geit ther Drubtines Sun.
Videte, dixit, huc ad nos
unde vadet Domini Filius.

[Scherz. *uuar geit*, vertit *ubi eat.*]

Gigeit, id. III. 24, 47.

[In hoc Otfridi loco non *Gigeit* ſed *firgeit* occurrit.

The'iz ouh inan ni firgeit,
thanne ellu uuorolt ufſteit.
Quod nec eum præteribit,
quum omnis mundus reſurget.]

Bigé, Gigé, Otfr. V. 23, 525. ſq. de Statu alterius vitæ beato.

Giuuiſſo ſagen ih thir ein,
thar ni irſtirbit man nihein.
Bithiu ni uuirdit ouh in uuar,
thaz man nan bigrabe thar.
Odo ia uuiht thes man thar bige,
thes zi tode gige.
Certe dico tibi ſemel,
ibi nec ullus moritur.
Propterea nec contingit revera,
ut quis ſepeliatur ibi.
Aut quicquam ibi agatur,
quod ad mortem accedat.

GEITEN, petere, V. *Giten.*

[GEIZU *uuerden.*, mordeantur. Gl. Monſ. p. 385.]

GEIZZIN, hœdi, Notk. Pſalm. XLVII. 12. *Uuando du geſcidoſt oves ab hœdis (Schaf ſone geizzin.)* [Hodie in Suevia *geiſſen* capræ vocantur.]

GEKNISEDON. vid. *Chnuſſan.*

GEKNUSSE. vid. *Knuſſe.*

[GEKUALTIN. Otfrid. III. 18, 141.

Thaz ſie gekualtin in thaz muat.
Ut vindictam ſumerent.

Ita quidem Schilterus vertit, aſt Scherzius in Notis. *Ut recrearent ſibi animum*, ſcil. vindicta. vid. inf. *Kualen.*]

GEKUNNI. v. *Chunn.*

GELAEZZE. vid. *Laſſen.*

GELANGEN, *mir gelang übelo*, Notk. Pſalm. CXVIII. 125. *gelungete, gelingen.*

GELAS-

Digitized by Google

GELASSENHEIT. vid. *Laſſen.*

[GELASUHTI. *Mit gelaſubti*, Elephantico morbo. Gl. Monſ. p. 384.]

GELATHINGE. vid. *Laden.*

GELBO, mentior, vexo, defraudo, Otfr. I. 23. pen.

Ni maane the ih thir gelbo,
Drubtin iſt iz ſelbo.

Ne credas quod ego tibi mentiar,
Dominus eſt ipſe.

Conf. IV. 29, 53.

GELEGERE, proximus. Notk. Pſal. XXIII. 4. *Nob in andrimmon ne ſuuor ſinemo gelegeren*, nec juravit in dolo proximo ſuo. Idem Pſ. XXVII. 3. *Die mit iro gelegeren minnechlicho choſont*, qui loquuntur pacem cum proximo ſuo. Pſalm. XXXVII. 12. *Mine friunt unde mine gelegeren nahton ſih uuider mir.* Amici mei & proximi mei adverſum me appropinquarunt. [In omnibus his locis non *Gelegere*, ſed *gelegene* in Notkero noſtro extat, neque id vitio typographi, ſed in ipſo quoque Schilteriano avtographo.]

GELENDE, accola, Gloſſæ Lipſii. *Gelandun*, pagenſes, Kapitul. Franc. IV. c. 19.

Gelende, terræ, agri, Notk. Pſ. LXXXIV. 13. *Unde dannan berent iro unuochar unſeriu gelende*, & terra noſtra dabit fructum ſuum. *Landerey*, hodie.

V. *Lant.*

GELEPFEN. vid. infr. *Gileppher.*

GELF, obliquum, fraus, Fragm. de B. Sarac. ℣. 3262.

Ire gelf iſt inoch ſo groz:
Genelun hat uns in Sarragus
alle verraten.

Dolus iſtorum eſt adeo magnus:
Genelun nos Saraguſæ
omnes prodidit.

Idem ℣. 3721.

Thaz wir thie geſellen
ire gelphes widerbringen.

Ut iſtis ſociis
fraudes eorum compenſemus.

Gelpfheit, pravitas, Otfr. III. 19. 19.

Mihilu gelpfheit,
iob unſer herza gimeit.

Magna pravitas
atque noſtri cordis averſio.

vid. *Abelepte.*

Kilianus: *Ghelfs*, obliquus.

GELIBEDELIC, deprecabilis, Gloſſ. Lipſ. ubi Somner. *Saxon. biddan eſt orare, rogare, precari, cujus ni fallor in hac voce quale quale veſtigium.*

GELICODA, complacuit: Gloſſæ Lipſii. V. *Licon.*

GELIUORE, libera, Gloſſæ Lipſ. ubi Somn. *Hoc, ut & noſtrum deliver, latinizant.*

GELLEN. Stainhöw. f. 103. *Du haſt gedultiglich mit ſenftem gemut dines mannes verſchulden getragen, und darüber dyn Gellen uſs eigenſchafft freygelaſſen.*

[*Gellent*, tinnient. Gloſſ. Monſ. p. 325. 337. Goth. *Gala*, carmen canere, it. *Gelld*, vociferatio intempeſtas Ver. Ind. Bibl. Antiq. Judith. XI. 15. *Und joch einer, der ergilt nit wider dich.* & non latrabit vel unus contra te. Unde & *Nachtgal* luſcinia. item *Galm*, ſonitus. (quod vid. ſupra) Saxon. inf. *Jölen*, cantillare. Hinc eſt *die obren gellen.* 1. Sam. III. 11. vid. Staden. Explic. Voc. Germ. Bibl. p. 248.]

[GELOIBAN. *Uuie ſcal ih nu mih geloiban dinero contemplationis.* Willeram. in Cant. Cant. V. 3. Ubi quidem Junius fatetur, ſe non aſſequi quid Willeramus verbo *geloiban* voluerit ſignificare. Scherzius vero in Not. ad h. l. hæc habet. *Sih geloiban* eſt nihil aliud, quam *ſe ſeparare, ſich von einem beurlauben.* Apud Notker. Pſal. XXXIV. 22. verba *Ne diſcedas â me*, redduntur: *Ne geloube dih min.* Apud eundem Pſ. XXXIII. 9. *Ube ſie das ne tuont, ſo uuehſelot er fore in ſin anaſiune unde geloubet ſih iro:* quod vertendum eſt. Si hoc non faciunt, tunc erga ipſos faciem mutat, & ſe ſeparat ab illis. Adde ap. eund. Pſ. XLIII. 12.

Geloubon. Willeram. in Cant. Cant. I. 6. velare ſignificat & *Louba*, umbraculum. vid. Scherz. Not. ad h. l.]

GELOUBIRREN. vid. *Irrigiangin.*

GELOS, Ungelos, V. *Los.*

[GELICHNISSES. Willeram. in Cant. Cant. I. 15. (noſtra edit. habet *glihniſſes*) ſimulationes. *Kilihniſſa*, Scena. Gloſſ. c. 17. *Kilihhiſſon*, ſimilabo. Kero. *lichizeta ſih rumer faran.* finxit ſe longius ire. Tatian. 228. 1. vid. Jun in Not. ad h. l.]

GELOBIGE. vid. *Loube.*

GELTEN, KELTEN, præſtare, dare, ſolvere, compenſare. Primò de Sacris, *Ghelden*, colere, ſacrificare. Iſidor. contra Judæos c. 3. §. 3. *dher heidheno abgudion gheldendo.* qui gentilium deaſtros colit. [Quaſi dicas idola gentilium æſtimans, in pretio habens. Palthen. Not. ad h. l.]

Ghelſtar, ſacrificium. Idem Iſid. c. V. §. 6. *Ghelſtar iob ſalbunga bilunnan uurdun.* Sacrificium & unctio ceſſarunt. *Offerunc ghelſtar*, ſacrificium, *Idem cap. VIII.* Concil. Liptinenſe de formula profeſſionis Fidei; *Forſachiſtu allum diabol gelde. Reſp. ende ec forſacho allum diabolgelde.* Monum. Paderborn. fi.

[In mentem venit, cum terminatione inter ſe conveniant *blauſtar* atque *ghelſtar*, utrumne exiſtimandum ſit, compoſita illa vocabula eſſe, prius quidem ex *blot* poſterius ex *ghelt:* Anglis hodie *gult* culpa, debitum, quod Germani aſpiratione addita *ſchult*, dicunt, & ignota hactenus voce *ſtar*, ſacrificium, ut adeo *bloſtar*, id ſit, quod Germani *ein brandopfer*, *ghelſtar*, quod *ein ſchuldopfer* vocant. Sed liquidiorem hujus conjecturæ lucem dies affundet. Palthen. Not. ad cit. Iſid. loc. p. 409. conf. ſupra *Blouſtar.*]

Secundo de Secularibus.

Otfrid. L. ult. c. 24, 95.

Gelt ſiu follon
Recompenſatio multùm plena.

[Adde

[Adde Eund. Præfat. ad Salom. ubi ℣. 43. in MSCtis de quibus in Notis, ita legitur.

Mit geldes ginuhti
Thaz ir mir datun zubti.
Cum retributionis ſufficientia
quod me educaveritis.

Tatian. c. 30. 1. *Thu geltis Gote thina meineida.* Reddes Domino juramenta tua. Id. c. 27. §. 3. *War ſagen ih thir. Ni ges thu thannan uz, ér thanne thu giltis den jungiſton ſcaz.* Amen dico vobis. Non exies inde, donec reddas noviſſimum quadrantem.

ASax. *Gild* eſt ſolutio, præſtatio, *Gildan*, ſolvere, præſtare. Germanis nummus, quod omnium rerum vicem reddit, *geld*, dicitur, & *gelten* eſt pecunia æſtimari, itemque *vergelten*, quacunque ratione aliquid penſare ac remunerari. Palthen. ad Tat. p. 355.

Gelt, penſio. Gloſſ. Monſ. p. 400.]

Notk. Pſal. LXVIII. 5. *Ih kalt, daz ih ne ſubta:* exſolvi, quæ non rapui. Retribuere, Notk. Pſ. CXVIII. 17. ad verba. *Retribue ſervo tuo vivam (vivifica me) & cuſtodiam ſermones tuos.* Ita commentatur. *Kilt dinemo ſcalche. Du gibeſt dar du uuile per indebitam gratiam bona pro malis, ſo ne fundiſt du die, dien du gabeſt bona pro bonis: kilt ouh mir nah dien genadon ſo lebo ih, unde behuoto diniu uuort, unde dannan chumo ad aliam retributionem, an dero du gilteſt bona pro bonis, das aber gratia folliu iſt. Uuanda diſiu fone enero chumet.*

Gelter, & eum, qui præſtat, i. debitorem, & eum cui præſtatur creditorem ſignificat.

Jus Auguſtanum MS. fol. 65. b. *Git aber der gelter an dem achtunden tage pfant oder pfennig.* i. ſi debitor in die VIII. ùt termino prorogato, pignus aut pecuniam dat.

Idem fol. 67. *Beclagt ain man ſin burgen, ir ſi ainer oder mer, und mag der ſelbſchol nit vergelten mit varndem gut, ſo ſullen im die burgen gelten mit varndem gut ob ſies hant. Beredent ſi aber das ſi nit varendes gut habent, hat der ſelbſchol dem aigen, da ſol man den gelter* (creditorem) *hinwiſen daz man im davon gelte nach recht.*

Ingeltare, vergelter, vindex. Notk. Pſal. L. 6. *Du eino biſt rehter ingeltare, uuanda du eino unſundig piſt.* i. tu ſolus es verus vindex (peccati) quia ſolus inpeccaminoſus es.

In gelde han, in præſtatione, perceptione habere, *in bau, und beſſerung*, J. Sax. Feud. MS. c. 13.

Widergelt, retributio. Pſal. LXVIII. 23.

Wingelt, præſtatio vini. Charta Wiſſenburg. de an. 1404. *Wingelts ein fuder*, præſtatio vini annua: vehes.

Wärgelt, wergilt, werigeldun, pretii præſtatio pro re. Notk. Pſ. XCIII. de Fidelibus converſis: *Sie guzzen uz das iro heiliga uuerigelt.* Fuderunt pretium ſuum. *Uuas gelazzeſt du in dara in gagene durh ablaz? Sie trinchen iro uuerigelt*, bibant pretium ſuum?

Gült, præſtatio annua. Gloſſa Germ. Juris Feud. Sax. cap. LX. *Des wiſſet, alle Gulte iſt dreierley: Entweder ſie iſt eigen, oder lehn oder gemiet gut, das iſt bauergut oder zinsgut.*

Gylter, debita, *agyltath*, debent, Orat. Dom. ASax.

Gild, tributum, cenſus, Gothis. Luc. XX. 22. Marc. XII. 14. *Gils trameleins*, deſcriptio, indictio, ἀπογραφὴ Luc. II. 2.

Kilianus: *Gulde, guldte, Vet. Germ. Sax. tributum, vectigal, contributio, Symbolum.* Idem: *Gulde, vetus. Epulum, populare convivium.*

Lindenbrogius in Gloſſar. *Vicani atque agricolæ in Germania GILDE vocant convivia publica, quæ collatitiâ ſtipe quotannis ſemel iterumque celebrare ſolent.*

Gelda, collecta. Karlomanni Capit. an. 882. c. ult. *Volumus ut Presbyteri & miniſtri Comitis villanis præcipiant, ne collectam faciant, quam vulgò GELDAM vocant, contra illos qui aliquid rapuerint.*

Hinc *Gülden, Gildonia*, conventus, collegia in quibus arca communis, in quam Symbola ſeu collectæ colliguntur. Quæ per conjurationem fieri prohibitæ à Carolo M. Kapitul. an. 779. c. 16. *De Sacramentis per Gildonia invicem conjurantibus, ut nemo facere præſumat. Alio verò modo de eorum eleemoſynis (alimoniis) aut de incendio, aut de naufragio quamvis convenientiam faciant, nemo in hoc jurare præſumat.* Idem habetur Kapitul. Lib. IV. Add. 134. & 1. LL. Longob. t. 17. c. 7. Perperam V. Amerpach. ad hanc conſtitutionem emendat *Guildionia*, quaſi *factum à willen, voluntate & thon, facere.* Kilianus: *Gulde, Ghilde, Societas contributionum, contubernium*, curia, collegium, ſyſcenium, συσκήνιον, *contubernium in publico convivantium*, συσσιτία, *fratria, ſodalitas*, corpus. *Angl. Gylde, Gulde der ambachten, collegium opificum.* Zunft.

Zinsgultin, Otfrid. I. 11, 42.

Ouh uuidorort ni uuantin
er ſino [legend. *ſiro*] *Zins gultin.*
Nec revertebantur domum
antequam ſuum cenſum præſtitiſſent.

Verliben umb gülte opponitur *umbe das halbe*, Jus Argent. t. Von Widem. c. 14.

Güldhalla, Ghildhalla, ædes *Güldæ*, impr. mercatoriæ, vide Gloſſar. du Fresne v. *Gildum.* ubi plura.

Widergült, præſtatio annua de alia & majori annua præſtatione: ut qui duodecim ut annuam præſtationem recipit, obligatur ut ex his ſex reddat tertio. Sicut Jure Hebræorum de decimis Sacerdotes iterum decimas Levitis præſtabant. Differt à *Wiederzins*, quod Wiedergült in fructibus, Wiederzins in cenſu pecuniario protiſſimum conſiſtit.

Gelte, interjectio vulgaris. Chron. Königsh. c. 1. §. 35.

GELVVI, conſenſu. Gloſſæ Lipſii, *Geloben*, paciſci, vid. *Loube.*

GEMACH, commoda. Aurea Bulla Caroli IV. Imp. c. 3. §. 1. de Electoribus: *So ſie mer ſäliglicher ausgieſſen gemach fruchtpärs frids und rin aller Criſtenhait.* tantò felicius effundunt commoda uberioris pacis & tranquillitatis omni Chriſtianitati.

Mit

Digitized by Google

GEM.

Mit gemache, vid. *Macon.*

GEMACODA, vid. *Macon.*

GEMAL, vid. *Mal.*

GEMAN, gemein, gimein, communis, vide *Mein.*

Gemeinſamnuſſe der heiligen, communio Sanctorum: Symb. Apoſt.

Gemeini, communicabo, Gl. Lipſ.

Gemeinſchafft, communitas, Gemeinde. J. Argent. L. I. c. 9. *unt ſol imo die gemeinſchafft darumſ anteil laſen ſprechen.* Lat. Judex illud determinabit ſecundum judicium & dictum populi.

Gemeine geloube, vid. inf. *Mein.*

Gothis *Gamanum*, Sociis. Luc. V. 7.

Ingemini, in communi, regulariter, Carm. de S. Annon. ℣. 307.

GEMECHEDE, conjux, Ehegemächt. Jus Argent. de Viduis c. 1.

GEMEDE, mitis. Chron. Königsh. c. 1. §. 98.

Gemedekliche, id. c. 2, 77.

GEMEITVN, v. *Gimeitun.*

GEMESSE, ramus, Tatian. c. 182. fi.

[Non *ramus*, ſed *eamus* notat hæc vox: verba enim ita ſonant. *Erſtet inti gemeſſe, ſenn nu nahlihhot ther the mih ſelit.* Surgite, eamus, ecce appropinquabit qui me tradet.]

GEMISCELOT. vid. inf. *Mis.*

GEMUGEN. vid. *Magen.*

GEMÜLBE. vid. *Melm.*

[GEMUOZEGET. *Ih habo mich gemuozeget unerlichero ſorgon*: expedivi me à terrenis ſollicitudinibus. Willeram. in Cant. Cant. V. 3.]

GEMVTOS, mutabis, Gloſſ. Lipſ. ubi Somnerus dormitat. v. Farmeid.

GEN, contracte pro *Gegen*, vide ſupra *Gagan.*

Genaw, gegenaw. Ita ſcribitur majoribus JENÆ nomen, *Gena*: contra-augia, oppoſita der Lobedaw, augiæ benedictæ. Huc referendum videtur & nomen GENAVNORVM, populi in Alpibus Noricis, de quo Horatius L. IV. Od. XIV.

Milite nam tuo
Druſus Genaunos, implacidum genus,
Brennosque veloces, & arces
Alpibus impoſitos tremendis
Dejecit.

GENAREN. vidi *Neren.*

GENECIUM. vid. *Nez.*

GENEMEN, *Genemnidiu.* vid. *Neuman.*

GENER, iſte, hodie jener. Otfr. Præf. ad Ludov. R. ℣. 117.

Ribta gener ſcono.
Gubernabat ille pulchre.

Id. III. 18. 72. *gene al*, iſti omnes.

V. 9. 32. de Cleopha.

Gab einer antwurti
ſelb ſo er iz zuruti.

GEN.

Thaz leid thaz inan ruarta,
thaz gener es ni ſualta.
Dedit unus reſponſum,
qui ipſe iraſcebatur.
Malum quod ipſos tetigiſſet,
quod ille id non ſentiret.

Genin, iſta. Otfr. III. 14, 31.

Bigonda genin thabton
Cœpit illa cogitare.

[Codex Vindob. habet *genu.*]

Genas, illud. Otfr. V. 23. 133.

In muate muar in genas mer.
In animo erat eis illud magis.

[Conf. verſ. 204. *genas al*, illud omne. add. Not. Scherz.]

Belgis: *Gender*: illic. *gender-waerts*, illorſum.

Gothis *Gainer*, ibi. Matth. V. 23.

GENGE, frequentatum. Chron. Konigsh. c. V. 68. *genge herberge*, gemeine herberge, commune diverſorium.

à *Gen*, *geben*, frequentare. V. Gan.

Hodie de moneta, *Genge und gebe*, quæ in uſu.

Zegengen, diſperdere, Notker. Pſ. CXLII. fi. *In dinen genadon zegengeſt du mina fienda.* In miſericordia tua diſperdes inimicos meos.

GENELUN, proditor Caroli M. apud Regem Saracenorum, Marſilium, in Hiſpania, de quo in Fragm. & pleno hiſtorico carmine de Bello Caroli M. & in libro Turpini Epiſcopi. Atque videri poſſit, ab eo jam tum eveniſſe, quod Genulones ſeu Ganelones idem quod proditores ſignificent. Sed quia illa poëmata ex Turpini Epiſcopi libello hauſta, libellus verò iſte non ſit Turpini, ſed ſuppoſititius, uti inter Eruditos conſtat, igitur verior videtur ſententia Papinii Maſſoni *lib. 2. Annal. Franc.* & St. Baluzii *ad Epiſt. Lupi XXIX. p. 369.* quod iſta denominatio demum à Genulone ſeu Guenilone Epiſc. Senonenſe, proditionis reo contra Carolum Calvum, orta.

GENESAN, GNISAN, chiniſan, liberari, conſervari, ſanari. Willeram. in Cant. Cant. c. II. 18. de columba: *Thiu* [*diu* noſtra edit.] *mag geneſan uore themo haueko* [demo habeche] hæc poteſt ſervari præ accipitre. Fr. Junius ait ſe prorſus ignorare quid iſtud *geneſan* ſit aut unde. Notkerus in Pſal. XXXVI. 33. *ſo die ſele gniſet, ſo erſtat der lichamo.* Cum anima ſalvatur, tum reſurgit corpus.

Fragm. de Bell. Sarac. ℣. 3119.

Man gelouet thir nu baz,
Aines ſturzes er genas.
Venia datur tibi nunc faciſe.
Uno impetu liberatus eſt. ironicè.

Chiniſti, venia. Iſidor. contra Jud. c. V. ℣. fi. de primi hominis reſtauratione: *Dhazs ir ſih anur dhurah breuun mahti chigarauuan zi chiniſti.* i. ut per pœnitentiam reparari poſſit ad veniam. vid. ſupra *Ch.*

Salus: Notk. Pſal. CIII. 26. *ze ſtade geniſte*, ad portum ſalutis.

Gothis *Nasgan*, ſalvare, ſervare, Matth. XXVII. 49. *Ganiſan*, Marc. X. 26. Luc. IV. 18.

GENEZ, Gynecæum, V. Toda & ad L. Alem. c. 80. ap. Königsh. p. 690.

GENIHTE *ſih*, delectabat ſe. Rhythm. de S. Annon. ℣. 675. v. *Niden.*

GENIHEN. vid. *Nicht.*

[GENOSSEN. *Ein eigen man mit ſeinen genoſſen. Ein buwer mit ſynen genoſſen*, i. e. æqualis, paris conditionis, ſtatus. Goldaſt. Reichs-Sazung c. 1. §. 6. Reinec. Vocab. Theot. MSC.]

GENVEN uuerden, Notk. Pſal. CIX. 5.

GENYET. vid. *Nieden.*

GEOCODON, abdiderunt, Gloſſæ Lipſii. Somnerus: *Rectius forſan Addiderunt. Addere autem Saxon. zeiccan, alias zeeacan, unde noſtrum eeked, additus, adjectus, uti & Eke, pro Etiam.*

GEOFFEN *thih*, v. *Ofan.*

GEORNLICE, obnixe: Gl. MSS. AS. Germ. Gern.

GEORNNIS, curioſitas. Gl. MS. Anglo-Saxon.

GEORWIERDIT. vid. infr. *Orw.*

GEPANTA, tardus. Ita Jornandes de reb. Geticis c. XVII. *Lingua Gothorum Gepanta pigrum aliquid tardumque ſignat, inde GEPIDARUM nomen, qui tardius ex Scandia adventi.* Sed ut hæc denominatio per ſe ridicula eſt, ita *Gepanta* eſt Celticum aut Teutonicum *Gebunden*, ligatum. Gepidas autem ad Scythas, non Gothos referendos, Salvianus innuit Lib. IV. de Gub. DEI. pag. 91. *Numquid Scytharum aut Gepidarum inhumaniſſimi ritus in maledictum &c.* Paulus Warnefrid. L. I. de Geſt. Longob. c. XXVII. *Gepidorum genus ita eſt deminutum* (per Longobardos) *ut ex illo tempore* (Juſtiniani Imp.) *ultra non habuerint Regem, ſed univerſi qui ſupereſſe bello poterant, aut Longobardis ſubjecti ſunt, aut usque hodie Hunnis eorum patriam poſſidentibus, duro imperio ſubjecti gemunt.* At Paulus idem in continuatione Eutropii poſtquam *Lib. XII.* retulit, ut Gothi ex Scanzia olim progreſſi trans Iſtrum conſtituti ab antiquis ſedibus ab Hunnis pulſi à Valente Imp. terras Thraciarum ad habitandum acceperint, *Lib. XIV.* refert *Gothos, Hypogothos, Gepides & Vandalos, nomen tantum & nihil aliud mutantes, unaque lingua utentes, omnes fidei Arrianæ, ſub Arcadio & Honorio Danubium tranſeuntes, locatos fuiſſe in terra Romanorum: & Gepides quidem, ex quibus poſtmodum diviſi fuiſſent Longobardi & Avares, villas quæ ſunt circa Singidonem & Sirmium, habitaſſe.* Sirmium ipſum etiam Avares ſubegiſſe, idem ſub Imp. Mauritio an. 577. refert.

Conf. Cluver. L. 3. Germ. Antiq. c. 34. p. 632. Item M. Prætor. in orbe Goth. lib. 3. c. 2. Gepidas & Longobardos promiſcue aliquando dictos, ait Vorburg. Vol. 3. p. 121. vid. & Vol. VII. pag. 2. & 209.

[GEPAN, infundere. Gloſſ. Monſ. p. 385. 388.

GEPATIOTO, Stratæ. p. 386.

GEPET, miniſtrate. p. 388.

GEPOLSCEINI, calvariam. p. 329.

GEPONOTAZ, ſtratum. p. 340.

Unter dero GEPRIEVIDO, ſub cenſu. p. 325. v. ſupra *Briaf.*]

GEQVALHIT, coagulatus, Gloſſæ Lipſii.

GEQUICCO, vid. QUEK.

GER. gladius. Fragm. de Bell. Sarac. verſ. 2494.

Ther ſite unas under goten knehten:
Sie kunden wole uehten
Mit ſpieze und mit geren.
thez ulizen ſih thie herren.
Hic mos erat inter bonos milites:
Sciebant bene pugnare,
Haſtis atque gladiis.
His ſtudebant domini.

Et verſ. 2525.

Mit ſineme ſcarfen gere
ramete er ſin zo then bruſten.
Acuto gladio ſuo
petebat pectus ejus.

℣. 4062.

Ogier ther wigant
ther forte an ſinere hant
ainen ſpannebraiten ger.
tha gefrumete er
manegen zo there helle.
Ogier bellator
ducebat in manu ſua
Spithamâ latum enſem.
Quo promovebat
Multos ad infernum.

Inde & *Germanorum* nomen videri poſſit ortum, q. d. die *Swertmänner*, von den alten groſſen Schlachtſchwerten.

GERAD. vid. *Rad.*

GERAHTEN, ductus, Notk. Pſal. XCVII, 6. [Verba Pſaltis *in tubis ductilibus.* ita reddit Notker. *An erinin blaſon mit hamere gerahten.*] vid. *Reccben.*

GERAST. *vid. Raſt.*

GERBEN, GÆRBEN, opp. ſwingen. Jus Auguſtan. tit. de Molendinis: *Man ſol ainem bandknecht von einem ſchöffel roggen den man ſwinget, ainen helbling geben. Iſt aber daz man in gaerbet, ſo ſol man im vom gærben und von ſwingen ainen pfennig geben.*

GERE, arma. vid. *Were.*

GERERE, rudera. J. Argent. L. 2. c. 132. *Gerorach.* Steinhöw. fol. 38. *daſs ſie ſich by einem gemös, in ain wildes gerorach verborgen het.* [*Gerorach* idem videtur, quod hodiernum *geröricht*, *arundinetum.*]

GEREGEZE, GEREZE, zu einem hauffen oder uf ein geregeze riten, Chron. Konigsh. pag. 892. hodie uf partie gehen. A *Regen*, movere.

GER.

Digitized by Google

GER.

GER, cupidus, begierig, Rhyth. de S. Annone ℣. 127. de Nino : *des lobis was ber uili ger.* gloriæ erat valde cupidus.

Notk. Pſal. LXXXIX. 3. *des nideren gerſin*, humilioris cupidus.

[Otfr. de negatione Petri IV. 18, 29.

Er ſuar tho ſin gerno.

Ille juravit tunc multum cupide.

Mallet autem Scherzius *gerno* per vehementer redditum.]

GERON, KERON, hodie begehren, cupere, deſiderare.

Confeſſio vetus : *Inti gerro huozun framort.* & cupio emendare in poſterum. Kero: *Keros*, cupis. Prol. p. 16. *Keroot*, cupit. Prol. p. 17. *Kerot*, cupit. c. 61. 65. *citi deru Kerot*, hora qua deſideraverit. c. 43. *ni Keroes*, non concupiſcere, c. 4. *Keroon*, deſiderare, c. 4. *Keroont*, deſiderant, c. 5.

Kerida, deſiderium, c. 7. *Kiridu*, deſiderii. *Kiridono*, deſideriorum, Prol. p. 19. *Kiridoom*, deſideriis. *Kirida*, concupiſcentia, c. 4. *Kirida fleiskes*, deſideria carnis, c. 4. *deruſelbun Kirida*, eodem deſiderio, c. 60. *after Kiridoom dineem zi Kangees*, poſt concupiſcentias tuas non eas. c. 7. Hæc Kero, qui ipſe nomen hinc ſortitus. quaſi *Deſiderius*.

Rhythm. de Ludov. R. ℣. 90. *her gereda*, deſiderabat.

Notk. Pſal. LXVII. 11. *Kirigin uuillen*, promtam voluntatem.

Kereg, deſiderans. Notk. Pſal. XLI. 3. *Mina ſela iſt durſteg, daz chit, ſi iſt Kereg ze demo lebenden Gote.* Anima mea eſt ſitiens h. e. cupida ad DEUM viventem.

Gerih, concupiſcentia. Notker. Pſal. LVII. 11. *den gerih dero eriſton ſundo*, concupiſcentiam primi peccati.

Kirege, deſiderium, Notk. Pſal. XXIII. 2. ad verba Pſaltis. *Et ſuper flumina præparavit eum*, ita commentatur. *Uuara fliezzent die aba, ane in den mere? Uuara habent oub Kirege, ſin ane ze dero uuerlte. Joh die uberuuindet ſin Eccleſia, uuanda ſie ne gerot anderer ane immortalitatis.*

Kerih, appetitus iraſcibilis, vindicta. Notk. Pſal. II. ſi. *Kerich chumet in ſlago dero brauuo.* vindicta venit in ictu oculi.

Fragm. de Bell. Hiſp. ℣. 2605. *tha viel ther Gotes gerih uber thie wötgrimmen*, tunc cecidit DEI vindicta ſuper ſævos ipſos.

Idem Notk. Pſal. LXVIII. 25, 26. *Offener gerich*, & *tougener gerich*, vindicta publica, manifeſta, nec publica, ſed arcana. Idem Pſal. LXXIII. 1.

Jegeroda, gegeroda, deſideravi, Cant. Cant. II. 3. it. Fr. Jun. [*Ib ſaz unter ſinemo ſcate, der ih ie gerota.* ita legit noſtra editio. Sub umbra illius quam deſideraveram ſedi. Pulchre noſtra verſio: *Ich ſize unter dem ſchatten des ich begebre.*]

Gothis *Gairnan*, deſiderare. Matth. XI. 3.

GER.

Hodiernum *Gair*, pecax, cupedioſus. conf. infr. *Gerulicho*.

[Tatian 28. 1. *Jogiuuelih thie thar giſehet uuib ſie zi gerenne.* Omnis qui viderit mulierem ad concupiſcendam eam.

Geri, aviditate. Gloſſ. Monſeenſ. p. 366.

Gerno, deſiderabiliter, p. 390. delectabiliter. p. ead.

Geromes, captamus. p. 393.

Geron, appetunt. p. 386.

Geront, affectant. p. 373.

Geror, ardentius. p. 388.

GERBILINON. Faſciculus. *Then beresboton gibintet in gerbilinon.* Zizania alligate in faſciculos. Tatian. c. 72. §. 6. Eſt autem diminutivum à *garbe* manipulus, *ein gärblein*. Palthen. Not. ad h. l. p. 382.

GERECHTHAFTON. vid. *Haft* & *Rebt.*]

GEREGNODAE, mendacio compoſito. Gl. MSS. Anglo-Sax.

GEREICH. vid. *Reuben.*

GERICA, vindicta, vide *Raban.*

GERICHET. vid. *Ric.*

GERIHTE. vid. *Ric.*

GERITHENN IS. vid. *Ric.*

GERIHTNVSSES, vid. *Ribti.*

GERING. vid. *Ing.*

GERICHT, ſuppellex. Annal. Argent. MSS. pag. 864. de Ruperto Epiſc. Arg. an. 1448. *Er hat zu der eintretung ſeiner regierung kein Silbergericht zu dem Biſtum gefunden, dann ſeine vorfahren es alles vertan : ſein Vater Herz. Stephan ein dutzet ſilberne platten, deller und Becher. Das Hofgeſinde auch die von Adel muſten aus bultzern ſchüſſeln eſſen. Hernach lieſs er alles von Silber machen, das wurd im mehrentheils geſchenkt von Siegmunden von Oeſterreich, bey welchem er zu Insbrück geweſen.*

GERICHTSFAN, v. *Ban.*

GERLICAE, annua, Gloſſ. MS. Anglo-Sax. järlich.

GERMANIA.

Germaniæ nomen tempore Taciti recens, & poſt tranſitum Tungrorum expiſſe; nec contrariatur Cæſar, & quod Germania I. & II. Galliæ partes. Nam poſterius factum poſt tempora Cæſaris, quod autem Cæſar Belgas à Germania ortos, ait, verum eſt eos ex illa terra tranſiiſſe Rhenum, quæ Cæſaris tempore Germania vocata. Sed de Germanici nominis ætate, & quod ante & circa Polybii tempora adhuc incognitum, V. Vorburgii Hiſtoria T. I. pag. 29. 37. 44. de Finibus Germ. id Vorb. T. I. p. 216. & 358.

Germania cis Rhen. ſive minor tempore Taciti nondum in formam provinciæ redacta, nec in primam & ſecundam diviſa, ſed tamen ante Conſt. M. *l. 2. de off. aſſeſſ.* ut mox.

Germans. Gl. ASax. Boxh. Orig. Gall. p. 78.

Tacitus de M. G. explicatur à Vorburg. T. I. p. 358. &c. & Vol. 3. p. 283. &c.

Belgarum nomen eſt Germanicum. V. Cluv. Germ. Antiq. quia

Belgæ, Germanicæ originis, Rhenum tranſierunt & Gallos ſuppreſſerunt, J. Cæſ. L. 2.

Quando iſtud factum? non liquet.

Germani qui primi Rhenum transgreſſi vocati, & Gallos expulerunt, tempore Taciti Tungri appellati, antea Germani, nomine ſingulari, quod poſtea nationis nomen evaluit, Tacit. c. 2.

Quando hoc factum? an eod. tempore, & idem populus Germanorum? R. 1. non eodem tempore, ſed antiquiori Belgæ, de quibus Cæſar, hos demum Gallis incorporatos expulerunt Tungri ſ. Germani. E. falſus Tacitus? quod qui primi Rhenum transgreſſi, Germani i. Tungri appellati. Tu diſtingue tempora, Tacitus: qui primi Rhenum transgreſſi, utique Germani fuerunt, ſed primi fuerunt non ſimpliciter noſtrum antiquioribus ſeculis cum Belgæ trangreſſi. Sed patrum tum memoria.

Tacitus de Morib. Germ. c. 2.

Germaniæ vocabulum recens & nuper (reſpectu originis Celticæ gentis & antiquiorum nominum, Sveuorum, Marſorum &c. non reſpectu ſui ſeculi, quo ſcripſit Tacitus, nam & ante Cæſaris ætatem Germanorum jam cognitum.) *additum: quoniam qui primi Rhenum transgreſſi Gallos expulerint* (Belgæ quos à Germania ortos Cæſar ait, jam tum diu repreſſerant Gallos, ſed hi cum Gallis ita coaluerant, ut Gallia Belgica pars Galliæ eſſet. Hos Gallobelgas poſtea Germani expulerunt, Quinquepagani, Condruſii, Eburones, Cæreſi, Pæmani, Segni, Cæſ.) *ac nunc Tungri, tunc* (Lipſ. pro *tunc* legit *nunc*, quem ſequitur Coccej. Proleg. Jur. Publ. §. 7.) *Germani vocati ſunt, ita nationis* (particularis Tungrorum,) *nomen, non gentis* (totius Teutonicæ, Celticæ) *evaluiſſe paulatim* (non ſimul ac ſemel) *ut omnes* (tota gens) *primum* (pridem) *à victore* (populo, invento nomine hoc) *ob metum* (victis & vincendis Gallis majorem incutiendum, quaſi omnis gens eſſet bellicoſa, bellatoribus conſtans, *Gerrmanne*, aut à gladiorum ſpecie, *Gere*, ſupr.) *mox à ſeipſis* (J. Lipſii conjectura, *à re ipſa*, fidei codicum haud præferenda) *invento* (adſcito & latiori ſenſu receptо) *nomine GERMANI* (Guerrmanne, vel Germanne, Swertmanne, Kriegsmänner, Wærman Gothis Vir, Matth. XIX. 4.) *vocantur*. Vid. omnino Dn. Alting. Notit. Germ. Inf. p. 77. Prima ſcilicet Germanorum, ut populi particularis Celtici, ſedes fuit ad Rhenum & ejus exitum. Procopius lib. I. Bell. Goth. *Rhenus in Oceanum immittitur, Paludes hisce in locis non paucæ, ubi primitus Germani, gens barbara habitabant, nec magni tunc primum momenti viri, qui Franci nunc vocitantur*. conf. Agath. & Nicephor. §. Hieronymus in vita Hilarionis: *Inter Saxones & Alemannos gens non tam lata, quam valida apud Hiſtoricos GERMANIA, nunc FRANCIA vocatur*. Perſio dicuntur *Rheni*, Satyr. VI.

Miſſa eſt à Cæſare laurus.
Inſignem ob cladem Germanæ pubis, & aris

Frigidus excutitur cinis: & jam poſtibus arma,
Jam chlamydes Regum, jam lutea gauſapa captis
Eſſedaque, ingentesque locat Cæſonia RHENOS. I.

Francos Rhenenſes, qui *Rhyn Francken*, in Chronico metrico Hollandiæ, quod laudat Jo. If. Pontan. *L. I. Orig. Franc. c. ult.* vocantur. Stephan. de Urbib. Ῥῆνοι, ἔθνος παροικῶν τῷ Ῥήνῳ τῷ ποταμῷ, καὶ ἀπ' αὐτὸ καλούμενοι, ubi annotavit Holſtenius: *Rheni pro Rhenani, à flumine quod accolunt, dicti, ut Iſtri & Iberi*. Sed vid. Rheno.

Germanorum nomen Latinum eſſe Jo. If. Pontanus *L. 2. Orig. Franc. c. 1.* auctoritate Strabonis niſus, qui Lib. VII. hoc nomen à Romanis impoſitum, quod eſſent γνήσιοι γαλάται germani & genuini Galli. Nec niſi à Romanis ſcriptoribus & Græcis, nunquam à Germanis ipſis nomen uſurpatum eſſe. Sed ob defectum Scriptorum Germanicorum, probari quidem id non poteſt, præſumi tamen poteſt ex Scriptoribus Latinis. Chron. Sax. à Gibſonio editum pag. 12. *Of drim megdum Germanie, of Eald Seaxum, of Anglum of Jotum*. ex trib. Germaniæ provinciis. AltSaxonia, Anglia & Jutia. Gloſſæ Anglicæ à Boxhornio cap. IV. Orig. Gall. allegatæ: *Marches, from the Germans word March*. Marcæ à vocabulo Germanico March. Et ſi id conceſſerim forte de ſignificatione poſteriori & omnes Teutonicas nationes complectente, hæc tamen poſterior inquam fuit, de qua Strabonis alluſio intelligenda. Sed prior & genuina notatio particularis fuit provinciæ, cujus incolæ ſibi, ut alii populi, hoc nomen peculiare impoſuerunt, proprio ſuo idiomate. Goldalſtus præf. der Reichs-Sazungen. Hermanos ſeu Chermanos, à deaſtro Hermin, Marte vocatos autumat. Sed conjectura eſt, quæ propior *Hermionum* nomini. Non diſſimilis Spangenb. & Calviſius ad A. M. 2124. Hermaſius filius Ingevonis, nepos Manni, pronepos Aſcanis, filii Gommeri, nepotis Japheti, qui A. M. 1970. In Germaniam interiorem tranſiiſſe ſcribitur. Illuſtris Leibnizius ab *Herminonibus* nomen Germanorum deducit. Ol. Verelius à Carpis, ad Carpatum montem & Iſtrum, *in Notis* ad *Hervarar Saga c. X. p.* 120. quam tamen ipſe novam & non ſatis forte probabilem conjecturam vocat. Quod nomen cum poſtea de omni Teutonia uſurpatum, aliud ſibi impoſuerunt nomen FRANCORUM. Nec tamen hoc intelligendum, quaſi ab initio Germani & Franci iidem fuerint, ſed fuit media natio inter Sicambros & Francos Germania. Claud. de laud. Stillic.

Qui mihi Germanos ſolus Francosque ſubegit.

Apollinaris:

Francorum & penitiſſimas paludes
Intrares, venerantibus Sicambris.

Claud.

Digitized by Google

Claud. de Bello Gildonico:

——— *Germania tota feratur*
Navibus, & ſocià comitentur claſſe Sicambri.

Auſonius in Moſella:

Accedent vires, quas Francia, quasve Chamavus,
Germanique tremant, tum verus habebere limes.

Sicambri ſcilicet à Francis ſuppreſſi fuerunt. vid. H. Jun. Batav. pag. 168.

Germanie nomen in deſuetudinem abiit paulatim, ſubſtituto Franciæ & Alamanniæ nominibus, *Procop. I. Bell. Goth. XI. Spanhem. in Julian. Orat. I. pag. 225.* Poſtea reductum. Acta Comitiorum Vienn. MSS. an. 1460. *Germaniſch geſange*, germanicæ linguæ: Vide Tom. poſter. Inſtit. J. Publ. p. 133. 121. & 128.

Germanie primitiva diviſio tripartita. Tacit. de M. G. c. 2. *Manno tres filios aſſignant è quorum nominibus proximi Oceano INGÆVONES, medii HERMINONES, cæteri ISTÆVONES vocentur.* Plinius Lib. IV. c. 14. adjicit duo genera, Vindilos: & Peucinos cum Baſternis, ubi vide Harduin.

Ingævones poſtea SAXONES dicti, ſive mutato nomine, ſive hi iſtorum ſucceſſores fuerint.

Herminones, poſtea SVEVI, Hermunduri, Germani, & tandem Franci.

S. Hieron. in vita Hilarionis: *Inter Saxones & Alemannos gens non tam lata, quàm valida, apud Hiſtoricos Germania, nunc verò Francia vocatur.* Id. in Chron. Euſeb. A. C. 373. *Saxones Deuſone cæſos in regione Francorum.* Caſſiodor. Ammian. Marcell. Lib. XXVIII. Oroſ.

Iſtævones, fuerunt Celtæ meridionales ad Danubium, ubi poſtea Alemanni.

Sunt qui hæc nomina compoſita æſtimant ex *Inge, enge, iſt, Weſt*, & *Wonen* i. habitare. Sed veteres Celtæ & Franci atque Germani uſi voce *Buen* in iſta ſignificatione, *Wonen* verò ſignificavit tunc Manere, perſeverare. Itaque rectius pro nominibus propriis habentur cum Majoribus & Tacito, filiorum Manni: quem tamen nolim Noam cum Voſſio intelligere, ſed aliquem ex Gomori poſteris, unde Celtæ orti, Joſepho teſte. Terminatio porrò non eſt *wonen*, ſed *onen*, ut patet ex medio *Hermin-onis.* Itaque & *Iſtæv-onen*, & *Ingæv-onen.* vid. infr. *Ing.*

Tempore Taciti Germania cis Rhenana nondum in formam provinciæ redacta videtur, multo minus in primam & ſecundam. Ante Conſtantinum tamen Romani diviſerunt Germaniam cisrhenanam a ſe occupatam in primam & ſecundam. Macer. JC. *L. 3. π. de off. adſeſſ.*

Germaniam primam Salvianus *L. VII. de G. D. p. 165.* appellat, nomine barbarum, ditione Romanam.

Oroſius Lib. I. Hiſtor. Europa à montibus Riphæis ac flumine Tanni Mœotidisque paludibus, quæ ſunt ad orientem per littus ſeptentrionalis Oceani usque ad Galliam Belgicam & flumen Rhenum, quod eſt ab occaſu, deinde uſque ad Danubium, quem & Iſtrum vocant, qui eſt à meridie & ad orientem directus, Ponto accipitur: ab oriente Alania eſt, in media Dacia, ubi & Gothia: deinde Germania eſt, ubi plurimam partem Suevi tenent, quorum omnium gentes ſunt LIV. — Pannonia, Noricus, & Rhætia habent ab oriente Mœſiam, à meridie Iſtriam, ab africo Alpes Pœninas, ab occaſu Galliam Belgicam, à circio Danubii fontem, & limitem qui Germaniam à Gallia inter Danubium Galliamque ſecernit, à ſeptentrione Danubium & Germaniam. " Eidem Germani & Alemanni differunt, L. VII. c. 22. Germani „ Alpibus, Rhætia, totâque Italia penetratâ, „ Ravennam uſque perveniunt. Alemanni Gal- „ lias pervagantes, etiam in Italiam transeunt. „

GERMENON, incantare, carminare. Notk. Pſ. LVII. 5. ubi quidem hæc vox bis habetur, ſed ſemel legitur *Gesmenon*, quod vitioſum arbitror. *Germenon* autem habetur etiam Pſalm. XIII. 3. ubi *Kerminot* ſcriptum eſt. Convenit ex parte cum Sueo-Gothico *Gerningamadur*, veneficus, ubi *madur* hominem notat, Gerninga, *Geringa*, deſideratorem, vide infra v. *Ingen.* quaſi dicas, hominem qui omnium deſideriis ſatisfacere ſcit, qui Lunam poſſit deducere cœlo. Eſt autem *Germenon* vox compoſita ex *Ger*, *Geren*, deſideria, & *Menon*, ducere, minare, proferre. Kilianus: *Mennen, ducere, agere, vehere, minare. Gall. mener. Ital. Menare.* Notkerus ait de aſpide: *Et machet ſih touben das er incantantem, den germenonten ne gehore, der in uzer ſinemo lochewile ferlucchin. Das tuot er ein ora dringende an dia erda, das ander ferſciubente mit demo zagele.* i. Facit ſe ſurdam ut incantantem non audiat, qui eam ex ſuo foramine vult elicere. Hoc facit, unam aurem premendo ad terram, alteram obturando caudâ. Confer & ea quæ dixi ad d. Pſal. XIII. 3. Convenit *Germenon*, *Kerminon* cum Latino *carminare*, incantare, de quo Du Freſne in Gloſſar. ut alterum ab altero deductum etiam videri poſſit. Conf. ſupra *Garutinare.*

[GERNDE, ſupplices. Tyrol. Parænet. ad Fil. §. 38.

Wanne dir der gerne kumber clagt,
Wird im die felſe danne verſagt.

Heinr. von Oftertingen. *Nu ſchaffe das der gerunden diet erlöſet ſin du pfant.* Cancell. Imp. anonymus: *Ein gerner man der trüget.* Reineſ. Voeab. Theot. MSC.]

GERNLICHO, diligenter, Tatian. Prol. §. 3. verba Lucæ I. 3. referens: *Gifolgetemo fon anaginne allem gernlihho;* aſſecuto à principio omnibus diligenter.

Id. c. 8. §. 4. Verba Herodis ad Magos refert. *Faret inti fraget gernlicho fon themo kinde.* Ite & interrogate diligenter de puero.

[*Gernlihho* proprie idem quod cupide eſt, hîc quod diligenter, quoniam quod miſere cupimus, ſtrenue agimus.

In Gl. Keronis eſt *Kernlihho*, diligenter (vid. inf.

inf. lit. *K.*) Et in AS. *geornlice*, ſtudioſe, Germanice hodienum *gern*, libenter. Eſt autem adverbium hoc Francicum, à verbo *geran*, cupere ſeu *keroon*, deſiderare. Unde apud nos compoſita *begehren*, *begierde*, *begierig*. Ipſam primitivam vocem Seculi XII. ſcriptor Ecko Repkovienſis in Præfatione Rhythmica Speculo Saxonico præmiſſa nobis ſervavit, ubi hæc habet:

Da er aber vernam
So gros des Herren gere,
Da hat (leg. *that*) *er kleine wehre.*
Cum autem perciperet
Tantum Domini deſiderium,
Parum repugnavit.

Palthen. Not. ad Tatian. p. 276.]

GERSTE, hordeum. Otfrid. III. 7, 50.

Hert iſt Gerſten kornes hut.
Dura eſt hordeacei grani cutis (folliculus.)

[*Gerſta*, hordeum. Gloſſ. Monſ. p. 334.

GERTA, virga, *eine gerte*. Tatian. c. 44. §. 6. Otfrid. III. 14. 185.

Mit gertun in henti
harto ilenti.
Virgis in manibus
vehementer feſtinantes.

Aſperius eandem Kero effert in *Kertu* virgæ, & ni fallor in *fillonokertu*, qua voce per metonymiam verbera deſignantur. In Iſidoro c. 9. §. 3. Et *gardea*, virga. Palthen. Not. ad Tatian. p. 366.

GERUI, calida. Gloſſ. Monſ. p. 356.]

GERUSTE. vid. *Ruſten.*

GERWE, *gar*, Chron. Königsh. I. 4. paſſ. Vid. ſupr. *Gar.*

GESAMENUNGA. vid. *Samanon.*

GESAN, animadvertit. Rhythm. de S. Annon. ℣. 399.

GESAZE. vid. *Sizen.*

GESCAPHE. vid. *Scaphon.*

GESCATHOT. vid. *Scatben.*

GESCENDIDI, confuſi, Gl. Lipſ. vid. *Scant.*

GESCHELLE, ſeditio, tumultus, *auflauff*. Jus Argent. paſſim. Königshov. Chron. II. 20. [Heldenb. P. I. p. 100. b. *Mit viel groſſen geſchellen lief er gen ihm binder.* P. II. p. 153. *Mit eim groſſen geſchelle ſchlug er da auf den Wurm.* Reineſ. Vocab. Theot. MSC.]

GESCHERREN. vid. *Skerran.*

GESCHLECHT, genus. *Der Kouflüte geſchlecht*, genus mercatorum, J. Argent. L. I. c. 41.

GESCHOLLE, reus, debitor, Jus Auguſtan. paſſim.

GESCVZZE, armatura. Fragm. de Bell. Sarac. ℣. 1011.

GESEERED. vid. *Seer.*

GESELLION, commilitones, Rhythm. de Lud. R. ℣. 62.

Geſellen, de Electoribus Imperii: Jus Alem. Wendelin. Gloſſ. Sal. p. 177. à *Sal*, atrio deducit, & p. 178.

GESENDE, *moſt*, muſtum bulliens, fervens, *brauſender*. Willeram. in Cant. Cant. c. 8. p. 147.

Samo ther wole geſende moſt nieth unreines ni tholet under himo belivan. Sicut bene fervens muſtum nihil impuri tolerat in ſe manere. Paraphraſis ejus metrica:

Excoquit ut ſordes muſtum cum bulliet omnes.

Fr. Junius annotat: Oboritur ſuſpicio, quondam *Geſiethende* ſcriptum fuiſſe, ſed per abbreviationes corruptum. Sed nihil mutandum. Hodie inde reliquum *giſchen*, *geſcht*, de fermentatione. vid. inf. *Jeſen.*

GESERIGET. vid. *Seer.*

GESERWE, conf. inf. *Serauuen.* Fragm. de Bell. Sarac. ℣. 2513.

[*Geſerwe* habitus, armatura. Anglis *ſerved*, ſervitus, cultus, habitus. Scherz. Not. ad h. l.]

GESEUUEROT. vid. *Seuue.*

GESIBENOTEN. v. *Beſibenen.*

GESIDALT, *Geſidili*. vid. *Sedal.*

GESIK, lacus in torcularí, Notk. Pſalm. LXXXIII. 3. V. *Sigen.*

GESIFTE, viſione: Gloſſæ J. Lipſ. pro *Geſichte*, vidè ſupra C. Somnerus annotat: *Hoc Sax. geſythe, ab eorum geſeon fluens, quod videre ſonat. Viſio autem & Viſus nobis hodie ſight.*

GESIGENERO. vid. *Sigen.*

GESIND, GISINDO, famulus, miniſter. Otfrid. IV. 12, 84. de Juda Iſcariote:

Uzgiang ſar tho lindo
ther diufeles giſindo.
Exibat ſtatim tunc leniter
diaboli miniſter.

Geſinde, familia. Jus Argent. L. I. *Des geſindes ſines Gotzhus.* de familia Eccleſiæ ſuæ, Epiſcopi. Charta vetus Epiſcopi Virdunenſis ann. 1334. *durch die elteſten perſonen von dem Geſinde und Räde.*

Hofgeſinde, familia palatina, aulica, domeſtici & familiares Principis Frider. III. Imp. an. 1467. G. Beckium Argentoratenſem recepit *zu unſern diener und hofgeſind.* Rupertus Imp. Magiſtro Friderico Schaward Licent. in Decretalibus, Præpoſito Eccleſiæ S. Paulini extra muros Trevirenſes an. 1401. *Te Protbonotariorum Secretariorum & familiarium domeſticorum & commenſalium* (Hominis Romani convivæ Regis, mentio fit in L. Salicâ tit. XLIII. §. 6.) *cottidianorum & continuorum aulæ noſtræ Regiæ cœtui & numero præſentibus aggregamus, decernentes — quod ex nunc in antea univerſis & ſingulis privilegiis, honoribus, gratiis — ubique locorum uti frui — debeas, quibus cæteri. — abſque theloneí, Dacii, Pontenagii, Pedagii, Cuſtume, & Gabellæ vel alterius ſolutionis onere.* Idem Imp. in primo & duobus ſeqq. imperii ſui annis aſſumſit novem perſonas in Capellanos & Familiares ſuos, datis literis Capellanatus & Salvi Conductûs, ejusdem tenoris. Facit huc Kapitulare Caroli M. de Miniſterialibus Palatinis an. 800. Cent. Gravam. Nat. Germ. §. XVII. Edictum Maximil. Imp. 1510. ibi: *qui non ſit de numero deſcriptorum Familiarium, juxta Concordata Principum & pacta nationis Germanicæ.* Caſſiodorus X. Variar. V. ibi: Homo eſt præfectus diſciplinæ domeſticæ. Gloſſar. Du Fresn. voc. Capellanus & Familiaris.

Reit-

Digitized by Google

Reitgeſinde, equitatus, comitatus equeſtris. Cant. Cant. c. 1, 9. *Ih habo dih geebenmazzot minemo reitgeſinde an dem reitwagenon Pharaonis.* i. æquiparavi te comitatui equeſtri meo in curribus Pharaonis.

Vide & infr. *Sinda*, iter.

Geſinde etiam militem & copias militares denotat. Chron. Königsh. c. IV. §. 53. *Sus wurdent die ros erſtochen und des Biſchoves geſinde kam alles zv fuſſe.* Sic equi confoſſi, & Epiſcopi miles omnis ad pedes redactus.

Conf. Meibom. Tom. II. pag. 174.

GESKIEDE, idem quod *Geſcagh*, hodie *Geſchach*, contingebat. Willeram. ad Cant. Cant. pag. 55. [n. 25. Legitur autem in noſtra editione *geſcah.*]

GESMAG. vid. *Smac.*

GESMITHE, Metallum. Junius Not. ad Willer. p. n. 8. conf. inf. *Smithan.*

GFSPULG, *Geſpulk*, Conſuetudo, Obſervantia. Jus Argent. Lib. 3. Art. 307. Vid. infr. *Spulgen.*

GESPUREDOS. vid. *Spur.*

GESSEN, vide Compoſ. *Irgeſs.*

GESTALT; *dien geſtalten*, hac ratione, Notk. Pſal. XXIII. 7. hodie *ſolcher geſtalt.*

GESTRÖPEL. ſtrepitus. Stainh. f. 97. *Hielt hochzyt enmitten unter dem geſtröpel und ungeſtümy der waffen.*

GESTUNGEDA. vid. *Stunkniſſi.*

GESUOCH. vid. *Suabchan.*

GESUUASAN, domeſticis: Kero. cap. 53. niſi legendum *Geſindan.* [In noſtro Kerone *geſuuaſan* legitur.] An verò huc *Geſuasheite* des herzen, penetralia cordis? Notk. Pſal. LXV. 17. an dulcedo? conf. inf. *Suazzi.*

GESCHWIHTEN. vid. *Schuihen.*

[GETARAN, nocere. vid. Willeram. in Cant. Cant. IV. 16. conf. Scherz. Not.]

GETÆTE. vid. *Duan.*

GETEILEN. vid. *Deil.*

GETELINGE. Fragm. de Bell. Sarac. vel Hiſp. ℣. 3734. Rex Saracenus de Chriſtianis:

Rechet mine grimme
thaz thieſelven getelinge
Sih niemer ne geröinen,
thaz ſie then ſige fören.

Vocabulum ignominioſum, contemtum denotans.

Vide mox *Getouurthun.*

[*Getelinge*, ſocii, proprie cognati; ſed ponit hic auctor ſpeciem pro genere. ap. Otfrid. I. 22, 41. *Gatilingon* ponitur pro cognatis. Gl. Keronis *Catalingun*, Parentibus. Scherzius in Not. ad h. l.]

GETHIGAN. vid. ſupr. *Diuhen.*

GETHINGE. vid. *Ding.*

GETHVGEL, linguoſus: Gloſſ. Lipſii. ubi Somnerus annotat: *Talis Sax. getinge & tungfull. quibus Eloquentia getingneſſe: Lingua Tonga. Tungel autem iis aſtrum, planeta, ſydus: tungelcræft, Aſtronomia.* hæc Somnerus. Facile autem patet, quod lectio Lipſiana ſit vitioſa & *Gethingel* legendum, quod Alemannis *Gezingel*, à Zung, lingua.

[GETILOSEN, laſcivientibus. Gloſſ. Monſ. p. 377.]

GETOUURTHVN, obriguerunt, Gloſſæ Lipſ. ibi Somnerus: priori vocis parti affine noſtratium *tough*, Sax. *tob.* i. e. tenax, lentus, quibus lentum vimen *tohgærd.* hæc ille. nobis eſt *zeh*, *zach.* Verum duæ ſunt voces *Geto-uuorthun*, non ergo à *tob*, ſed vox *Geto*, quid ſit, indagandum, patet autem rigidum ſignificare. Unde fortè *Getel*, rigidulus, contumax, rebellis, unde *Getelinge*, ſupra.

GETRAHETER. vid. *Napf.*

GETRUWEN, fiduciam. vid. *Drimon.*

GETVBELEN, convalles, Notk. Pſ. CIII. 10. *Du die brunnen uzlazziſt in getubelen.* Qui emittis fontes in convallibus.

GETVNFT, pactum, Gloſſæ Lipſii. ubi Somnerus: *Conditio, Saxon. Gedincge, & Getbing; paciſci, getbingian.* Scilicet F & CH etiam hîc commutantur.

GETUUUING, diſciplina: Gloſſæ Lipſii. ubi Somnerus annotat: *Mos, ritus, Sax. getheawe, aliàs getbywe.* Sed longè aliter mihi videtur, idque ex idiomate Saxonico, *Getwing*, quod hodie Alemanni *gezwing* efferunt. *Zwingen* autem eſt cogere, diſciplina autem cogendi & caſtigandi facultatem continet, *l. 5. ſi.* & *l. 6. π. de L. Aquil.*

Otfrid. V. 14, 21. de diſciplina Salvatoris:

Thar uuarun mit githuinge
thie Jungoron noh tho inne.

Idem cap. 20, 195.

Mit ſeremo githuinge.
Cum doloroſa coactione.

Thuangta, cogebat, Otfrid. III. 7, 48.

Conf. ſupra *Dwingen.*

GETVRRE, liceat. J. Argent. L. II. cap. 98. *Die rehten geturre und kunnen*, qui jus dicere poſſint & debeant. Vid. ſupra *Dürren.*

GEUELLE, caſus. Fragm. de Bell. Hiſp. ℣. 2603. Vide infra *Potike.*

GEVERDA. vid. ſupra *Faran.*

GEVESTANOTE. vid. *Feſt.*

GEVIE, fecit. Fragm. de B. Hiſp. ℣. 3083. de gladio Rolandi:

Tho geuie Durendart
eine wreisliche thurhtuart
von helme unz an thie erthe.

Tunc perpetravit Durendart
terribilem tranſitum
à galea usque ad terram.

GEUNMUOSHAFTON. vid. *Muos.*

GEVNOTOT, conquaſſat, Notk. Pſ. CIX. 6. *Geunotot er manigero houbet*, conquaſſet multorum caput.

GEWÆR. vid. *Wære.* & *War.*

GE-

Digitized by Google

GEW.

GEWAHT. vid. *Waben.*

GEWAST, ſtatura. Cant. Cant. 7, 7. vid. *Waſt.*

GEWAZZEN. vid. *Was.*

GEWEDE, veſtimenta: Gloſſæ Lipſii. vid. *Wat.*

GEWEGEN. vid. *Wegen.*

GEWEICHEN. vid. *Weibe.*

GEWEIGIT. vid. *Weigoden.*

GEWEN, *gieben, gehnen,* oſcitare. Hiſtoria Lombard. tit. von der Kruzwoche.

GEWERDET. vid. *Wirdit.*

GEWERTET. vid. *Warten.*

GEWESANVSSE, ſubſtantia: Gloſſæ Lipſii. à *Weſen* eſſe.

GEWIGET. vid. *Wibo.*

GEWIN, GEWVNST, poſſeſſio: Gloſſæ Lipſii. ubi Somnerus: Sax. *Gewinn*, ab eorum *gewinnan* fluens. Teuton. *gbewinnen*, nanciſci, acquirere, obtinere, &c. Unde noſtrum *to winne*, (verbum,) item *winning*, (nomen.)

GEWIRKE, ſimetum. J. Argent. L. II. c. 35. & 42.

[GEWISE, informatio. *Mit iro gewiſe.* hodie *mit ihrer anweiſung.* Willeram. Cant. III. 2.]

GEWISSO, enim; Gloſſæ Lipſii; ubi Somnerus: *Certus, Sax. gewis:* porrò, *gewislice.* vid. *Kewiſſo.*

GEWISEN. vid. *Wiſen.*

GEWISHEIT. }
GEWISSEDO. } vid. *Wiſi.*
GEWIZNESSI }

GEWORHT. vid. *Werah.*

[GEUVOTA. Oſcitavit. Gl. Monſ. p. 329.]

GEWITSCOPI, teſtimonia: Gloſſ. Lipſii: Ubi Somnerus: Hoc Sax. *Gewitneſſa*, unde noſtrum *witneſſe* pro teſtimonio. Sax. etiam, teſtium ſtipatio, *gewitſcype.*

GEWITTI, Scientia: Gl. Lipſ. ubi Somnerus: *Hoc Saxon. WIT & gewit, quorum prius nobis manſit.*

GEZECHEN. vid. *Zeche.*

GEZEWG, non tantùm teſtem, ſed & auctorem ſæpe denotat in Jure Feudali Alem.

GHELSTAR. vid. *Gelten.*

GHIDANC. vid. *Denken.*

GIAFOLON, Otfr. IV. 7, 85. attendere. V. *Afolon.*

GIAFORAN. vid. *Afaron.*

GIAGALEIZON, anniti. Dictionar. Flac. *beſleiſs, bemühe.*

Otfr. IV. 24, 17.

Ther man thaz giagaleizit
thaz ſih Kuning heizit.
Ther uuidorot in ala uuar,
themo Keiſoro ſar.
Quicunque hoc contendit
ut ſe Regem nominet,
Iſte adverſatur revera
Cæſari certe.

Id. V. 7, 101.

Ih giagaleizon thaz iſt uuar.
Annitar profecto.

GIA.

Id. V. 23, 335.

Then thaz hiar giagaleizent.
Qui eo hic annituntur.

Vid. *Agaleiza.*

[GIAHARTERO, Spicati. Gl. Monſ. p. 389. *Ni* GIALODE. non concidat. p. 326.

GIALTISOT. ſuſpendatur. p. 388.]

GIANABRECHON, Otfr. IV. 19, 128. diruere. V. *Anabrechon* & *Bricben.*

[GIANAZTER, Stimulatus. Gloſſ. Monſ. p. 364.]

GIANE, Otfrid. II. 8; 21. leg. *gianc:* zigianc. i. zerging. V. *Ingiangi.*

[In Codic. Vindob. legitur *Zigiang.* ut obſervat Scherz. in Not.]

GIANAROT, multiplicati, Otfrid. *I. 3*, 20. Vid. Anon. [In Cod. MSC. eſt *Gavarot.* vid. Scherz. Not.]

GIANGTI, Otfrid. III. 15, 102. cap. 24, 28. anguſtari. v. *Ango.*

[GIANTVURTA, aſſignavit. Gloſſ. Monſ. p. 365.

GIANTWURTEN. [Hodie Germani compoſitis utuntur *iberantworten*, ſive *ausantworten.* pro ſiſtere, tradere. Palthen. Not. ad Tat. p. 313.] v. *Antwarta.*

[GIAPANONTER, ſternenſ. Gl. Monſ. p. 385.

GIARIHOTAZ, ſtragulatam (veſtem) p. 352.

GIARTOTIU, exarata. p. 388.]

GIBAD, Otfrid. II. 3, 114. V. *Bad.*

[In Codic. MSC. legitur *gibadoſt.* vid. Scherz. in Not.

GIBAR, genuit. Tat. c. 5. Sæpiſſime. Qui ſignificatus vocis eſt latior, quam qui *nunc* obtinet, hodie enim non gignere, ſed parere notat. Palthen. Not. ad Tatian. p. 308. v. *Baren.* num. 3.]

GIBARI. Otfrid. I. 18, 3.

Thiz uuas ſus gibari.
Hoc erat ſic oblatum, apertum, geſtum.

Otfr. II. 21, 36. vid. ſupra *Baren.* num. 11. [Ubi quid de hoc ultimo loco obſervandum ſit notatum eſt.]

GIBEITIN *mit bredigu*, præcipere, ſuadere prædicando, Otfrid. IV. 5, 55. Vid. *Biten.*

Ap. eund. Otfr. II. 7, 61. Andreas ad Petrum.

Thaz ih thih thez gibeitti
thara ze'imo leitti.
Ut tibi perſuaderem,
eo ad ipſum ducerem.

¥. 131. Chriſtus ad Nathanaelem:

Irkanta ih thino guati
in manageru ziti,
Er er thih thes gibeitti
thaz er thih hera leitti.
Cognovi ego tuam bonitatem
per varia tempora
Antequam te vocabat
ut te huc duceret.

Adde

Digitized by Google

Adde II. 4, 23.

Accedere. Otfr. III. 15, 89. IV. 15, 43.

[Scherzius autem Not. ad Otfrid. II. 4, 23. IV. 15, 43. ſtatuit, in his quoque locis *perſuadere* hanc vocem notare.]

GIBEL, faſtigium ædium.

Gothis *Gibal*, pinna templi, Luc. IV. 9. Danis *Gafl*, terminus.

Bajuariis, *Gebul*, teſta, calvaria, *Gebulskini*, quum teſta apparet ex vulnere, L. Baiw. t. III. c. 1, 4. & t. IV. §. 3.

[GIBELGIT, iraſcitur. Tatian. c. 26. §. 2. *Ther ſih gibelgit zi ſinemo bruoder.* Qui iraſcitur fratri ſuo.

Eſt à verbo *balgen*, *belgon*, ſ. *belgan*, iraſci. Anglo-Saxones dicunt belgan, indignari. Dicunt adhuc Belgæ eodem fere ſenſu *belghen*, Germani *balgen*, & inf. Saxoniæ incolæ in participio *verbolgen*, pro homine in iracundiam & furorem prono. Palthen. Not. ad Tat. p. 320. vid. *Abulkii* & *Belgen*.]

GIBENTI, vinculum, Otfr. I. 9, 60. I. 10, 44. I. 11, 121. IV. 16. ult. v. *Band*.

[*Johannes uuarlihho mitthiu her giborta in gibentin Chriſtes uuerc.* Johannes autem cum audiſſet in vinculis opera Chriſti. Tatian. c. 64, 1. Differunt *bande* & *gibentin*, quemadmodum *ueg* & *gimigi*, *berg* & *gebürge*. Palthen. Not. ad Tat. p. 378.]

Gibint, fige, liga. Otfr. V. 21, 3.

Nim gomma harto
thero Druhtines uuorto,
In herzen harto thir gibint.
Animadverte diligenter
ad Domini verba,
in animo firmiter tibi fige.

[*Gibuntanan*, vinctum. Tatian. 192, 3. *Gibunta inan*, ligatum. Idem c. 187, 6. Sed monet Palthen. in Not. p. 390. legendum *gibuntanan*.]

GIBEREHTOT, clarificatus. Tatian. c. 159. §. 8. vid. ſupra *Beracht*.

GIBERITEN. vid. *Breit*.

GIBERGAN, operire, abſcondere, tollere, cavere. Otfr. I. 23, 79. *Er uuerg in ſih giberge fon ſinemo abulge.* Is opera in ſe tollat de ſua iracundia. Hodie: *übernemen*, verbergen, entgelten.

Otfrid. II. 18, 29.

Thaz mannilih giborge
ſih zia manna ni belge.
Ut quilibet caveat,
cuiquam homini ne iraſcatur.

Idem V. 23, 533.

Then tod then habet funtan,
thiu hella iob firſuntan,
Diofo firfuolgan,
iob elichor giborgan.
Mortem prehendit,
infernum abſorpſit,
Profundè abjecit,
& totaliter obruit.

Giborgen ih es reino, Otfr. III. 18, 30. Caveo, proteſtor, declino, evito, abnuo, recuſo. Otfrid. II. 22, 61. Vide *Borg*.

Giberg, abſcondita, Otfr. V. 12, 10.

Thesa ſelba redina,
thia uuir hiar ſcribun obana,
Eigun uns thiu Gotes uuerk,
harto mihilaz giberg.
Hæc ipſa geſta,
quæ ſupra deſcripſimus,
Continent nobis DEI opera,
quam maxime abſcondita.

[Scherzius in Not. hunc locum ita vertit.

Hac ratione,
quam hic deſcripſimus ſupra,
habent nobis (intuitu noſtrûm) DEI opera
admodum multum occulti.]

Giborgauero uuerko, occultis operibus. Otfrid. II. 20, 11.

[Codex Vindob. & Vatic. habent: *Giborgenero*, notante Scherzio.]

Conf. *Bergan*.

GIBISMEROTER. vid. *Biſmer*.

GIBOSOTES, aſſutum. Otfrid. de Tunica Chriſti. IV. 28, 13.

Uuas thar uuiht ginates,
nob giboſotes.
Erat ibi nihil conſuti,
nec aſſuti.

Conf. ſupra *Bos*.

GIBOT, *Kibot*, *gebot*, mandatum, Otfrid. I. 11, 3. & 38. paſſim. vid. *Biten*, jubere, & *Kipot*.

Gibiotes mir, poſcis à me, jubes, Otfr. II. 14, 36.

Gibutun, Otfr. IV. 3, 18. pro *giboton*, præceperunt.

GIBREC, pituita. Gloſſ. MSC. ASax.

GIBRESTI, deſit. Gl. Lipſ. vid. ſupr. *Briſten*.

GIBRIAFTE. vid. *Brief*.

GIBVLIHTI, ira, Tatian. c. XIII. 1. *Fliohenne fon thero zuouuartun gibulihti*, fugere à ventura ira. Idem c. 21. §. 8. *Gotes gibouliht uuonet ubar inan.* Ira DEI manet ſuper eum. [In Gloſſario Boxhorn. adjectivum huc pertinens eſt *ghibulahtiger*, ferus, iracundus. Nec abludit quod eſt apud Otfrid. *abulge*. Palthen. ad Tat. p. 330.]

GIBURON *eigene*, cives, ſubditi proprii, Otfrid. IV. 5, 74.

Gibura eigene, Otfrid. V. 4, 80. *Zugehörige*, aſſignati, miniſtri. Otfrid. II. 14, 215. [Scherzius voces *Gibura eigene*, ap. Otfr. V. 4, 80. reddit, *vicinos proprios*. L. II. c. 14, 215. vero vocem *thie gebura* Schilterus vertit *agricolæ*.]

Giburi, colonus. Gl. MSS. ASax.

Er GIBURITA *thar*, Otfrid. IV. 32, 11. *Er erhube ſich*, advenit.

[*Thiu thar giburitun.* (Loquebantur diſcipuli Emauntici de his omnibus) quæ acciderant. Tatian. 224, 2.]

Giburiti. Confeſſ. Vet. *So mir is ſlaffenti giburiti*,

GIB.

quæ mihi dormienti acciderunt. Otfrid. ad Hartmut. ℣. 165.

Thaz Joſepe oub giburita
tho er thia drouma ſageta.
Idem Joſepho contigit,
cum ſomnia enarraret.

So giburit manne, ſic accidit homini, Otfr. V. 11, 57.

Gibourtha ſih thes, extollebat ſe eo. Rhythm. de Lud. II. 36.

Vid. ſupra *Bitren.*

GIBURTI, nativitas. Otfrid. II. 3, 17. 22. V. *Beran.*

[Lib. II. c. 1, 183. *Giburti* in Cod. MSC. occurrit, & notat elevationem ad honorem vel gloriam, à *Bitren.* vid. Not. Scherz. in h. l.]

GICLEIPTIN, Otfr. I. 1, 3.

Uuas liuto filu in flize
in manegemo agaleize
Sie thaz in ſcrip gicleiptin,
thaz ſie iro namon breittin.
Quod homines multi in ſtudio
in vario fatigio
In ſcriptis *compilant*,
ut ſua nomina amplificent.

Idem I. 9, 75.

Si gikleiptun ſar thaz guat
filu faſto in iro muat.
Congeſſerunt ſtatim hoc bonum
valdè firmè in animum ſuum.

Bicleibit, firmavi. Otfr. I. 5, 78.

Haben ih gimenit,
in muate bicleibit.
Habeo propoſitum,
in animo firmatum.

Simplex verbum *Kleipen*, *kleiben*, eſt firmare, vid. K.

[GICHALAUVIT, decalvavit. Gloſſ. Monſ. p. 332. vid. ſupra *Chalauui.*

GICHALTIU *mura*, paries dealbata. Gloſſ. Monſ. p. 336.

GICHASTOTA, incluſos. Gloſſ. Monſ. pag. 321.

GICHERRENT, inclinent. Gl. Monſ. p. 388.

GICHESTIGOTAN, crucifixerunt. Gloſſ. Monſ. p. 399.

Gicheſtigot uuerde, coërceatur. p. 374. v. *Keſtig.*

GICHIUS, provide. p. 321.

GICHNET, maſſas. p. 326. 343. *Gichnetaniu*, conſperſa. p. 321., vid. *Knebt.*

GICHORAN *uuerden*, comprobari. p. 375.

Gichoron, prælibare. p. 384.

Gichoranen, approbatum. p. 365. vid. *Choron.*

GICHOSAN, librare. Gloſſ. Monſ. p. 381.

Gichoſim, deliberare. p. 376.

Gichoſe, tractatu. p. 375. 377.

Gichoſi, tractus. p. 381.

Gichoſes, corrogationis. p. 357. v. *Choſen.*

Tatian. 63, 4. *Maria gicos thas beziſta teil.* Maria optimam partem elegit.

GIC.

Cap. 168, 4. *Ih gicos juuih*, Ego elegi vos. Gaſſar. in Diction. *Cos.* eligebat, à verbo *Kys* vid. Hikeſ. Diction. Island. conf. Verel. Ind. ad Hervar. Sag. Germani nunc compoſito utuntur, *erkieſen*, (quod & ſupra vid. lit. E.) Palthen. Not. ad Tat. p. 378.]

GICHT, gang, iter, à gehen, ire. *Kirchgicht*, Kirchgang, jus utendi cultus divini in alia eccleſia.

Vid. *Sinjicht.*

GICHOUFFIT. vid. *Chouf.*

GICHUNDIT. vid. *Chund.*

GICHUOLE. vid. *Chuli.*

GICURRIT, *Gicorot*. vid. *Choron.*

GIDAGO, Otfrid. IV. 1, 22.

Jo gidago fora thiu,
thaz ſie irkantin thoh bithiu,
Thaz er uuas Drubtin Heilant.

videtur mendum & legendum *gidato*, h. e.

Et fecit coram eis
ut agnoſcerent tandem ex his,
Quod eſſet Dominus Salvator.

[Vide tamen quæ de h. l. ſupra in voce *Dag* ſunt annotata. conf. & inf. *Gitato.*]

GIDAHTA. } vid. *Denken.*
GIDANCH. }

GIDANCHO. vid. *Dank.*

GIDANSOT. vid. *Danſos.*

GIDAR *ih*, auſim, *darff ich*, Otfr. I. 8, 16. ad Salom. ℣. 64. ni *Gidorſta*, non auſa, non eguit, Otfr. III. 14, 90.

Ni gidorſta es ruaren mera.
Nec auſa eum tangere amplius.

[Tatian. c. 237, 4. *Nioman ni gidorſta*, Nemo audebat. Legendum videtur *gidorfta*, quod in præſenti habet *githarf.* v. Tat. 227. c. 2. 232, 2. *hodie darf*, *dorfte.* Eſt tamen & in Rhythm. de S. Annon. §. 9. *gidorſtin.* Palthen. Not. ad h. l. pag. 398. conf. ſupra *Darren*]

[GIDARTEMO, paſſa. Gloſſ. Monſ. p. 322.
Gidartes, paſſæ. p. 326.
Gidartiu, ſiccas. p. 322.
Giderrite, ſiccentur. p. 347.]

GIDEL. *Gidelinga.*

Ana Gidelinga, Notker. in Cant. Moſ. ℣. 15.

[*Anaſidelinga Chanaan*, habitatores Chanaan. legitur in Notkero loco cit.

GIDENHERIPERGON vel *Giſourain*, ſarcinas. Gloſſ. Monſ. p. 326.]

GIDIGINI, Otfrid. *thaz thanke oub ſin gidigini*, ad Ludovic. Reg. Germ. ℣. 51. h. e. famulitium palatinum, *Hofgeſind.* V. *Thegan* in *Diuhen.*

GIDEH, *gidigi*, *gidiganer*. vid. *Diuhen.*

GIDINGUN. vid. *Ding.*

[GIDIOTA, confracti. Gloſſ. Monſ. p. 336. 397.

GIDIURTO. Otfr. II. 12, 3. de Nicodemo:

Uuas

Digitized by Google

GID.

Unar ouh ther gidiurto.
Erat quoque præcellens.

Juxta Scherzium in Not. *Erat ille celebratus.* ſeu æſtimatus.]

GIDOUGNO, res occulta, myſteria, Otfr. V. 6, 11.

Gidougno ſo ih thir redion
in theſen Evangelion.
Myſteria quæ tibi eloquar
[Aptius *Myſtice* ſcil. depictum eſt, *eas tibi dicam*, ſecundum Scherz. in Not.]
in hoc Evangelio.

Occulte, clandeſtine. Otfrid. III. 15, 69.

Er after thiu gidougno
nales offono tho.
Iſte poſtea occulte,
nequaquam publice.

Id. I. 8, 35. de Joſepho.

Thabta er bithia guati
er ſih ſon iru dati;
Joh theis gidougno uuurti
er ſih ſon iru irfirti.
Cogitabat per bonitatem (bona gratia)
ſe ab ipſa (Maria) ſeparare,
Atque ut id occulte fieret,
cum ſe ab ea abſtraheret.

Conf. L. II. c. 21, 7. It. L. I. 5, 86. ubi legitur:

Racha ſila dougna.
Rem multum arcanam.

Id. II. 14, 181.

Gidougnen ſeginin.
Arcanas benedictiones.

Vid. ſupra *Doycbne* in *Dougen.*

GIDUOGNO. vid. ibid.

GIDRAGOTIN *ſih*, ſe exhiberent, ſuſtentarent, Otfr. IV. 12, 100.

GIDRAHTI, meditationes, Otfr. ult. 24. 54.

Allaz thaz gidrahti.
Omnem hanc meditationem.

Gidrahte, meditetur. Id. I. 1, 169. à *Drahten*, quod vide.

GIDRATI, tornaturas. vid. *Drahſel.*

GIDRANGOT. vid. *Drangan.*

GIDRESCH. vid. *Draſcan.*

GIDRIUUEN *ſinen allen*, fidelibus ejus omnibus, Otfrid. I. 3, 91. [vid. ſupra *Drihvon.*]

GIDROG, ſpectrum, Otfr. III. 8, 48.

[Proprie *fictionem*, *fraudem*, conſequenter etiam *ſpectrum* denotat. In Gloſſis Boxhornii eſt *Kitroc*, fictio. *Katroc*, fantaſia. vide Staden. Explic. Voc. Germ. Bibl. p. 126. Scherz. Not. ad h. l. Conf. ſupra *Driagen.*

GIDROZE. protraham. Gloſſ. Monſ. p. 366. *Gidrozes*, protrahas. p. 347. 354. *Gidrozta*, protraxit. p. 351.]

GIDROSTA. vid. *Droſt.*

GIDRUABIT, turbaret. Otfr. II. 3, 70. vid. *Druaben.*

GID.

[GIDUAMTIN. Otfr. V. 10, 63. Schilterus vertit *conſultarent.* Scherzius vero in Not. *expedirent.*

GIDUAHIT, Otfr. IV. 29. 16, 20. [vid. notata de hoc loco ad *Duaben*]

GIDUE, faciat, fiat, contingat, Otfrid. ad Salomon. Epiſc. ℣. 4.

Allo guati gidue thio ſin,
thio biſcof erbabent in.
Omne bonum contingat Suis (Capitulo)
qui epiſcopum evexerunt eum.

Idem I. 17, 13.

Thaz ouch gidan uuurti,
ſi in euuon ni firuuurti.
Ut etiam (ſatis) factum foret,
ille (mundus) in ævum ne periret.

Ibid. ℣. 89.

Giduet mih anauuart.
Faciatis me attendentem.

Idem I. 27, 39.

Ni giduant iz man alle,
Non permitterent id homines omnes.

Gidon, gemacht. Dict. Flac. Simplex *Duen*, *tuan*, facere. vid. T. ſupra lit. D.

Otfrid. I. 3. 13. de Adamo:

Altfater maer
ſon Drubtine gidaner.
Avus inclutus
à Domino creatus.

Conf. Otfr. I. 8, 11. I. 1, 96. II. 9, 78.

Gidatun was, factum fuit, vel fecerunt, Otfrid. II. 1, 31. paſſim.

Ingidat, v. J.

Gidruemes, faciamus, Otfr. IV. ult. 61.

Themo thih ſulichan giduat, Otfrid. II. 22, 46. [Hæc verba Scherz. in Not. ita vertenda monet. *Illi qui te talem creavit.*]

GIDWINCH. vid. ſupr. *Dwingen.*

GIDULT. vid. *Dolen.*

GIDURRUN. *Dürffen*, Otfrid. I. 1, 151. de Francis hoſtium victoribus.

Ni gidurrun ſies beginnan,
ſie eigun ſe ubar uuunnan.
Nicht durffen ſie es anfangen,
ſie haben ſie überwunden.
Vix aggreſſi ſunt, & vicerunt.

Vid. *Durren.*

GIEBONO. Otfrid. III. 22, 59.

N'iſt thaz ſih to giebono.
Non eſt quod ſe adæquet.

[*Giepanota*, exæquavit. Gloſſ. Monſ. p. 345. *Giepanot*, complanat. p. 357. Stratum. p. 360. *giepanotin*, complanata. p. 356.

Giepannezon, temperare. p. 385. *giepannezota*, coæquavit. p. 356.

Vid. *Eban.*

GIEITTA. vid. *Eid.*

GIEITES ZIEGLES, cocti lateres. Gl. Monſ. p. 334.]

GIE.

GIENDU. audeo. Otfr. III. 22, 115.

Thaz ih thes giendu,
mih Gotes Sun nennu.

Quod hoc attentem,
me DEI Filium nominem.

[Cod. Vindob. & Vatic. habent *ginendu*, quod idem eſt ac fruar. Scherz. Not. ad h. l.]

GIERETI. Otfr. IV. 4, 50.

Then io liuto dati,
ſo ſcono giereti.

Quem populum faceret,
tam glorioſe honoret.

[Cod. Cæſ. habet *gihéreti*, ita ergo hos verſus transfert Scherz.

Quem unquam populus factis,
tam pulchre honoraverit.]

[*Gieret iſt*, magnificata eſt. Gl. Monſ. p. 359.] vid. *Ero.*

GIERUUN SAL, hereditabit. Gl. Lipſ.

GIET, confitetur. Gloſſ. Lipſ. vid. *Gehan.*

GIEZZEN. *Waſſergiezzen*, cataractæ. Notk. Pſal. XLI. 8.

GIFAHE, capiat, occupet. Otfr. I. 18, 89. c. 23, 16. vid. *Fahen.*

[GIFALSCOT *nuirdis*, confutaberis. Gloſſ. Monſ. p. 347.]

GIFANGE, tunica, veſtimentum. Otfr. IV. 23, 10.

Giang Chriſtus tho in themo gange
mit rotemo gifange.

Ivit Chriſtus tunc in hac proceſſione
rubro pallio.

Adde IV. 29, 74. vid. ſupra *Fangan.*

Gifank. Idem. Otfrid. IV. 5, 86. *Ono gifank*, ſine veſtimento.

GIFARE, *ni gifare*, ne noceat. Otfrid. V. 3, 8. v. *Faren.*

GIFASTA. vid. *Feſt.*

GIFEHO, gaudium. Tatian. 2, 6. de Johanne Bapt. *Her iſt thir gifeho*, ipſe erit gaudium tibi. c. 6, 2. Verba Angeli ad paſtores Bethlehemiticos. *Ih ſagen ju mihhelan gifehon*, annuncio vobis gaudium magnum. Idem 4, 4. de Johanne in utero. *Gifah in gifehan kind in minemo reve*, exultavit in gaudio infans in utero meo. Otfr. IV. 20, 12. de Judæis prætorium non ingredientibus:

Mit reinidu giſamotin
thio Oſtaron gifehotin.

In puritate conjunctim
Paſcha feriarentur.

Gifehan in gifehen. in gaudio. Gl. Pontani, vide *Fagon.*

[*Gifeho* eſt à verbo *gifehan*, gaudere, quo utroque nunc Germani carent. Primitivum Gothicum eſt *fabeds*, gaudium, unde *fagan*, gaudio afficere, & *faginon*, gaudere, quæ omnia diligentiſſime perſequitur Junius in Gloſſar. Derivativi noſtri uſus fuit quoque inter Angl. Saxones. v. Somner. in *gefea*, gaudium, *gefehan*, gaudere. Conf. Benſon. in Vocabul. voc. *faegan*, *faegen*, *faegenian*, *faegnunge*, *gefea*, *gefeaga*, *gefean*, ubi impotens illud effuſum gaudii genus, quod exultando, tripudiando, gloriando exprimitur, voce iſthac denotari, ut ſolet, accurate obſervat. Quod apud Otfridum eſt IV. 20, 12. Cum munditie decenter agebant ut Paſcha rite exciperent; id neſcio an huc pertineat, cum potius videatur referendum ad noſtrum *faben* & *fa(o)*, Suecorum capere, accipere. Quanquam enim res gratas cum gaudio excipiamus, multa tamen & inviti accipimus, nec activum verbi hujus uſum (*gifehan thie Oſtoron*) linguæ Teutonicæ genius videtur admittere. Palthen. Not. ad Tat. p. 283.

Origo vocis eſt Suecica *fa(e)*, *fa(e)nga.* ut docet Stiernhielm in Gloſſ. Ulphila Gothico in *faginon* gaudere. Unde Goth. *Fabeds*, gaudium. Tatian. *gifeho*, *gifehan*, quæ vox & eidem ſcribitur per *U* cap. 75, 2. *Inti sliumo mit giuehen intphahit*, & continuo cum gaudio accipit illud. Otfr. IV. 20, 11. Cum gaudio Paſcha exciperent, vel ſolenniter celebrarent. Stadenius Spec. Lection. Antiq. Francic. p. 24.]

GIFENGNIS, exilium. vid. *Fangan.*

GIFIANG. vid. *Fangan.*

GIFIARUN. vid. *Fiar.*

GIFLAHT, concinnavit, *geflochten.* Otfr. II. 11, 18.

So thiu ſelben Chriſtus craft
eina geislum thar giflaht.

Tunc ipſa Chriſti virtus
flagellum confecit.

GIFLAZAN. Otfr. V. 25, 9.

Nu uuil ih thes giflazan
then ſegal nitharlazan.

Nunc volo re confecta,
velum deorſum mittere.

[Scherz. Nunc volo id agere,
ut velum demittam.]

GEFLIZAN. Otfr. IV. 29, 39.

Thes uuarti oub thar giflizan.

Hujus erat quoque hic ſtudium.

[Scherz. Huc etiam allaboraretur.]

[GIFLEGOTUN, delinitus. Gloſſ. Monſ. p. 331. vid. *Fleben.*]

GIFNAH. Otfr. V. 5, 19. de duobus Diſcipulis ad ſepulchrum Chriſti properantibus:

Sih ther ander tho gifnah,
iob gieng them ginoz nah.

Tunc alter ille etiam appropinquavit,
& ſecutus comitem.

Videtur legend. *ginah.* vid. *Nah.*

[Legendum *gifuah*, quod idem eſt ac *gifuag*, conjungebat, *er fügte ſich darzu. Gifuoblich* aptus, occurrit apud Tatianum. (de quo mox) Scherz. Not. ad h. l.]

GIFT. donum. Otfr. V. 24, 52. *Gotes gift iſt*, DEI donum eſt. conf. I. 18, 8.

[*Gipht*, gratia. Gl. Monſ. p. 365. gratiam. p. 369.]

Zuagift.

Digitized by Google

GIF.

Zugift, vide lit. Z.

Zurgift, deditio. Kero.

Gyfta, ASax. nuptiæ. Matth. XXII. 2.

Nobis hodie *Hingeben*, *Hingebte* alicubi desponsatio.

GIFOLGENTEMO. vide *Folegan*.

GIFORDOROT, promovet. Otfr. III. 18, 82. sq.

Mein fater ist ther thaz giduat,
ther mir gifordorot thaz guat.
Gifordorot er follon
then minan muatmillon.

Pater meus est qui hoc fecit,
qui mihi promovet hoc bonum.
Promovet hic plene
animi mei sententiam.

GIFORHTAN. *vid. Forabt.*

GIFREMITU perficientur. Tatian. IV. 4. vide *Fremen*.

[*Gifriusit*, gelaverit. Gloss. Monf. p. 357.]

GIFUAR, progressus, negotium, vornehmen. Otfr. I. 25, 41. *Uuio uuola iz then gifuar*, quam bene iis cesserit. Otfr. IV. 7, 133. *Das ih gifurti.* Ut progressum habeam. Rh. de Lud. II. 7. 64.

Giufaro, commode. Otfrid. IV. 35, 45. *Gifuaro stuantun*, commode steterunt. vers. 52. *gifuaro gilegitin*, commode sepelierunt. II. 14. 31. *Uuird mir zi gifuare.* Erit mihi commodum.

Gifuaro, dictum. II. 19, 3. *Giuuisso thar gifuaro*, Equidem ibi dictum.

[Scherz. certe tunc convenienter.]

Gifuari, commode Otfr. III. 6, 66. Statum. V. 23, 254. *Thes gifuares*, hoc negotium. Id. IV. 8. 53.

[Institutum, propositum. Scherz.]

Ungifuari, malum. Otfr. V. 20, 230. *Zuiualt ungifuari*, duplicem calamitatem.

Conf. *Fure*.

GIFULTA, completa sunt, contigerunt. Tatian. Pr. §. 1. *Saga, thio in uns gifulta sint rachono*, narrationem quæ in nobis completæ sunt rerum.

[Hodie composito utimur *erfüllen*, Belgæ *vervullen* dicunt. Palth. Not. p. 274.]

GIFUOHLIH, aptus. Tatian. 51. 4. *Niomanuuidarscouuenti ist gifuoblih Gotes ribbe.* Nemo respiciens retro aptus est regno DEI.

[Dicunt adhuc Germani adverbialiter *füglich* apte. Primitivam quoque vocem servant *fueg* concinnitas, aptitudo. Palthen. Not. ad Tat. p. 370.]

GIFURBIT. vid. *Furben*.

GIGAHE *ilit er*, Otfr. I. 1, 63. festinat propere. Vid. *Gahan*.

Gigabent, perveniunt, Otfr. II. 13, 53. Id. II. 16, 45.

Ir sculut io thes gigaben.
Debetis eo pervenire.

Conf. Eund. IV. 7, 171. c. 37. 5.
[Id. V. 16, 61.

GIG.

Oba si thes gigabent
zi giloubu sih gifabent.
Si hoc confessi fuerint
ad fidem se captivaverint.

Ita quidem Schilterus vertit, sed Scherzius in Notis h. m. *Si ad id (eo) properant: ut ad fidem se accommodent.*]

Uuilit thes gigaben, Otfr. III. 16, 39.

[*Vult istud festinare*, (promovere, prosequi) ita vertit hæc verba Schilter. At Scherzius in Not. contendit reddenda esse. *Vult eo properare.*]

GIGANDI, *Gigantes*, R. de S. Annon. vers. 155. V. Alcuin. in Gen. p. 12. & 19. ubi conf. cum vulg. vers.

GIGANGE *in muat*, veniret in mentem, Otfr. I. 18, 56.

Then muat gigange, animum inducere. Otfr. II. 16, 35.

Gigé, Otfr. V. 23, 526.

Thes zi tode gige,
ad mortem accedat.

[*Gigen*, cadere. Gloss. Monf. p. 362. *Giget* cedet. p. 321. cedit. p. 362.

Gigat, Otfr. IV. 11. 86.

Thaz si in imih gigat.
quod in vos pervenit.

Hoc quidem modo Schilterus vertit, Scherzius vero in Notis sequenten in modum: *Quod vos tangit*, ad vos spectat.]

Gigeit, vadit, procedit, Otfr. I. 2, 37. III, 3, 24. c. 7. 97. 105. IV. 9, 62.

[In penultimo loco c. 7. 97. non *Gigeit*, sed *Gigat* occurrit, quod Schilterus vertit, *penetrarit*, at Scherzius in Not. *itur* i. e. *contingit.*]

Gigiangi, Otfr. II. 2, 48.

Sie tho uuuntar gisiang,
So iz zitbiu tho gigiang.
Mirum eis visum,
quomodo hoc procedat, *wie es darmit zugienge.*

[In hoc loco Lib. 2. c. 2. 48. hæc verba non reperiuntur, sed vers. seq. *In gilouba gigiangi*, quæ Schilterus reddit. *In fide procederet*, sed Scherzius in Not. *Ad fidem irent*, id est, fidem amplecterentur.

Id. I. 23, 21.

Zi geloubu gisiangin,
in riuua gigiangin.
Ad fidem conversi,
in pœnitentia progressi.

Ita Schilterus, sed Scherzius in Not. h. m. vertit.

Fidem suspicere
(Et) *ad pœnitentiam ire deberent.*]

[GIGANVURTI, ora. Gloss. Monf. pag. 383.]

GIGERODA, paravit. Gl. Lipf. vide *Garen*.

[*Gigarotin*, præpararent. Otfr. I. 23, 25.

GIG.

Gigeritiu, confecta vel mixta. Gloss. Mons. p. 373.]

[GIGIFTA, deditos. Gloss. Mons. p. 375. a *Gift*.

GIGIPREHT, venundatus, Gloss. Mons. p. 329.

GIGLEIFTIU. obliquas. Gloss. Mons. pag. 328. 340.

GIGOZAN *vurti*, confletur. Gloss. Mons. p. 330. hodie *gegossen wurde*. *Gigozaniu*, fusilia. pag. 328. *Gigazanen* (forsan legend. *gigozanen*) fusili. p. ead. *Gigiozent*, conflabunt. pag. 332. *gigozanemo*, conflatili. p. 335. *gigozanaz*, conflatilem. p. 397.

GIGRAPARA, pollinctores. Gloss. Mons. p. 340.

Gigrapanen, sculptis. p. 357.

Gigrapotun, oppilaverunt, p. 361. conf. inf. *Graben*.

GIGROZAN, incessere. Gloss. Mons. p. 379. *Gigruozan*, excitant. p. 388. movere. p. 390. pulsantis. p. 388. *Zi gigruoz*, irritandum. p. 337. *gigruozit*, movet. p. 376. suscitat p. 389. *gigruozit vuirdo* moveor. p. 341. *Gigruozta*, commoti, p. 363. permoti. p. 392. *gigruozter*, commotus. p. 355. *gigruozti*, motionis. p. 386. concuteret. p. cit. *gigruoztiu*, exagitata. pag. 393. *giguozzis*, forsan leg. *gigruozzis*, concuties. p. 347. conf. inf. *Gruazen*.]

GIGUATA *sih*, Otfr. I. 3, 26. bonum se praestitit, de Abrahamo.

[Codices MSC. legunt *Giguatta* notante Scherzio.]

GIHABET *iuih tharazun*, haltet euch darzu, Otfr. II. 3, 80.

[*Gihabet*, agebat. Gloss. Mons. pag. 330. *Gihapeta*, agebat. p. 326. *Gihapeti*, ageret. p. 327. *Gihapetun*, continuerunt. p. 365. *Sih gihabitun*, agebant. p. 364. conf. inf. *Haben*.

GIHACTER, percussus. Gloss. Mons. pag. 323. *Gihactemo*, percusso, p. 355.

GIHALOTI, cognosceret. Gloss. Mons. p. 359. vid. inf. *Halon*.

GIHALSLEGILOTA, colaphizati. Gl. Mons. p. 368.]

GIHALTAN, *sin gewisse*, conservamus id certò, Otfr. I. 1, 80.

Idem ad Ludov. R. v. 54. *Kunich uns gihalt*. ita emend.

[Et sic quoque in MSC. Vindob. legitur. Non incommode autem *gihalt* per *servavit* exponi potest, monente Scherz. in Not.]

Conf. Id. IV. 4, 101. III. 7, 108. 110. vid. inf. *Halten*.

Gihaltenera thiarnun, Salvatæ, benedictæ Virginis, Otfr. V. 12, 57.

[Scherzius in Not. vertit *conservatæ* illæsæ virginitatis.

GIHALTIGI, parcitas. Gloss. Mons. pag. 389.]

GIHANTA *Got*, permisit DEUS, Otf. ad Lud. v. 82.

GIHARAMSCAROT. vid. inf. *Har*.

GIHARTIS. vid. *Hart*.

GIH.

[GIHASNETI, Linitionem. Gloss. Mons. p. 357.]

GIHEAENDAE. vid. *Heandhara*.

GIHEIZAN, promittere, etiam jurato. Otfr. I. 10, 25. vid. *Heizen*.

Sos er gihiaz, sicut promisit, jurejurando, Luc. I. 73.

[GIHEIZIT *vuirdi*, succenderentur. Gloss. Mons. p. 343. vid. *Heiz*. ardens.]

GIHEITA; *giheta*, vota. Gloss. Lips.

[GIHEL, consonans. Gloss. Mons. p. 346. *Gihellani*, responsione, p. 388. *Ni gihellanten*, non concurrentibus, p. 368. *Gihellent*, commearunt, p. 378. congruunt, p. 386. *Gihellester*, concinens, p. 381.

GIHELFENT, concurrunt, p. 385.]

GIHELZIT, v. *Halzer*.

GIHENGIG. vid. *Hengen*.

GIHERETE, honoratos. Otfr. IV. 5. 104. *Giheret*, honoratus. Otf. III. 13, 62. vid. *Ero*. *Her*.

GIHIALT *sih fram*, tenax erat maxime. Otf. I. 16, 8. IV. 1. 38. *Thaz gihialt er*, Hoc existimabat.

[GIHILEIH, copulam. Gloss. Mons. p. 378. conf. *Gebileiche* & *Hileibbe*.

GIHILLIT, resultat. Gl. Mons. p. 379.

GIHIMILITON, laqueatis. Gloss. Mons. p. 345.]

GIHIT, confitebitur, Kero. c. 7. vid. *Gehan*.

Thiu zisamano gihitiu, qui unum conveniunt de nuptiis, Otfr. II. 8, 10. vid. inf. *Heizen*.

[GIHIVE, nubat. Gloss. Mons. pag. 389. vid. *Hibun*.]

GIHOHE, *thaz sinaz*, ut suum exaltet, Otfr. I. 1, 64.

[*Gihobti*, exaltaret. Gloss. Mons. pag. 331. *Gihohenter*, exaltaris. p. 348. *Gihchan* (legendum haud dubie *Gihohan*) exaltare, p. 389.

GIHOLFAN, subventum Gl. Mons. p. 377. v. inf. *Helfa*.

GIHONNET, humiliatis. Gloss. Mons. pag. 325. *Gihontos*, humiliasti eam, p. 323. *Gihontost*, illusisti. p. 323. *Gihonne*, elidet, p. 354. vid. inf. *Hon*.

Zi den GIHORIDUN, ad aures. Gl. Mons. p. 365. conf. Otfr. II. 21. 36. Scherzii Notam.

GIHORSAMOT, obtemperat. Gl. Mons. p. 351.

GIHUCCE, retineat. Gloss. Mons. p. 382. *Gihuccent*, retinent, p. 396. *Gihuccames*, tenemus, p. 325.

Daz sie uzane gihuccan, ut memoriter teneant. p. 323.

Gihucht, vena, p. 350.

Gihuctin, in stabulis, p. 350.]

GIHUET *duent*, memorant, Otfr. II. 8, 66.

[In Codic. Cæsar. pro *gihuet* legitur *gihugt*, quod idem est ac *mentio*, *memoria* apud Otfr. Scherz. Not. h. l. conf. inf. *Hugen*.

GIHUFFOS, congeres, Gloss. Mons. pag. 395. *Gihuffotero* congestorum. pag. 363. hodie *Heuffen*, *Gehenffet*. conf. inf. *Huf*.]

GIK-

Digitized by Google

GIH.

GIHUGE, memini. Confeſſ. vet. *So ih es gihuge, ſo ni gehuge*, quæ recordor, quæ minus. vid. *Hugen.*

Gihogetin, memores eſſent, Otfr. I. 2. 73. conſ. eund. I. 22, 11. V. 8, 49.

Gihoglichen ſorgon, ſollicitis curis, Otfr. V. 23, 146.

[*Gihuggen*, apud Otfr. II. 23, 16. Schilterus vertit *cavere*, Scherzius autem in Notis ait, melius reddi per *recordari*. Id. III. 1, 71.

Gihugit ſar thes ſtatbes.

Attendit ſtatim viam.

Ita Schilterus, ſed Stadenius judice Scherzio in Notis ad h. l. optime:

Recordatur continuo illa vice.

Gihugit uuerd, memoretur. Gl. Monſ. p. 387. *Gihugenne*, memorari, Tatian. 4. 15.

GIHULDIT *uuird*, placare. Gloſſ. Monſ. p. 397.]

GIHULFIN, adjuvarent. Otfr. III. 18, 139. Conſ. inf. *Helfa.*

[GIHULLUN, convenerunt. Gloſſ. Monſ. p. 377. vid. *Gibel.*]

GIHURSGTE, aclares, Otfr. II. 6, 109. v. *Horski.*

[GIHOUUOT *uuerdent*, ſarrientur. Gloſſ. Monſ. p. 333. *Gihouvotni uuirdit*, fodiatur. p. 333.

GIJARO, Tatianus 12. 1. *Fuorun ſine eldiron gijaro in Jeruſalem.* Ibant parentes ejus per omnes annos in Hieruſalem. Contractum *gijaro* videtur ex *jogiuuelih jaro*, quovis anno. Niſi malis primam ſyllabam hujus vocis accipere pro particula, cui moderna Germanica *je* reſpondeat, dum dicimus *je zuuene jaro*, bini. Cl. Stadenius parum abeſt quin legendum putet *bijaro*, veretur tamen auctoritatem lectionis Junianæ. Palthen. Not. ad Tatian. pag. 322.]

GIKERIT. vid. inf. *Keren.*

GIKNEUUE. vid. *Kneu.*

GIKRUMPTI. vid. *Krumbero.*

GIKNIHTI. ſervitium, famulitium, Otfrid. IV. 8, 44. vide inf. *Kneht.*

GIKNUSITA, vid. *Chnuſſan.*

GIL.

Urgilo, v. U.

[GILADOTER, vocatus. Gloſſ. Monſ. p. 395. vid. *Laden.*

Giladanen, plenum. p. 326. onuſtum. p. 344.

GILAGI, ſuppetat. Gl. Monſ. p. 389.]

GILANGER, propinquus. Otfr. II. 7, 46. III. 6, 50.

[GILANCTA, protraxit. Gloſſ. Monſ. p. 366.

GILANTEN, ſubductis. Gl. Monſ. p. 398.

GILAPOT *uuirdet*, reparetur. Gl. Monſ. p. 392. *Gilapota*, repauſavit, p. 400. *gilapotun*, refecerunt. p. 359.]

Gilare, Otfr. I. 11. 22. de cenſu ſub Auguſto:

Heime quam zi uuare
Zi ſinemo alt gilare.

Patriam accedat verè
ad ſuam veterem originem.

Gilari, domicilium, Otfr. IV. 9, 19. lares. Manſio, IV. 15, 14. V. 23, 3.

[Quia Cod. Vind. Vatic. & Flac. apud Otfr. I. 11, 22. pro *quam* habet *quad*, & *Gilari* in locis ab ipſo Schiltero notatis manſionem, domicilium notat, Scherzius in Not. ad h. l. verſ. 22. & 23. ita vertit:

Domi dicebat (ſcil. Imperator) *revera in ſua vetere manſione.*

Idem *Gilari* ap. Otfr. IV. 15, 14. *habitationem*, & V. 23, 3. *manſiones* reddit.]

GILATI, ſpopondit, Otf. IV. 8, 48. vid. ſupr. *Firlati.*

GILECHONT, lambunt. Otf. III. 10. 73.

Gilechont thoh thie uuelfa.

Attamen lambunt catuli.

Vid. *Lechen.*

[GILEGANONO, natalium. Gloſſ. Monſ. pag. 380.

Gileganoro, propior. p. 327.]

GILEGGENT *ubari*, ſuperimponunt, Otfr. IV. 5, 66. Otfr. III. 23, 98.

binan gilegan unas thas uuar.

ut ſe haberet de eo veritas.

Conf. Fr. Jun. ad Willeram. pag. 300. Otf. IV. 7, 30.

Manno haz oub managan
ubar ſie gelegenan.

Hominumque odium multorum (multiplex)
Super eos impoſitum.

[*Er ſi in daz viur gilegit uuerd*, ante ignem. Gl. Monſ. p. 393.

Conf. *Leccan.*

GILEID, declinavit. Gloſſ. Monſ. p. 397. evanuit. p. 398.

GILEIHTER, matrix. Gloſſ. Monſ. p. 400.

GILENDIGO, affinitates. Gloſſ. Monſ. pag. 328.

GILENGIT *vuerdent*, protelentur. Gloſſ. Monſ. p. 323. *gilengitni vuerdent*, non elongabuntur, p. 333.]

GILEPPHES, Otf. II. 14, 55. portandi ſignificationem habere videtur.

[Verba verſus ſunt:

Thu herzua gilepphes.

(Quod) huc portares.

Scherzius autem in Notis hæc addit. Nullibi quantum recordor, vocem *gelepffen*, pro portare ſumtum fuiſſe reperi. Forte rectius hunc verſum ita reddideris:

Ut huc (cum eo vaſe) *accurreres.*

Suecis *löpa* eſt currere. Islandis *ad hleypa.* Danis *lobe.* Belgis: *loopen*, idem ſignificat Anglo-Sax. *hleapan* eſt ſaltare, quod Gothi *blaupan* reddunt. vid. Jun. Gloſſ. Goth. vid. *blaupan.* Scherz. Not. ad. h. l. Suevis *etwas lupfen*, eſt elevare aliquid.]

Gilia-

Digitized by Google

GIL.

Giliaſi, Otfr. III. 14, 165. occurreret.

[GILERANIU, recitata. Gl. Monſ. p. 390. vid. *Keleran.*

Ziſamana gileran vuirdis, non colligeris, p. 340.

GILICCANSCOLENTER, habitaturus, Gl. Monſ. p. 362. forſan. legend. *Giliccan ſcolenter.*

Giliccenten, coeuntem. p. 388.]

GILIH, æqualis, Otfr. I. 18, 35.

Gilicho, ſimilis, ſimiliter, æqualiter, ſimul, *zugleich.* Otfr. V. 25, 111.

Uuio a fur io gilicho
duit ther min gilicho.

Meus ſodalis, conſocius.

[Hodie dicimus, *der meines gleichens iſt.* Scherz. Not. ad h. l.]

Conf. II. 4, 191. c. 5. 8. III. 16, 43. c. 20. 71. IV. 7. 83. V. 20. 23.

Otfr. I. 17, 93. & 112. *Gilicha thegan*, commilitones. Id. ad Ludov. ℣. 90.

Vid. inf. *Lih.*

Guati giliches, Otf. II. 7, 95. V. 20, 78.

[*Guati giliches* Schilterus vertit: *bonum complacens.* Scherzius autem in notis: *bono ſimile*, qui addit. Videtur Schilterus derivaſſe *giliches* à *lichen*, placere, ſed quid opus ut eo procedamus, *giliches* eſt noſtrum *gleiches.* Hæc ille. Videtur autem Schilterus ipſemet huc inclinaſſe hoc in loco, cum addiderit alterum locum V. 20, 78. ibi enim hæc verba extant.

Thie uuarun biar giliche
Qui fuerunt hic æquales.]

Ungilih, diſſimilis Otf. V. 12, 83. 85.

Ungilichaz, diſſimile. Otf. V. 20, 30.

GILAZ, remitte, Otf. V. 23, 328. conf. infra *Laſſen.*

GILIAZ, Otf. III. 2, 71. mit im verlies, abgeredet, verſprochen, dixit, promiſit.

GILIEZIN, Otfr. I. 11, 15.

In thiu ſi thaz giliezen,
thaz ſe erdriches niezen.

Dum hæc præſtabunt,
ut terra fruantur.

Vid. inf. *Laſſen* & *leiſten.*

[*Giliez*, confeſſus eſt. Gloſſ. Monſ. p. 365.

Giliezi; largiretur. p. 388.]

[GILIDAN, peregrinari. Gloſſ. Monſ. pag. 368.

Gilidumes zi Gote, excedimus DEO, p. 385.

Gilidoten, ſeparatum. p. 385.

Gilidotaz, conciſam. p. 321.]

GILIGGE *iz*, Otfr. III. 23, 111. res ſe habeat, à *ligen*, jacere, ſitum eſſe.

[*Giligido* vel *giſezido*, ſitu. Gloſſ. Monſ. pag. 393.

GILIHHIU, vicina. Gl. Monſ. p. 358.]

GILIMPHIT. vid. *Chalimſan.*

[GILIMIT, conglutinatus eſt Gloſſ. Monſ. p. 349. hodie *geleimet.*]

GIL.

GILININ, recumbere, Tatian. c. 156. v. *Linen.*

[*Gilineta*, recubuit. Gloſſ. Monſ. p. 395.]

GILITHA *imo ellu ſinu jar*, Otfr. ad Ludov. ℣. 107. v. *Lithan.*

[Pro *Gilitha* Cod. Vindob. habet *Gilihta*, quod idem eſt ac hodiernum *geleichtert*, *leicht gemachet*, inde hæc verba ita reddenda. *Leves efficiebat illi omnes ſuos annos.* Scherz. Not. ad h. l.

GILIPHASTOT, vivificabit. Gloſſ. Monſ. p. 397.

GILIRE, ex adinventione. Gl. Monſ. p. 374.

GILITEN, deſciſcerent. Gloſſ. Monſ. p. 379. idem quod poſtea *gleiten.*]

GILIUBTHA *thir*, Otf. III. 20, 142. placet.

[Verſ. 291.

Ther mir ſo fram giliubta.
Qui mihi adeo placet.

Sive ut Scherzius vertit in Not. ad h. l.

Qui mihi rem adeo gratam præſtitit.

Id. IV. 36, 24.

Then liuten ſi giliuben
Hominibus abblandiantur.

Quæ verba Scherzius mallet ita expreſſa:

Hominibus ſe acceptos reddant: favori hominum ſe inſinuent. conf. inf. *Liben.*

Giliupen, probare. Gloſſ. Monſ. pag. 380. *giliupe*, commendet. p. 384. *giliupit*, commendat. p. 396. *giliupter*, commendatus. p. 363.

GILIUTMARAN, publicare. Gloſſ. Monſ. p. 381. à *liut*, populus & *maren* vulgare.

GILIVUI, aurugine. Gloſſ. Monſ. pag. 337. aurugo. p. 328.]

[GILLENT, convolarunt Gloſſ. Monſ. p. 357.

Gillentes, occurrens. p. 375.]

GILOCHO *unſih*, Otfrid. IV. ult. 36. V. *Lok.*

Giloko mir thaz muat, blandè conſolare, conforta animum mihi, Otfr. III. 1, 63.

V. 20, 152.

Siuchi in mir gilochot.
Morbos in me curaſtis.

[Lib. IV. ult. 36. *gilocho unſih*, Schilterus vertit: *Allicuit nos.* At Scherzius in Notis dicit. *Gilocho* non eſt allicuit, ſed *ſanet*, *medeatur*, recreet. Idem ad Lib. III. 1, 63. hæc annotat. Rectiſſime Stadenius hunc verſum ita exponit: *Sana mihi mentem meam.* conf. infra *Loken.*

GILOOWYRT, *eptasyllon.* 1111. *folia.* Gl. MSS. AS.

GILOSSIN, Otfr. I. 18, 54.

Ni uuoltun uuir giloſſin.
non volebamus obedire.

[*Giloſſin*, *giloſan* idem eſt ac audire. vid. Staden. in Spec. Antiq. Franc. p. 23. n. 3. Scherz. Not. ad h. l.]

Giloſ thir Got alles, Otfrid III. 24, 35.

[*DEUS eſt in omnibus te exaudiens:* ita Scherzius in Notis h. l. vertit.]

Vid.

Digitized by Google

Vid. inf. *Loſen.*

[*Giloſan*, attendant. Gloſſ. Monſ. p. 354.]

Giloubo, credens. Otfr. I. 18, 38.

Ni biſt es io giloubo,
Selbo thu iz ni ſcouuo.
Non es tu id credens,
ipſe id ni videris.

Aſſevero, Otfr. IV. 13, 56.

Thes duan ih thih giloubo.
Hoc tibi aſſevero.

Giloubit, promiſſum. Otfr. I. 15, 64.

Thia fruma iſt hiar irougit,
So uuemo iz ni giloubit.
Hoc Bonum hic apparuit,
cui id non promiſſum.

Giloubur, credens. Otfr. I. 4, 167.

[Cod. Vindob. & Vatic. habent *Giloubt er.* ut Scherz. in Not. obſervat.]

Vid. *Loube.*

[GILOUPAZ, lignum nemoroſum. Gloſſ. Monſ. p. 330.

GILOUPTA *fibes*, deficiebat. Gloſſ. Monſ. p. 361.

GILOVUA, gnarras. Gl. Monſ. p. 323.

GILOVUEN, inſtructum. Gl. Monſ. p. 376.

GILOUVI, aſtutia. Gl. Monſ. p. 350.]

GILTIN *zen boben gizitin*, i. *gi-ilten*, eileten, properabant. Otfr. I. 22, 3. officium facerent diebus feſtivis, Paſchalibus. [Optime Schilterum obſervaſſe *gilten* eſſe quaſi *gi-ilten*. Codex Vindob. probat, in quo notante Scherzio legitur *gi ilten*.]

GILUMFLIH, Otfrid. I. 16, 50.

Thaz uuas gilumflih in uuar.
Hoc erat congruum profectò.

Idem II. 14, 120.

Stat ſilu richu,
zi thiu gilumpflichu.
Urbe multum divite,
& præterea decora.

Conſ. IV. 15, 8.

Gilumfida, opportunitas, Gl. Vulcanii. vid. ſup. *Chalimſan.*

GILUNGUN in ſalida, felicitas ipſis obtigit, Otfr. I. 2, 71. Ita emend. Otfr. ad Salom. ℣. 27.

[In MSC. Codicib. legitur *gilangon*, quod *impetrare* vertit Scherz. in Not. ad h. l.

GILUPIT, commendatur. Gloſſ. Monſ. p. 391. Legendum autem haud dubie *giliupit*.]

GILUSTI, voluptatem. Otfrid. ad Salom. ℣. 37. II. 14, 184. perpetravi.

Er al iz untar uueſta,
thes mih nob io giluſta.
Is (Chriſtus) omnia cognovit,
quæcunque adhuc appetivi (patravi.)

[*Giluſti*, voluntate. Gloſſ. Monſ. p. 395. *Giluſtin*, motibus. p. 388.]

GIMACHO, adverbium cum *wizzen*, certo. Otfr. III. 20, 269. cap. 23, 57.

[In priori loco verba ita habent. *Unir uuizun alle thaz gimah*, quæ Schilterus ita vertit. *Nos ſcimus omne id optime.* Scherzius vero in Notis addit. *Alle thaz gimah*, redde. *Omnem rem*, omne id.

In altero loco ita legitur. *Giuriſſo uuizit thaz gimah:* quæ hoc modo Schilterus vertit: Certe ſciatis hoc conſultum. Ubi Scherz. in Not. *thaz gimach*, mallet redditum *hanc rem*, hoc.]

Optime, *gar wohl.* I. 14, ult.

[Verba hæc ſunt: *Zua dubono gimachon*, à Schiltero ita converſa. *Duas columbas apte.* Scherzius autem hæc annotat. Hic verſus ita reddendus. *Duas columbas conjunges*, ſeu par columbarum. In Tatiano VII. 3. *Inti thaz ſie gabirobphar, after thiu giquetan iſt in euuû Truhtines. Zua gimachun turtiltubun, edo zuei tubielin.* Et ut darent hoſtiam, ſecundum quod dictum eſt in lege Domini par turturum, aut duos pullos columbarum. Apud eundem c. 5. §. 8. occurrit. *Mariun thina gimahhun.* Mariam conjugem tuam. Et §. 15. *Gimahaltero gimahhun*, deſponſata uxore: ad quem locum hæc notat Palthenius. p. 309. Apud Keronem eſt *kimahchot*, conjungatur, eſtque adeo *kimacha* ſ. *gimahha*, conjux. Id quod clarius patet è Gloſſ. Boxhorn. ubi *kimah*, aptum, *kimachot*, concinnatum, *kimachida*, contubernium, *kimahhidom*, connubia, *kimahida*, copula eſt. Simili ratione Anglo-Saxones dixere *gemaecca* vel *gemaecea*, conjux, *gemaeclic*, conjugalis, vid. Benſon. Vocab. Pertinet huc & oppoſitum, quod Kero c. 48. habet *in mahchoen*, id eſt, *intmachon*, diſjungant.]

Commode Otfrid. V. 23, 265. Hic locus ita ſe habet: *Ni mabt afur thaz gimachon.* Non potes autem hoc commode.]

Notker. Pſ. LXXII. 3. *In fridu unde iro gemachen lib.*

Caute. Otfr. IV. 8, 41.

Gimachon, quad, in uuara.
Caute, dicebat, revera.

[Scherzius *Gimachon*, hic verbum eſſe notat, ut in mox citando loco IV. 9, 16. hinc reddit hunc locum:

Facere (ſcil. ſe velle) *dicebat circumſpecte.*]

Gimachon, modice. Otfr. II. 8, 104.

Ni drenk ih thes gimachon.
Haud bibero hoc modice.

[Aliter hic locus verti debet, nempe hunc in modum. *Nunquam bibi ſimile*, præſtantia huic æquale vinum. Scherz. in Not. ad h. l. Stadenius in Explic. Voc. Bibl. Germ. p. 251. Ita vertit: *Ich habe dergleichen nie getrunken.*]

Gimachon, verbum, faciamus. Otfr. IV. 9, 16.

Thaz uuir iz gimachon ſcono.
Ut id faciamus pulchre.

Gimach, idoneum, commodum, aptum. Otfrid. II. 9, 118.

Ein ſcaf er ſtantan giſah,
thaz uuas zem opphere gimah.
Ovem hic ſtantem vidit,
quæ erat ad ſacrificium apta.

Digitized by Google

GIL.

Fronisg gimah, illustre factum. Otfr. V. 12, 91.

Gimach, opus factum. Otfr. I. 9, 63. III. 20, 55. 293. c. 23, 105. IV. 30, 11.

[Scherzius ad III. 20. 55. hæc notat: *Guat gimah*, bonum commodum. *Gimah*, creberrime pro commodo, utilitate occurrit, & hodie adhuc dicimus *gemächlichkeit*, simili sensu.

Ad III. 23, 105. Idem notat. *Gimacha*, hic mallem exponere, *conditionem suæ rei*. i. e. morbi.

Ad IV. 30, 11. *Zurntun thia gimacha*. Verte: *Ira fervebant* (contra ipsum) *ob conditionem*. Eodem sensu dicitur III. 23, 110. *thia gimacha sines selbes sacha*.]

Ungimah, facinus. Otfrid. IV. 26, 67.

Thuruh sulih ungimah.
Propter hoc facinus.

Scherzius vertit. *Propter talem calamitatem.*

Missilih gimah, diversas opiniones. Otfr. III. 12, 19.

[*Gimah*, nullibi opinionem denotat, sed interdum *rem*. vid. Otfr. V. 6, 37. Ubi de uno angelorum sepulchro Christi insidentium dicitur:

Then man zun fuazon gisah
ther zeinot ander gimah.
Qui ad pedes (sedens) *videbatur*
ille significat aliam rem, aliud quid.

Hæc autem acceptio vocis *gemah* huc omnino quadrat. *Zaltun missilih gimah*, idem est ac, *narrabant diversas res*, seu diversa, scil. de effatis populi circa personam Christi prolatis. Hæc Scherz. notat. ad l. c.]

Gimacha himilis, opus cœleste. Otfr. I. 1, 111. vid. inf. *Machon.*

Gimach, improbus. Gl. MSS.

Imo gimachaz, ipsi concinnatum. Otfr. IV. 4, 83.

[*Gimachaz*, redde convenientem, congruum. Scherz. Not. ad h. l.

Thera minna gimah. Hujus amoris opus: ita vertit Schilter. Otfr. II. 6, 98. Scherzius autem in Notis subjungit. Rostgardius ad hunc versum hæc notat. *Gimah*, *similis, compar, plane ut Danis*, *mage*. *Gimah* non male hic reddi posse videtur *imaginem*.

Gimacher, idoneus. Gloss. Monf. 391. *Gimabher*, idoneus. p. 385. *gimabbor*, commodius. p. 329. compendiosus. p. 386. *gimabbo*, idoneæ. p. 390.

Gimacho, communiter. Gloss. Monf. pag. 364. *gimabben*, communem. p. 363. idoneum. p. 380.

Gimahidi, par. Gl. Monf. p. 395. *demo gimahide*, conjugi. p. 388.]

GIMAENGDAE. vid. inf. *Mengen.*

[GIMAGETA, convaluit. Gloss. Monf. p. 342. v. *Magen.*

Gimagetun, invalescebunt. Tatian. 196, 2. A *megin*, virtus. Hoc itaque verbum frequentativum est quod idem significat ac invalescere, majori potestate esse. Palthen. Not. ad Tat. p. 392.

GIMAGARTIU, attenuati. Gloss. Monf. p. 335. 350.

Gimagarte, attenuati. p. 337. *gimagirit*, tabefaciet, p. 357. miscereturr. p. 385.]

GIM.

GIMAHALTERO, desponsatam. Gloss. Is. Pontan. vid. *Mal.*

[GIMAIT *uuerde*, evellatur. Gl. Monf. p. 350.

GIMALAR, tincta. Gloss. Monf. p. 337.]

GIMEIHT. vid. *Meiben.*

GIMALON. Otfr. IV. ult. 79.

[Verba Otfridi hæc sunt:

Job dankon io gimalon.

Freherus legendum statuit. *Job dankon io*, pro *ib*. Freheri lectionem firmat utrumque MSC. Vindob. & Vat. *iogimalon*, arbitror esse ab *io*, semper & *mal*, vice, quod adhuc supereft *in einmal*, *zweymal*, *mehrmal*, unde verto:

Et gratias agant perpetuo.

Scherzius in Not. ad h. l.]

GIMAN. vid. *Manan.*

GIMANA. Otfr. ad Salom. ℣. 61. *Sent iu*, *io zi gimana*. Mittat vobis & Conventui, Capitulo Episcopi.

Gimainan, communem, similem, socium, Otfrid. II. 2, 3.

GIMARIT, vulgabantur. Gl. Is. Pont. v. *Mar.*

GIMARSADA, mirificavit. Gloss. Lipf. ubi Somnerus notat: *Magnificare* Saxonibus *Merfian.*

[GIMARTORUM, impeditioris linguæ. Gl. Monf. p. 320.

GIMASTA, impinguati. Gloss. *Monf. p. 336.*

Gimaster, impinguatus. p. 323. 350. hodie *gemesteter.*]

GIMAZEN, Otfr. V. 10, 48.

Irquamen ungimezen
thes liaben gimazen.
Stupuerunt Immensè
de charo commensali.

Videbatur legendum: *ginozen*, comite: de Christo comite discipulorum Emauntem euntium. Sed est à *Maz*, cibus, *Gimaza*, socius mensæ, comestor. v. Gloss. du Fresne. Triclinus, conviva. Hinc intelligitur quid sit,

Ther thero thriosezzo
was furista gimazzo.

Otfr. II. 8, 76. h. e. qui tricliniorum erat princeps Hospes: i. Architriclinus.

Conf. inf. *Mazze.*

GIMEIN, à *min*, meus, i. communis. Otfr. V. ult. 331.

Mit in si ouh mir gimeini
thiu euuiniga heili.
Cum iis sit & mihi communis
æterna salus.

Gimeini salida, publica salus. Otfr. ad Ludov. 10. II. 3, 78. IV. 4. 90. [Scherzius *salida gimeini* in hoc ultimo loco vertit *beatitudo communicata.*

Gimeini, illuminationem vertit Schilt. Otfr. III. 20, 343.

Ther sela det er gimeini,
thes lichamen heili.
Animæ fecit illuminationem,
corporis integritatem.

Scher-

Digitized by Google

Scherzius autem ita exponit.
Animæ dedit communionem
corporis ſalutis.]

Gimein muato, uno animo. Otfr. IV. 4, 106.

Gimeino, ſocius. Otfrid. III. 18, 32.

Giborgen ih es reino,
thaz er n'iſt min gimeino.
Conteſtor ego pure,
[Scherz. reddit: Caveo id caſte]
quod iſte non eſt meus ſocius.

[In Suevia adhucdum is qui in alterius ſocietate vivit *gemeinder* vocatur.]

Gimeinida, communionem. Otfr. IV. 11, 64.

[*Gimeinlibo*, generaliter. Gl. Monſ. p. 394.]

Gimeinit, à *meinen*, ſentire, ſtatuere, velle.

Gimeinit, communicatum. Otfr. V. 1, 54.

Imo iſt al gimeinit.
Ipſi omnia ſunt communicata.

Conf. IV. 28, 7. [V. 8, 1. Schilterus etiam per *communicare* vertit, ſed Scherzius in not. per *indicare*.]

Gimeinta, voluit, juſſit. Otfrid. III. 4, 74.

Ther mih, quad er, heilta,
er ſus is al gimeinta.
Qui me, dixit iſte, ſanavit,
ille ſic id omne juſſit.

Fecit. Otfr. III. 6, 81. de Chriſto.

Er ſelbo ouh tho gimeinta,
thie fisga in thar gideilta.
Idem etiam tunc porro fecit,
Piſces iis ibi diſtribuit.

Conf. c. 11, 11.

Decidit. Otfr. IV. 6, 66.

Uuio ſcono er thaz gimeinta.
Quomodo pulchre ipſe hoc deciderit.

Dixit. Otfr. III. 17, 78.

So sliumo er thaz gimeinta.
Quam primum id dixiſſet.

Adde IV 7. 14. 141. V. 20, 127.

Docuit. Otfr. III. 20, 369.

Mit uuorton is gimeinta.
Verbis id docuit.

[*Gimeinit*. Schilterus Otfrid. I. 14, 13. vertit *Significatum*, Scherzius in not. *nominatus*.

Gimeinta, Schilter. Otfr. V. 16, 15. reddit, *ſignificaverat*. Scherzius autem in Not. *indigitaverat*.

Gimeinti. Schilter vertit Otfr. III. 2, 11. *ageret*. Scherzius in Notis *indigitabat*.]

Vid. ſupra *Geman*. & infra *Meinen*, ac *Mein*.

GIMEITI, averſio, declinatio. Otfr. V. 25, 59.

Zellet thie gimeiti
minera dumpheiti.
Referatis averſionem, (declinationem)
meæ ſtupiditatis.

[Scherzius ad h. l. dicit, *gimeiti* eſt *vanitas*, & hic *vanus labor*.]

Gimeit, averſio. Otfr. III. 19, 20.

[*Gimeit*, hic videtur idem eſſe ac *ambitio*: ita Scherz. ad h. l.]

In gimeitun, Otfr. V. 6, 32.

Er ſtuant ſid themo ſtize
in gimeitun thoh thar uze.
Stabat poſt hanc induſtriam
in abſconſo tamen foras.

V. 13, 10. in vanum, fruſtra, ſine cauſa, temere. IV. 26, 44.

In gemeitun. Notk. Pſ. LXII. 10. Pſ. LXXII. 13. Vid. *Midanti*.

Gimeitheit, Otfr. IV. 6, 71. Idem quod *Gimeit*, averſio, apoſtaſia.

[*Gimeitheit*, denotat *vanitatem*, *ambitionem*, *arrogantiam*, quæ ſignificatio etiam contextui optime convenit. conf. notata ad verb. *gimeit*. Apud Notker. in Pſalterio crebro occurrit *ingemeitun*, *ingimeitun*, ita ut denotet *in vanum*. vid. Pſal. VIII. 4. & CXVIII. 166. & LXXII. 13. Scherz. Not. ad Otfrid. l. c.

GIMEITISOTUN. increverunt. Gl. Monſ. p. 326.]

GIMELDET. vid. *Melden*.

GIMENSODA, diminuit. Gl. Lipſ. ubi Somnerus: Diminutio Saxonibus *Minſung*, nobis *Mincing*: ut cibus fruſtatim & minutim conciſus, nobis *minced-meat*, aliàs *mincemeat*.

[GIMERON, augmentaſſe. Gl. Monſ. p. 360. lucrique facere. p. 361. ædificare. p. 366.

Gimerot uuard, ædificabatur, p. 365. *gimerot uuirdis*, ædificaveris. p. 347. *gimerot uuirdit*, ædificabitur. p. 354.

Gimerota, exaggerabat. p. 394.

Gimeroter, amplificatus. p. 357.

Gimerr, exaggerare. p. 381.

Gimerrido, præjudicio, p. 378.]

Gimerre. ouh uuiht mih ni gimerre. Nec quicquam me capiat, liget, vinciat, Otfr. I. 2, 60. III. 7, 144. c. 26, 82.

[*Gimerre* rectius vertitur *impediat*. Boxh. Gloſſ.

Ni martin, ne impedirent. Otfr. III. 7, 141.

Firdrit, ſo ih quad, thio ſuazi
al untar thino fuazi,
Thaz ſiu thir uuiht ni derre,
thera gouma ni gimerre.
Calca, uti dixi, dulcedinem, (ſcil. voluptatem mundi)
omnino ſubter tuos pedes,
Ut tibi non noceant,
nec convivium cœleſte impediant.

Apud eundem Otfr. III. 26, 82. *thes uniges gimerrit*, ſunt prælio inferiores, victi. Gloſſ. Boxh. *kimerrit*, irritum. Scherz. Not. ad Otfr. I. 2, 60. III. 26, 82.]

Ungimerrit, haud impeditus, inprohibitus; Otfr. V. 12, 51.

V. & *Merren*.

[GIMEZHAFTOT, moderatur. Gl. Monſ. p. 351.]

GIMIERIT *si ſtade*, appulſus ad portum, Otfrid. V. 25, 4.

Hodieque nautis Argentoratenſibus uſitatum, *floſs anmeren*, ligna alligare ad littus.

Digitized by Google

GIM.

GIMIKILADA. vid. *Mibil.*

[GIMINNIROT, attenuabit. Gloss. Monf. p. 345. *giminnirit uuirdit*, attenuabitur. p. 334. *Giminniront*, annullabuntur. p. 356.

GIMIRROTEN, Myrrhatum. Gloss. Monf. p. 398.]

GIMIS, mixtura, gemiſche. Tatian. 212, 6. *Gimis mirrum inti aloes.* Mixtura myrrhæ & aloes.

[*Gimiſcido*, confuſionis. Gloss. Monf. p. 343. *Gimiſtiu*, confuſa. p. 331.]

Conf. inf. Miſcen.

[GIMITTIVERIHIT *vuird*, dimidietur. Gl. Monf. p. 347.

Gimittivueribent, dimidiabunt. p. 347.]

GIMMA. Otfr. I. 5, 41.

Gimma thiu uuiza
Magad ſcinenta.

de Virgine S. Maria. Virago, mulier. V. *Comman.* Carmen de B. Hiſp. Caroli M. ℣. 927. *Ein pöh uzer golde unde uzer gimme.* à gemmis & auro contextum vinculum, boja.

[GIMMAMONTIS, lenis. Gl. Monf. p. 357. *Gimmamontot uuirdit*, lenietur. p. 352.

GIMPITAT, conſtituit. Gl. Monf. p. 360.]

GIMUATI, benignus, gratioſa. Otfr. Præf. ad Salom. Epiſc. pr. & ℣. 62.

Si ſalida gimuati,
Salomones guati.

Sit ſalus benigna,
Salomonis bonitati.

Ubi Flacius interpr. *Sei heil gemüte.* i. e. *mit freuden.* Hodie dicimus *gemutt*, behertzt, wol zv muth, freudig: itaque *ſalida gimuati*, hodie diceretur *Freuden-heyl.* Vel ſubſtantivè: beata gratia. V. *Salida.* Otfr. V, 23. 428.

Niuzit thar in uuara
ſalida thin ſela,
Famer mammunti
ioh euuinig gimuati.

Fruitur ibi revera
bona tua anima,
Semper deliciis,
& æternis lætitiis.

Otfrid. I. 16, 7. *Iluitua gimuati*, de S. Anna, Vidua modeſta, tranquilli, ſedati animi.

Due uns thaz gimuati, faciat nobis hanc gratiam. Otfrid. ad Salom. ℣. 82. III. 10, 63. V. 12, 171. II. 16, 55.

Gimuati then iſt, cordi eis eſt, Otfr. III. 15, 31.

Firliache uns gimuato, largiatur nobis gratiam. Otfr. ad Salom. antep. Ad Ludov. ℣. 13. 161.

Druhtines gimuates. Domini gratioſitate. Otfr. II. 2, 76.

Uuehſal gimuati, cambium gratioſum. Otfrid. II. 9, 123.

Gimuato, bono animo vivere, Otfrid. ad Ludov. antep.

Allo ziti guato
leben thar gimuato.
Omnibus temporibus bonis
vivere ibi lætabundum.

GIM.

Gimuato, gratioſus. Otfr. IV. 4, 95.

Iſt Kuning uns gimuato
ſelbo Chriſtus ther guato.
Eſt Rex nobis gratioſus
ipſe Chriſtus ille bonus.

Animitus. Otfr. II. 2, 31.

Joh zellu iz hiar gimuato,
iſt Druhtin Chriſtus ther guato.
Et referas hic animitus,
eſt Dominus Chriſtus ille bonus.

[Scherzius h. l. ita in Notis vertit.

Et expono id hic lubens,
(Scilicet) eſt (illa lux) Chriſtus ille bonus.]

Ingenioſe. Otfrid. V. 14, 50.

Gregorius ther guato
er ſpunota iz gimuato.
Gregorius ille bonus
interpretatus hoc ingenioſe.

Gimuater. bonæ mentis. Otfr. II. 7, 47.

[Cod. Vatic. habet *gimyater*, quod idem hic ac *dilectus.* Scherz. Not. ad h. l.]

Gimuati, communiter, concorditer, ſimul. Otfrid. II. 14, 42.

Ni eigun muas gimuati.
Non habent cibum communem.

[*Gimuati*, juxta Scherz. in Not. hic exprimi debet per *volentes*, *lubentes*, unde hic verſus ita transferendus:

Non habent cibum lubentes.]

Gimyato, animoſe, fortiter. Otfr. II. 5, 12.

Girah inan gimyato.
Vindicavit iſtum animoſe.

[Cod. Vindob. habet *gimuato*, notante Scherzio.]

Gimuato, conſtanter. Otfrid. III. 23, 86. IV. 35, 34.

[Scherz. *gimuato* in priori loco *placide*, in poſteriore *benigne*, reddere mallet.]

Pro certo. Otfr. V. 8, 31.

UUizziſt thaz gimuato.
Sciatis hoc pro certo.

[*Gimuato* non eſt, pro certo, ſed læte, cum lætitia. vertend. Conf. Otfrid. III. 24, 69. ubi Martha ſoror Lazari dicit.

Giloub ih thaz gimuato.
Credo hoc læto animo.

Scherz. Not. ad h. l.]

Thaz eina uuas gimuati.
Hoc unum fuit electum, acceptum, gratum, placuit.

Otfrid. V. 1, 10. Idem III. 6, 51.

Bruader ſin gimuato.
Frater ejus dilectus.

Mit gimuati, conſtanter. Otfrid. II. 16, 4.

Gimuati, commodum, aptum. Otfrid. II. 17, 19.

Ungi-

Digitized by Google

GIM.

Ungimmati, unmuth, moleſtia. Otfrid. III. 14, 217.

Al thiz ungimmati.

Omnem hanc moleſtiam.

Conf. inf. *muat.*

Zi GIMUNTIGONNE, ad commemorationem. Gloſſ. Iſ. Pontani. Otfr. I. 5, 102.

[*In* hoc Otfridi loco legitur: *Thrato gimunton.* Sed legendum *gimuntun*, uti habent Cod. Vindob. Vatic. & Flacii. Ut *gimuntun* idem ſit ac *protegere*, *defendere*, à *munt*, *mund*, protectio, defenſio, de quo vid. inf. Scherz. Not. ad h. l.

Zi gimuntigonne ſinero miltida, memorari miſericordiæ ſuæ. Tatian. IV. 8.

Cognationem Francica hæc vox *gimuntigonne* habet cum Gothica *Gamunan*, meminiſſe, de qua prolixe agunt Jun. in Gloſſar. ac in illuſtratione ejus Stiernhielm: ut & ASaxonica *gemunan* & *gemundian*, reminiſci, *gemynde*, mens, memoria. Unde eſt quod Angli moderni dicunt *mind*, *mindfull*, *mindfulneſs*. Palthen. Not. ad Tat. p. 303. conf. inf. *Minden.*

GIMUOTT *werden*, agi. Gloſſ. Monſ. p. 364. quod aliquatenus convenit cum hodierno *bemühen.*]

GINADE, *ginadon.* Otfr. I. 7, ult.

Thaz er uns firdanen
ginuerdo ginaden.
ut nos perditos
dignetur gratiâ.

Idem V. 24, 30.

Ginado bi unſih, ſo thu biſt.
Miſerere noſtri, prout tu ſoles.

Idem ad Ludov. R. ℣. 53.

Er uns ginado ſine uualt.
DEUS nobis gratioſe ſervet ejus imperium.

[Vertend. *Ille* (DEUS) *gratia ſua nobis conſuluit.* vid. Scherz. Not.]

Idem I. 2, 50.

Druhtin Ginado follicho min,
Domine, miſerere plene mei.

Idem ad Salom. Epiſc. ℣. 67.

ginada ſina fergo:
gratiam ejus peto.

Ginadon ſinan ſcalkon, propitiari ſuis ſervis, Otfr. IV. 5, 38.

Ginadano, Otfr. II. ult. 43. *gratiæ.*

[*Mit ginadono ginuhti*, legunt Codices Vindob. Vatic. & Flac. h. e. *per gratiæ abundantiam.*]

Ginadaz, gratia. Otfr. III. 24, 27.

Ginadaz thin ni bangti,
thaz tod uns ſo giangti.
Gratia tua non conceſſit
ut mors nobis ſic anxia eſſet.
[adveniſſet]

GIN.

Cl. *hat des Herrn gnade verloren*, in Jur. Feud. Alem. privatio feudi, Zaſ. de Feud. P. X. n. 41.

Genathen in gratiam receptos. Fragm. de B. Hiſp. Caroli M. ℣. 3650.

Genadig, Pl. gratiæ, miſericordiæ, Notker. LXXXV. 5.

[*Ginadigi*, humanitatem. Gloſſ. Monſ. pag. 367.

Ginadigorr, humaniorem. p. 373.

Ginado, humanitate, p. 374. humanitatis. p. 362.

GINAGALTEN *ſcuobun*, clavatis caligis. Gl. Monſ. p. 383.]

GINAH, vid. inf. *Nah.*

GINAMDO. vid. inf. *Nam.*

GINAMI. vid. *Nemen.*

GINANTE *zi theru bruti*, deſtinavit ſponſæ, Otfr. II. 9, 16,

I. 11, 46.

Thar uuarun io ginante.
ibi erant deſtinati.

Otfr. III, 18, 6.

Uuer iſt, quad, hiar untar in,
Thaz mih gineune zithiu.
Quis eſt, inquit inter vos,
qui me arguat ideo?

[GINARI, convaluiſſet. Gloſſ. Monſ. p. 335. forſan legendum *ginaſi.*]

GINATES, conſutum, Otfr. IV. 28, 13.

Ginait, ib. c. 29. 18. netum, (hodie genähtes, à neen, nere.)

GINAZTA, mundabat. Gl. Monſ. pag. 383. infudit. p. 329.

GINEIGEN, vid. inf. *Hneigen.*

GINEN, os aperire. Notk. Pſalm. XXL 14. oſcitare, *Jehnen.*

[GINEIZIT, infectum. Gl. Monſ. p. 342.]

GINENDES, Otfr. III. 4, 55.

Thes ſar nu du ginendes
Hoc ſtatim nunc tu fruere.

c. 26. 133.

Suntar thes ginenden.
Sed hoc fruamur.

[*Ginenden* eſt guſtare, frui, ita Otfr. I. 2, 24.

Tho er ſelbo dothes ginand.
Cum ipſe (Chriſtus) mortem guſtaret.

Id. II. 12, 71.

In thiu ſiu thes ginenden
Sih biuilriches menden.
Ut ipſi hoc fruantur
& cœlo gaudeant.

Adde IV. 37, 69. Scherz. Not. ad Otfrid. pag. 27. conf. & III. 22, 115. vid. inf. *Nenden.*]

GINERIEN *ſih*, ſe liberare, confugere. Otfr. I. 5, 108.

Nob uuinkil untar bimile
thar er ſih ginerie.

Digitized by Google

GIN.

Nec angulus ſub cœlo
ubi ſe ſuſtineat.

Ginerti, liberem, Rh. de Ludov. II. ℣. 65. Otfr. II. 14, ult. IV. 18, 58.

Idem II. 22, 19. V. 19, 28. & ult. Suſtinere, ſuſtentare. [II. 22, 19. *ginerien* Scherzius vertit *nutrire*] v. *nerien*.

Gineran, Otfr. III. 2, 56. Servorum Reguli relatio de reſtituto filio his inter alia verbis refertur.

Thaz rehto in ala uuari
ſin ſun gineran uuari.

Quod recte in omni veritate
ejus filius reſtitutus eſſet.

niſi leg. *gineſan*.

Genora, Salvator, Notk. Pſalm. IX. 8. *Uuaz magttu genora ſin.* Quid? anne potes tu Salvator eſſe?

[GINERIT, ſuſcitabit. Gloſſ. Monſ. p. 378. regitur. p. 391. recuperavit. p. 354. allevavit. p. 368. *Ginerita* reparat. p. 391. *Ginerit uuerden*, contineri, pag. 388. *ginerit uuirdit*, atteritur. p. 392.

GINESAN, vivere. Gloſſ. Monſ. pag. 329. *giniſit*, convaluerit, p. 374. *ni giniſis*, non reſpirabis. p. 359.

GINEZIT, infundit. Gl. Monſ. p. 397.

Ginezzo, confundam. p. 395.

Ginezit uuirdit, atteritur. pag. 385. *Ginezit uuerde*, tingatur. p. 342. *Ginezit uuirdis*, infunderis, p. 342.]

GINGET, deſiderat, Otfrid. V. 11, 58.

So giburit manne
thara er ſo ginget thanne.

Sicut contingit homini
qui adeo deſiderat aliquid.

[Annon legendum *giniget*, inclinat? quod extat apud Otfr. III. 3, 56. Quod ſi ita legendum, verterem. *Quando ille aliquo valde inclinat.* Poſſet tamen *gingit* explicari per *iverit, er gienge*, & tunc ita verſio haberet.

Quando ille aliquo iverit.

Scherz. Not. ad h. l. *Gingon*. iter, via, *ein gang* hodie. Id. Scherz. not. ad Otfr. p. 372.] *thes rehtes gingent*, Otfr. II. 16, 17.

[Hunc locum Schilterus in verſione reddit. ſecundum juſtitiam ambulant.]

[GINICHET, affectus. Gloſſ. Monſ. p. 341. *giniche*, conterat, pag. 386. *ginichit*, atteritur, p. 392.

Giniſta, attriverat, p. 330. *giniſtin*, afficerent. p. 365.

GINIDARTE, attriti. Gloſſ. Monſ. p. 390. *giniderés*, conteres. pag. 352. *ginidirim*, abjicimur. p. 393. *ginidirit*, dejicitur, p. 351. dejicimur. p. 396. *ginidirit vuerden*, dejicimur. p. 399. *ginidirit uuerde*, elidatur, p. 354. *Ginidoter*, adpetitus. p. 377.]

GINIGEN *imo diofo*, humiliter ſe inclinando reverentiam exhibere, Otfr. III. 3, ult.

GIN.

Fragm. de B. Hiſp. ℣. 2706. *ſi genigen ime alle vil tiefe.*

[GINIVZIT, expendet. Gloſſ. Monſ. pag. 359.]

GINNEN, *beginnen*. Aggreſſionem alicujus laboris in genere denotat.

[GINOMAN *uurti*, diſcerperetur. Gloſſ. Monſ. p. 366. vid. inf. *Nemen*.]

GINOZ. v. *Noz*.

GINOTO, Noto, *Gnoto*, (v. Zeinergnote) ſtudioſe, ſollicite. Otf. V. 7, 3. de Maria ad ſepulchrum Chriſti ſtante:

Zi ſteti thar ginoto,
ſi minnota inan thrato.

In loco ibi anxie
amabat eum vehementer.

[*Ginoto*, melius vehementer, valde, verteretur ut apud Otfr. III. 6, 74. Scherz. in Not.]

V. 19, 57.

Hermido ginoto.

Calamitas vehemens,

[*Ginoto* eſt adverbium, nec neceſſitatem ſignificat, ſed *valde*. Unde ita verto:

Luctu valde.

Scherz. Not. ad h. l.]

V. 13 33. *zugun ginoto*, vehementer traxerunt.

III. 6, 74.

Sih merota iz ginoto
zi ſeti thero liuto.

Se augmentabat valde
ad ſatiandum populum.

Conf. IV. 24, 7.

IV. 7, 55.

Giuuag in oub ginoto
thes Antichriſten zito.

Expoſuit eis & ſufficienter
AntiChriſti tempora.

Ginoti, neceſſitet, Otf. IV. 13, 95.

Thaz mih io ginoti,
the'ih thiu firlougneti.

Qui me ergo neceſſitet
ut ego te abnegem.

Ginoton, volentes nolentes, Otfr. III. 26, 85.

Joh fallent ſie ginoton
foro iro fianton.

Atque cadunt iſti neceſſario
coram ſuis hoſtibus.

Genote, Fragm. de B. Hiſp. Caroli M. ℣. 3326.

[*Genote*, pro nunc ſæpe legitur. Scherz. Not. ad h. l.]

Filo ginotor, multum ſtudioſius diſcere, Notk. Pſalm. CXVIII. 71.

[*Ginotun*, angariaverant. Gloſſ. Monſ. pag. 398.

Ginotta, diſtricti. p. 384.

Za ungariſtliben ,! enti ze bellabaftem opfordon ſie ginottun; ad nefanda & mortalia ſacrificia eos impellebant. p. 401.

Gino-

GIN.

Ginotzogata, devirginavit. p. 356.]

GINRÔDA, genuit. Gloss. Lipsii.

GINUHT, satietas, sufficientia. Otfrid. III. 9, 27.

Alles guates io ginuht.
Omnis boni satis.

Ginuhtin uuorton, sufficientibus verbis, Otfr. V. 16, 55.

Ginuhtit thes herzen, abundantia cordis, Tatian. 41. 6. *Fon thero ginuhtbit thes herzen sprihhet ther mund.* Ex abundantia cordis os loquitur. [Id. c. 62, 10. *Fon ginuhtsami thes herzen sprehhit ther mund.* Ex abundantia cordis os loquitur. Id. c. 19, 7. *Bifiengun fisco ginuhtsama menigi.* concluserunt piscium copiosam multitudinem. c. 22, 17. *Iuuar mieta ist ginuhtsam in himilon*, merces vestra copiosa est in cœlis. c. 25, 7. *Ni si thaz ginuhtsame iuuar ribt*, nisi abundaverit justitia vestra.]

Ginuhti satietas, abundantia, Otfr. ad Salom. 42. II. 4, 95. II. ult. 43.

[*Ginuhti* apud Otfr. II. 4, 95. Scherz. reddit sufficientia.]

Genuhte, abundantia. *Genuhtsamori*, uberi. Gl. Lipsii. ubi Somnerus observat: Vber Sax. *genihtsum.* casu ablat. *genihtsumre.*

Genuhtegod, abundavit. Gloss. Lipsii.

Ginuagi, satis, sufficienter. Otfr. V. 9, 109.

Zalt in thes ginuagi,
Exposuit ipsis sufficienter.

Adde Otfr. II. 11, 45. c. 16, 47. v. *Nuht.*

Mit ginuagen, Otfr. III. 7, 15.

Mit minnon io ginuagen
Zisamane unsih fuagen.
Cum amore & sufficienter
Simul nos conjungens.

[Otfr. V. 12, 135.

Thaz minna si ginuage
ioh karitas gifuage.
Quod dilectio sit sufficiens
et charitas congruens.

Ginuage hic est verbum, hodie adhuc dicimus *vergnügen*, *das vergnügt mich*, ita ergo redde:

Quod dilectio ipsos (homines) contentos,
felices, reddat,
et charitas jungat.

Scherz. in Not. ad h. l.

Tatian. 13, 18. *Sit ginuago iuuara libnara*, contenti estote stipendiis vestris.

Adverbialem hujus vocis significatum retinuerunt Germani, dicuntque contracte *gnug.* Sed adjectivum ita formant *vergnügt*, *vergnüglich*, & substantivum *ein gnügen.* Palthen. Not. ad Tat. p. 333.

Ginuhtsamostin, largissime. Gl. Monss. p. 397.

Ginuhtsamunt, suppeteret. p. 384.

Ginuoch ziero, satis decore. p. 399.

Ginuogit, suppetit, p. 391.

Conf. *Canuht* & *Nuht.*

GINUZUN, consumpserunt. Gloss. Monss. p. 361.

GIO.

GIOFFONOMES, promamus. Gl. Monss. p. 380.

Giossanot, denudatum. p. 361. *giossanota*, retexit. p. 357. vid. *inf. Ossan.*]

GIOTI, Gothi, Jutæ, Vorpurg. Vol. VII. p. 13.

GIONSTA, dedit, Otfr. III. 22, 57. V. 25. 202. *gönnen.* [Prior locus ita habet:

Ther fater min mir gionsta,
the, ist alles guates furista.
Quod Pater meus mihi dedit,
illud est omnium bonorum optimum.

Schilterus quidem in Notis statuit, pro *gionsta* legendum *gibusta.* Scherzius autem observat, hac correctione non esse opus, significare namque *gionsta* dedit, concessit. ASaxonibus *geunnen* esse dare, concedere. *Unna* ex gratia dare, donare. Hikes. Thes. LL. Sept. T. I. p. 74. & 90. Alter locus hic est:

Si guallichi thera ensti
thin mir thes io gionsti.
Sit honor gratiæ
quæ mihi id largita.

GIOUGI *thih themo biscofe*, ostende te sacerdoti. Tatian. 46, 4. ab *ougen* ostendere, vid. Aug.

GIOPHOROTEN *abgotires*, idolothytis. Gloss. Monss. p. 380. vid. inf. *Opboron.*]

GIOZON, τὰ πέραν, ulterior ripa, Tatian. 50, 3. c. 53, 1.

[Paululum immutata hæc vox occurrit in Not. Jun. ad Willer, p. 117. Originem ejus idem petit à verbo *giessen*, hodie *giessen*, sed qua ratione illa freti à fundendo desumta appellatio nitatur, fateor me non videre. Palthen. Not. ad Tat. p. 370.]

[GIPARIDA, speciem, v. *Bareu.*

GIPARIDU, occursu. Gloss. Monss. p. 356. *Giparidun*, motibus, p. 393. *Giparota*, detecti, p. 378.

GIPAZIRR, justificabo. Gloss. Monss. pag. 344.

GIPENCHOTEN, stratum. Gloss. Monss. p. 398.

GIPENTI, alligatura. p. 354. vid. *Band.*

GIPERAHTANAH, Theophania. vid. *Beracht.*

GIPERCH, nidus, Gloss. Monss. p. 345.

GIPERITERO *trito*, dissipatum, raptum. Gloss. Monss. 337.

GIPET, vota. Gloss. Monss. p. 379.

Gipetan uuard, agebatur. 383.

GIPEZIROT, reformat. Gloss. Monss. p. 387. *gipezirot uuerden*, instruatur, p. 392. *gipeziroti*, ædificationem, p. 350. *gipezirotos*, lucratus. p. 397. *sih gipeziron*, lucrificant. p. 368. *gipezirontero*, ædificante. p. 377.

GIPILI, frontem. Gloss. Monss. p. 331. *in gipile*, in fronte, p. 321.

GIPIRNTEN, erectis, Gloss. Monss. p. 364. *Gipirnti*, animaret, p. 391.

GIPIUT, dic. Gloss. Monss. p. 395.

GIPLO-

GIP.

GIPLODIT, dissolutæ. Gl. Monf. p. 336. *giploddum*, dissolverunt. p. 324. *giplodit vuard*, dissolutum est. p. 324. 331.]

GIPLUOTAGEN, sanguinare. Gloss. Monf. p. 357. vid. *Bluat.*]

GIPONDI, patens. Gloss. Lipf. qui addit: Nos *Gapende* fortè. Somnerus annotat: Anglis *gaping*, à Saxon. *geopnian*, aperire. Patens etiam eis *opniende*, & *opnigende*, unde noftratium *open*, & *opening*, illo fenfu. hæc Somnerus. Si adjeciffet Nomen Lipfius, facilius judicatu effet. Mihi *gipondi* videtur effe, quod Belgæ dicunt *ghebaende*, v. g. *ghebaende wegh*, callis, via trita: Kilian. via patens, Alemannis *gebahnt*. Planè alienum ab eo *open*, *offen*, apertum.

GIPORAN, vid. *Baren.*

[GIPOSI, nugas. Gloss. Monf. p. 245. (hodie *poffen.*) nugaces. p. 398.

GIPOSTES, propofitiones. Gl. Monf. p. 355.

GIPOT, dixit. Gloss. Monf. p. 395.]

GIPREITAN, vid. *Breit.*

GIPRIEVIDA, indictio vid. *Briaf.*

[GIPROCHOSOTA, fractas. Gl. Monf. p. 374. vid. *Brichen.*

GIPRUGILOTON, contutati funt. Gloss. Monf. p. 362.

GIPUNTAN. vid. *Band.*

GIPUOZAN, expiare. Gloss. Monf. p. 335. *gipuozent*, componunt, pag. 335. refarciant. p. 388. *gipuozit uuerde*, expietur, p. 325. 331. *gipuozti*, emendatione, p. 390. *gipuoztin*, abluerent, p. 389. *gipuoztiu*, farta tecta. p. 329.

Tatian. 197. 3. *Gibuoztan forlazzu*, emendatum dimittam. Ubi intelligitur tale emendationis genus, quod per modum pœnæ levioris ob qualemcunque culpam irrogatum fit. Phryx plagis emendatur. Germani nunc neutrali fignificatione *büffen* itemque *buffe* dicunt. Palthen. Not. ad Tat. p. 393. vid. *Buaz.*

GIPURA. vid. *Bur.*

GIPURTI. vid. *Baren.*

GIQUAD, dixerat. Otfr. IV. 4, 26.

Funtun alfo fer giquad.
reperiebant ita, ut is dixerat.

Giquift, Otfr. III. 24, 40.
jo fo thu felbo giquift.
Et ficut tu ipfe dixifti.

Vid. inf. *Quift.*

Giquattin, adblandiri. Otfr. I. 9, 15. de cognatis Elifabeth.

Si quamun alzifamane
thaz kindilin zi fehanne
Thaz fie iz oub giquattin
iob imo namon fcaptin.
Congregati in unum
ad videndum infantem
Ut ipfi quoque abblandirentur
et ei nomen facerent.

• Vid. *Quedan Cheden* & *Quaden.*

GIRADO, ecce, Tatian. c. V. 8. *Girado Thrutines Engil in troume araugta fih imo.* Ecce angelus Domini apparuit ei.

GIR.

[Dicimus adhuc rei præter expectationem ingruentis atque cum alia concurrentis facturi mentionem *gerade damals.* Palthen. Not. ad h. l. p. 309.]

GIRAH, vindicavit, Otfr. II. 5, 12.

Ther jungo, io ther guato
girah inan gimyato.
Novus & bonus ille (Adamus)
vindicavit illum animofe.

III. 18, 143.

In thiu girachin iro zorn.
dum vindicarent iram fuam.

Adde IV. 17, 38. conf. inf. *Rahhan.*

[GIRANTA, conflavit. Gl. Monf. p. 337. *girantos*, coagulafti, p. 347.

GIRATI, *girates*, confilium, Confeff. vet. Alam. Otfr. I. 1, 212.

Otfr. IV. 1, 82.

Thinas girati
thaz thu ubar unfih dati.
Tuum confilium (redemtionis)
quod fuper nos feciffi.

Idem V. 8, 28.

Thie uns fcribent fino dati.
job felbaz fin girati.
Qui nobis fcribunt ejus res geftas
& ipfius confilia.

Id. IV. 12, 15. V. 12, 88. III. 20. 181.

Girati radtfam, radtlich, Dict. Flac. confultum, Otfr. III. 25, 56.

Thaz thunkit mih girati.
Hoc videtur mihi confultum.

Ungirati, mala confilia, infidiæ, *fcelera.* Otfr. V. 4, 9. de confiliis & factis Judæorum in paffione Salvatoris.

al thiz ungirati
job thie egislichun dati,
Omnia illa fcelera
et abominabilia facinora,

[Id. Otfr. II. 17, 3.

Ir birut mihil uuerda
falz therera erda.
Jueraz girati
fcal falzan uuorolt dati.
Vos eftis digniffimum
Sal terræ,
Veftra fuafio
debet condire mundi facta.

Scherzius ad hunc locum notat: *girati* rectius exprimitur, per *auxilium, miniferium.*

IV. 36, 31.

Quad fi in thaz girati
furdir uuiht ni dati.
Dicens, fe in hoc confilium
deinceps nihil quicquam immifturum.

Girati, ita Scherz. in Not. rem, factum, interdum fignificat. vid. Otfrid. III. 20, 181. (ubi ipfe Schilterus verba. *N'ift kund ans thaz*

Digitized by Google

thaz giruti, vertit. Non eſt notum nobis hoc negotium.) quod optime huic loco quadrat, quem itaque verto:

Dicebat quod in hanc rem
ulterius nequaquam ipſe ſe ſit immixturus.

Ita quoque Scherz. Otfrid. IV. 37. 7. *Mit anderen giratin*, vertit, aliis factis, ſeu alia ratione. & V. 8, 28. eundem ſignificatum obtinere ſtatuit.

Giratan, conſulere. Gloſſ. Monſ. p. 373. proſpectum. p. 377.]

Conf. infra. *Rat*.

[GIRASTETI, reſpiraſſet. Gl. Monſ. p. 364. vid. *Raſte*.

GIRAUOTI, contignationem. Gl. Monſ. p. 332.

GIRDINEN, cupere, frequentativum eſt à *geron*, quod vide ſupra, quaſi dicas, tota cupidine in aliquid inclinare atque ferri. Tatian. 74. 8. *Wizagon inti rehte girdinotun giſeban*, *thiu ir giſehut*. Prophetæ & juſti cupierunt videre, quæ videtis. v. Palthen. Not. ad h. l. p. 383.]

GIREDINOT. vid. *Reda*.

[GIREHHANOTER, directus. Gloſſ. Monſ. p. 361.]

GIREIM, obvenit, contigit. Otfr. IV. 2, 26.

Lazarus er uuas iro ein
then thiu ſalida gireim.
Lazarus erat illorum unus
cui hæc felicitas contigit.

[Staden. Expl. Voc. Germ. Bibl. p. 498. hoc diſtichon ita reddit. *Lazarus der uuar einer derſelben, der ſich zu dem heil ſchikte*. Antea notaverat, *reimen*, idem eſſe ac, *ſich worzu ſchiken*. Cui in eo quidem aſſentior, quod *reimen* idem ſit ac convenire. Sic enim & hodie dicimus, *das reimt ſich zuſammen*. Belgis etiam *rymen* eſt convenire, quadrare, conſonare, conſonum eſſe, apte cadere, congruere, ceu obſervat Kilian in Etymolog. ling. Teut. Sed in eo conſentire non poſſum, quod ille *rò then* ſingularis numeri hoc loco eſſe arbitretur, cum ſit Dativus pluralis, contractus ex *thenen*, denen, & reſpectum habens ad *rò iro*, qui optime huc quadrat. Sic enim commode hunc verſum interpretari poſſumus. *Quibus hæc felicitas conveniebat*, i. e. illorum unus, quos Chriſtus hac felicitate dignos judicabat. Scherz. Not. ad h. l.]

Idem Otfr. emendandus inde I. 3, 34.

Thae uuas Dauid thero gomono ein,
ther zi Kuninge girein. leg. *gireim.*
Hic erat David mortalium unus,
qui in Regem evaſit.

[ſ. *der ſich zum König ſchikte*. ita bene Staden. vertit Expl. Voc. Germ. Bibl. p. 498.]

V. ſimplex *Rimen*.

GIRIMIT, ſuppetit. Otfr. I. 18, 33.

Ni girimit mih thero uuorto.
Non ſufficient mihi verba.

[Cod. Vindob. & Vatic habet *Girinnit*. Eſt autem *girinnen*, fluere. Scilicet Otfridus velle videtur, quod, quamvis gaudia paradiſi laudibus admodum extollat, tamen verba non fluant ſufficienter, & ita, ut rem ſatis exprimant. Scherz. in Not. ad h. l.]

GIREINO, purga. Otfr. II. 24, 41.

Gireino uns thir zi thanka.
Purga nos tibi ad gloriam.

[In Cod. Vindob. & Vatic. legitur *thia githanka*, unde patet, hunc verſum ita eſſe exponendum. Purga nobis cogitationes. Scherz. in h. l.

GIRENNIT *uerdent*, conflentur. Gl. Monſ. p. 342.

Girennenter, conflans. l. c. p. 346.]

GIRESTIT, *gerubet*, *geraſtet*. Otfr. V. *Raſt*.

GIRIATUN, ſuſcipere, ſubire. Otfr. I. 27, 25.

Si thaz arunti giriatun,
job iro ferti iltun.
Illi hanc legationem ſubibant,
& iter ſuum feſtinabant.

Siez alles unió giriatin, qui in alia omnia ibant. Otfrid. IV. 22, 10.

Vid. *Riaten*, *Intriatin*.

GIRI, aviditas, avaritia, Otfr. II. 5, 15.

Zi giri iob zi ruame.
Ad avaritiam & honorem.

[*Sineru giri*, ambitione ſua, Gloſſ. Monſ. p. 405.]

Girida, cupiditas, *geitz*, Confeſſ. vet.

Kiri, idem, *werltkiri*, cupiditates mundanæ, Notk. Pſal. LXIV. 6. conf. ſupra *Geron*.

Giregi, aviditas, Notk. Pſal. XXI. 14.

Gritig, avarus, avidus, Königsh. c. 1. §. 8. Hinc *Gritlich* nobis, dem man nichts recht kan machen, der alles beſſer begert, offt ſelbſt nicht weiſt was er haben wil. Vulgus Argent. *Gritig eſſen*. *Gridig*, *grædig* Sax. Königsh. c. 2, 33. *Auguſtus* (Imperator) *was uſſer moſſen gritig noch gute und herſchefte*. §. 35. *Pilatus were ein unrebt rihter, und mite neme und wie er die Juden und das volg zuvil beſchetzete und beröbete von grites wegen nach gute*.

Gritekelt, avaritia, Hiſt. Lomb. de S. Ambr. fi. Chr. Frib. p. 38. de Otocaro Rege Bohemiæ. *Do* (mortuo Henrico Imperatoris Friderici Filio) *unterſtund ſich König Otacker zu Behem umb daſſelbig alt weib* (conjugem dicti Henrici indigitat) *zu werben, aus begird der gritigkeitt*.

Kreutiger man, tenax. Chron. Königsh. c. 2. §. 242. *König Friderich do er hinweg* (von Strasburg) *wolte da bat er die Statt um* 4000. *fl. zu leihen, da liben ſie ihm* 3000. *fl. die er nit widergab, dann er ein kreuttiger man was*.

Gailer. Irr. Schaf. *durch die dornheken des Greites, durch roub* &c.

Idem Gailer. ib. *Solche ungeruwige grüdlechte menſchen*. i. ſcrupuloſi.

[Idem in Poſtill. Dom. XV. Trinit. f. 142. b. *Die Wurtzel aller laſter iſt der greit*.

Girido, ambitu. Gloſſ. Monſ. p. 392.

Giridolota, diſcriminavit. p. 359.]

Kirida. vide ſupra in *Geron*.

GIR.

[GIRIFFETA, aruit. Gloss. Monſ. p. 370.]

GIRIHTI, *Bericht, unterweis.* Otfr. I. 18, 7. de muneribus Magorum.

Gilouba in giribti,
in theru uuuntarlichun gifti.
Crede per anagogen, manuductionem,
per ſymbola,
in hac mirabili donatione.

[*In giribti* ſæpius occurrit pro in rectitudine, recte. vid. Otfr. I. 23, 51. II. 2, 33. & III. 7, 151. Scherz. in Not. ad h. l.]

Thaz er urmari
uns Euuarto uuari. Thus.
Oub Kuning in giburti. Aurum.
io bunſih dot uuurti. Myrrha.

In giribti uuerden, de obliquo quod fiat directum. Otfr. I. 23, 51.

Iſt thar uuiht ſo ſarpes,
odo iauuiht ouh ſo gelpes:
Iz uuirdi in giribti
zi ſconeru slibti.
Quicquid hîc eſt aſperum,
aut quicquam obliqui,
Id evadet per per directionem
in pulchram æqualitatem.

[*In giribti* mallem reddere in rectitudine, recte. Scherz. Not. ad h. l.]

Idem II. 2, 33. ſq. IV. 8, 43. [In hoc loco *in giribti præciſe*, hodie *gerad* vertend. Scherz. in Not. ſtatuit.] IV. 15, 33. III. 20, 348. III. 21, 65.

Vide ſimplex *Ribti* & *Keribti*.

R. Samuel Epiſt. ad R. Iſaacum, Rubr. *Hie vahet an daz geribte Meyſter Samuel eins Juden, durch den bewert würt, das die zukunft Criſti oder Meſſye nu lange vergangen ſi.*

[*Girib.* Spiritum. Gloss. Monſ. p. 350. judicium. p. 327. defenſionem. p. 387.

Giribbe, defenſione. p. 359.

Giribta, diſtribuit. p. 331. *giribte*, ædificem. p. 337.

Giribtis, ordinat. p. 386. *giribtet*, ordinatis. p. 364. *giribtit*, collocat. p. 321.

Giribtida, ordinationem. p. 379. inſtrumentum. p. 340.]

GIRINGO, Otfrid. II. 14, 155. ſubtilia, ut *cleino* ſupra. V. *Ring*.

[Staden. Explic. Voc. Germ. Bibl. p. 258. *Giringo* exponit per *facile*. Ita enim & apud Otfrid. III. 18, 23. *uuorton ungiringon*, verbis non levibus, ſignificat.

Girinctum, congiraverunt. Gl. Monſ. p. 359.]

GIRINNEN. vid. *Girimit*.

[GIRISIRONT, deficiunt. Gl. Monſ. p. 386.

GIRITH, equitatus. Gl. Monſ. p. 326. *Daz ander girit*, reſiduum equitatum. p. 361.

GIRIUNO, vociferari.

Otfrid. I. 27, 70.

Sprahun ſie auur sliumo,
joh thrato in giriuno. de legatis ad Johann.

GIR.

Et I. 19, 18. de Herode:

Ther Kuning uuilit sliumo
inan ſuachen in giriuno.

Videtur idem eſſe ac *in furore*, excandeſcentia, *im grim*.

Cognatum eſt ſupra *Crimmiu*. itemque *Hrainan*, caſtigare.

[Conſpirat cum hac Schilteri ſententia Anon. conjectura in Notis ad Otfridi I. 19, 18. qui pro in *giriuno*, legendum putat *in grimmo*. Conf. tamen etiam quæ ſit Scherzii mens ibidem.

GIRIZAN, exaratum eſt. Gl. Monſ. p. 342.]

GIROCHAN, defenſi, Otfrid. V. 2, 25. de cruce.

Mit thiu uuurtun uuir girochan,
iob kraft ſin thuruhſtochan
Per hanc defendimur,
& vis ejus perforatur.

[GIROUBI, manubiæ. Gloss. Monſ. p. 400. *Girouui*, manubias. p. 340.

Giroupit uuerdan, torreri. p. 363. *giroupit uuirdit*, fricatur. p. 321.

Giroupta chibburium, frixum cicer. pag. 327. *girouptam*, frixam. p. 327. *giroupti*, frixura. p. 386.

Girouphtiu vel *piſcoraniu*, depilatus. p. 340.]

GIRREN, *Geirren*, errare, vid. inf. *Irrigian-gin*.

Girrit al das Rihi, Rhyth. de Lud. II. ℣. 38. *irre werden*, perplexum. Regnum totum perplexum.

Otfr. IV. 15, 40. III. 26, 81.

So find ſe alle girrit
thes uuiges gimerrit.
Sic ſunt illi omnes perplexi
prælio illigati.

Idem IV. 15, 40.

Bin ouh lib inti uuar
bithiu ni girrot ir thar.
Ego ſum vita & veritas
Propterea non aberratis hic in me.

Sic hodieque dicimus de perplexo & conſternato. *Er iſt ganz irre worden.*

[GIRRAN, diſſolvere. Gloss. Monſ. p. 374. ſollicitare. p. 375. *girrant*, conturbant. p. 366. *girre*, diſſolvat. p. 374. conturbet. p. 335. *girret*, ſollicitis. p. 320. *girrent*, peſſimant. p. 375. *girrenta*, avertentes. p. 366. *girris*, conturbas. p. 329. ventilabrum. p. ead. *girrit*, diſſipatur. p. 386. deſtruit. p. 384. ſupplantat. p. 385. depraventur. p. 360. *girrit uuard*, confuſus eſt. p. 336. *girrit uuirdit*, ſcandalizatur. p. 396. *girrim*, deſtruamus. p. 350. *girta*, turbavit. p. 326.

Girtaz, nævus. i. e. macula. p. 379.

Girtemo, ſcandalizati. p. 379.

Girti, everſionem. p. 380. ſubverſionem. pag. 374.

Girtiu, depravata. p. 346. violata. p. 330.

Girtot, f. *giriot*. ſcandalizaſtis. p. 346.

Girto, convulſa. p. 363.]

GIRSTINI *brot*, hordeacei panes. Otfr. III. 6, 56. *Gerſtenbrodt*.

[GIRU-

Digitized by Google

[GIRUHIT, exasperat. Gl. Monf. p. 385.]
GIRUNNEN. vid. *Runnen.*
[GIRUORIGAZ, floridam. Gloff. Monf. p. 351. *girworigiu*, viridis. p. 390. *girworiga*, florentem. p. 394.]
GIRUORNESSI. vid. *Ruoren.*
GIRUSTI *diufeles*, Otfrid. III. 12, 67. armatura diaboli, *des teuffels rüſtung.*
GIRUZI, lamentetur, ſeu fleret. Otfrid. III. 24, 92. vid. *Riazan. Ruzi.*
GISAGETI, diceret, prædicaret. Otfrid. II. 2, 24. de Johanne Baptiſta.

Ni was er thaz liobt, ih ſagen thir ein,
thaz thaz then liutin irſcein,
Suntar quam ſie mawonti,
iob thanana in giſageti.

Non erat iſte ita lux, dico tibi ſemel,
ut populis luceret,
Sed venit eos adhortans,
atque inde iis prædicaret.

[*Giſagatemo*, memorato. Gloff. Monf. p. 393. *Giſageta*, expoſui. p. 390.
Giſaget, condixerit. p. 338.
GISAHI, excoleret. Gloff. Monf. p. 360.]
GISALOTA. vid. inf. *Salo.*
[GISALPOT, foveantur. Gloff. Monf. p. 385. *Giſalpota*, delibuti. p. 344. *giſalpotin*, fota. p. 332. Hoc ultimum vocabulum, quum in Gloſſis ſuper Jeſajam extet, haud dubie reſpicit Eſ. 3, 6. *neque fota oleo.* Conf. inf. *Salbon.*
GISALZANI, condimentum. Gloff. Monf. p. 392.
Giſalzanin, ſalita. p. 339. vid. *Salz.*
GISAMANON, contrahere. Gloff. Monf. p. 375. *Giſamanonnut*, colligent. p. 392. vid. inf. *Samanon.*]
GISAN, meditatus. Otfr. V. 8, 43. de Johanne Evang.

Thô er ſo bobo giſan,
thes Euangelion bigan.

Cum tam altè meditatus,
Evangelium orſus.

Conf. inf. *Sin.*
[GISARE, ſator. Gloff. Monf. p. 335.]
GISAZI, conſedere, convenire, Otfrid. II. 6, 14. de arbore vetita DEus.

Quad: ob er iz azi
imo ubilo iz giſazi.

Dixit, ſi id comederet
ipſi male cederet.
Würd ihm übel bekommen.

Idem IV. 9, 3.

Job man si thin giſazi,
thaz lamp thes nahtes azi.

Et ad hoc conveniretur,
agnus de noctu (ut) comederetur.
Giſaze, ſedem, Otfr. II. 14, 12.
De Chriſto.

Fuar er thuruh Samariam,
si einera burg er thar tho quam,

In themo ogalcize
si einemo giſaze.
Tho giſas er muader.

Ivit per Samariam,
ad opidum ibi venit,
In hac moleſtia (itineris)
ad aliquam ſedem.
Tunc conſedit fatigatus.

[*Giſasto*, affixæ. Gloff. Monf. p. 390. conf. inf. *keſeszan.*
Giſcapaner, corroſus. Gloff. Monf. p. 346.]
GISCEFT. vid. *Staphan.*
GISCEID, *Scheidung*, terminus, finis. Otfr. IV. 20, 53. Chriſtus accuſatus coram Pilato:

N'iſt thes giſceid nob giuuant,
uuio er girwet thaz lant.

Quod non ſit ejus finis nec terminus,
quomodo iſte conturbaret hanc regionem.

Idem V. 22, 16.

Ana tod inti ana leid
ni mag ih giſagen thes giſceid.

Absque morte & absque dolore
non poſſum dicere de termino.

[*Giſceiden*, diſtinguere, ſeparare. vid. *Kiſcheiden.* Scherz. not. ad Otfr. I. 1, 184.
Giſceid, judica. Gloff. Monf. p. 349. *Giſcheidaner*, ſegregatus. p. 395. hodie *geſchidener*, ſeparatus. vid. *Sceiden* & *Scheiden.*
GISCHENTI. *Schenden*, proprie eſt fœdare, deformare, unde dicterium Germanorum. *Wer ſeint naſe abſchneidet, der ſchendet ſein angeſicht.* Quoniam vero deformitatem plerumque ignominia conſequitur, hinc contumeliam Germani *Schande*, rem turpem *ſchändlich*, vocant. Palthen. Not. ad Tat. p. 372. Obſervandum autem, in loco Tatiani c. 53. §. 6. ad quem hæc Palthenius annotat, non extare *Giſchenti*, ſed de obſeſſo in monumentis verſato ſermo eſt, atque de eo dicitur: *Giſchenti tho ther Heilant ferrana*, Videns autem JEſum à longe, conf. inf. *Seha.*]
GISCEINTI, oſtenderet, Otfrid. III. 15, 37. vid. inf. *Scin.*
GISCIARIZ, expedias, facias, Otfrid. IV. 12, 88. Chriſtus ad Judam dixit:

Thas thu in muate fuaris
sliumo ſo giſciaris.

Quod tu in mente agitas
ocyus expedias.
vide inf. *Scioro.*
[Cod. Cæſar. habet: *giſciar is.* Stadenius Explic. Voc. Germ. Bibl. p. 120. hos verſus ita exponit. *Das du im ſinn führeſt, das mache nur bald klar und richtig.*
Giſcoran nuerdent, reſecantur. Gl. Monf. p. 385.
GISCOUUOTHI. vid. inf. *Scauuont.*
GISCOZ, romphæas. Gl. Monf. p. 357.]
GISCRIB *beilag*, Scriptura Sacra, Otfr. IV. 5, 109.
Giſcrib, ſcriptura. Tatian. XVIII. 4.

GIS.

[*Giſcrip*, forma. Gloſſ. Monſ. p. 382. formam. p. 376.

Giſcripano, edito. p. 390.]

Vid. inf. *Scribara.*

GISCUAHI *mmagfalt*, calciamenta varia, Otfr. III. 14, 190. *Thes ni bin uuirdig giſcuohu zitraganne.* Cujus non ſum dignus calceamenta portare. Tatian. 12. 23. [Anglo-Sax. *geſcy.* Germani abjecto augmento *Schuh.* Palthen. Not. ad h. l. p. 334. v. inf. *Scuahh.*

GISCULDONT, exigunt. Gl. Monſ. p. 387. *giſculdontero*, exigente. p. 384. *giſculdonten*, exigentibus. p. 394.

GISCULTA, commerui. Gl. Monſ. p. 324. *giſcultos*, commeruiſti. p. 323. hodie *verſchulden.* conf. inf. *Sculd.*]

Giſcurgidi, expulſti. Gl. Lipſ. v. *Scurgit.*

[GISEGITIU, tradita. Gl. Monſ. p. 393.

GISEICTIU, conciſus. p. 322.]

GISEL, obſes, Fr. de B. Hiſp. v. 4612.

Thie giſele biez er uzfuoren
Thie houuete ſie in abſluogen.

Obſtagiatus, in negotiis privatis. Gemma Gemmarum: *Obſes, eyn Geſſelonge, off dat is eyn mynſche ſtaende vor eyn pant.* i. e. obſes eſt homo, qui ſtat loco pignoris. *Einreiten und Leiſten in den Herbergen.*, Equitatura, J. Sax. Prov. II. c. 11. V. *Tr. noſtr. de J. Obſid. c. ult.* Et infra *Giſſelmal.*

Giſil, teſtis, arbiter. L. Longob. L. II. Tit. 15. c. 1. *Qui thingat & qui Giſiles fuerint liberi ſint. Giſiles* vocantur coram quibus *garathinx* fieri debet.

GISELIDON. vid. *Selidun.*

[GISELLO, Collega. Gloſſ. Monſ. p. 342.]

GISEMOTIN, Otfr. IV. 20, 11. conjunctim. vid. inf. *Samanon.*

[GISERAGOTA, amaricati, Gloſſ. Monſ. p. 389.

Giſeragot uuerden, macerari. p. 379.

Giſeragemo, contriti. p. 342.

Giſerogot uurtun, diſſecabantur. Gloſſ. Monſ. p. 395. *giſerogot uuard*, vulnerabatur. p. 362.]

GISEZZO, ſedens, Otfr. IV. 12, 62. De Johanne Apoſtolo:

Uuas nahiſto giſezzo.
Erat proxime adſidens.

[*Giſez*, præſidia. Gloſſ. Monſ. p. 331. *Giſese*, præſidio. p. 364.

Giſezida, diſpoſitio. p. 370. Decreta. p. 366. hodie *Geſeze*, Leges, Statuta.

Giſezido, vel *giligido*, ſitu. p. 393.

Giſezit, creabit. Gloſſ. Monſ. p. 333.

Giſezit ſint, diſpoſiti ſunt. p. 343.

GISICH. ſtagnum. Gloſſ. Monſ. p. 370.]

GISIDALEN, *ſetzen*, vid. *Sedal.*

[Otfr. IV. 9, 38.

Uuola thaz githigini
thaz noz tho thaz giſidili.
Beati hi miniſtri,
qui fruuntur hic his ſedilibus.

Aptius, *qui fruebantur hac ſeſſione.* h. e. quibus licuit his epulis intereſſe Scherz. Not. ad h. l.

Giſidili, ſeſſionem. Gloſſ. Monſ. p. 338.

GIS.

GISIEZIDO, tentorio. Gloſſ. Monſ. p. 379. conditionis. p. 386.]

GISIGE, legendum videtur *giſihe.*

Otfr. I. 11, 23.

So uuito ſo giſige, giſihe
ther himil innan then ſe.
Tam latè quàm proſpicit,
cœlum in Oceanum.

[Codices MSC. clare habent *giſige*, & hæc vox commodam habet explicationem. Scilicet *Sigen*, Germanis idem eſt ac *cadere*, *ſubſidere*, & Metaphorice ponitur, pro *ſubmergi.* Hodie *ſincken* dicimus. (vid. inf. ſuo loco). Wolfram ab Eſchenbach. P. II. des Heldenbuchs.

Man ſah ſih nider ſigen
Tot fallen uf das lant.

Adde Gold. in Not. ad Winsb. Paræn. p. m. 412. Gothis *ſiga* eſt ſeorſim ſubſidere, vid. Verel. Indic. Ling. Goth. adde Junii Gl. Ulphil. Goth. in voc. *Sigan.* ubi in ſpecie ab Ulphila de occaſu ſolis id uſurpari notat. Uti itaque LL. Friſicæ. I. 28, 2. per verba, *als dyœ ſonne ſigbende is*, exprimunt phraſin; *cum ſol occidet*; ita Otfr. de cœlo dicit, quod ſubſidat in Oceanum, hinc ita h. l. reddo:

Quam profunde ſubſidit
Cœlum intra mare.

Stadenius eodem modo Germanice reddit, in Expl. Voc. Germ. Bibl. p. 589. *So weit der Himmel in den ſee hinein fält.* Senſus Otfridi eſt. Cenſui huic omnem, quam late terra & mare patent, ſubjectum eſſe orbem. Scherz. Not. ad h. l.

GISIHHIROT, purgari. Gloſſ. Monſ. p. 376. purgetur. ibid.

Giſihhirot uurti, purgaretur. p. 379.

Sih giſihhirota, populus exivit. p. 326. v. 1. Sam. 14, 41.

Giſihhiroter, integer. p. 379.]

GISIHT, conſpectus. Otfr. I. 12. pen. *in giſiht frono*, in conſpectu publico. Idem V. 7. 122. *in ſines ſelb giſihti*, in ipſius conſpectu. v. *Keſiht.*

Otfrid. IV. 5, 78.

Thaz ander al the iſt ni uuiht,
the iſt frides furiſta geſiht.
Alia omnia ſunt nihil quicquam,
hic eſt pacis princeps adſpiciendus.

[*Luſtlibe Giſihti.* venuſto aſpectu. Gl. *Monſ.* p. 319.]

GISINDO, famulus, miniſter, ſervus. Otfr. IV. 12, 84. de Juda:

Uz giang ſar tho lindo
ther diufeles geſindo.
Egreſſus illico humiliter
diaboli miniſter.

[*Giſinde*, comitatu. Gloſſ. Monſ. p. 395.]

GISINGES. vid. inf. *Singen.*

GISITNO, *Gewone*, Dict. Flac. V. *Sito.*

Giſitotun, inſtituebant, Otfr. IV. 11, 7.

Thes nahtes er giſitoti,
er Drubtinen firſeliti.
Noctu inſtituit,
ut Dominum traderet.

[Aptius

Digitized by Google

[Aptius prior verſus ob connexionem cum præcedenti ſic redditur:

Ut noctu is (Judas) hoc ageret.

Scherz. Not. ad h. l.]

Idem V. 16, 19.

Thia ſart ſie alſo giſitotun.

Iter ſic inſtituebant.

Giſito thaz, inſtituam hoc, Otfrid. I. 2, 97. IV. 8, 33. c. 17, 7.

[*Giſito thaz*, agam hoc, agere ſolebam hoc. *Sito* eſt agere ſolere. vid. Otfrid. III. 4, 24. c. 14, 38. IV. 11, 7. V. 7, 21. Scherz. Not. ad Otfrid. I. 2, 97.]

Giſiuni, *Giſiunes*, geſicht, geſtalt, angeſicht, Dict. Flac. [Aſpectus, conſpectus, viſio, ſpecies, viſus, a voce *ſien*, *ſehen*. Scherz. Not. ad Otfr. I. 10, 27.

Tatian. 14, 4. *Giſah Gotes Geiſt nidarſtigantan lichamlichero giſiuni*: vidit Spiritum DEI deſcendentem corporali ſpecie. Idem 234. 1. *Manigiu gimueſſo iuti anderiu Zeichan theta der Heilant in thio giſiuni ſinero jungerono.* Multa quidem & alia ſigna fecit Jeſus in conſpectu diſcipulorum ſuorum.

Originem vocis *giſiuni* oſtendit AS. *geſion.* videre, vid. Somn. Diction. ut & Gothicum *ſiun* viſio, viſus. vid. Jun. in Gloſſar. Palthen. Not. ad Tat. p. 336.]

Otfrid. I. 12, 65.

Ther iſt ouh uuirdig ſcones
Engilo giſiunes.

Is eſt dignus pulchrâ
Angelorum viſione.

Idem V. 4, 59.

Giſiuni ſara imi ergab
in thaz tiala grab.
Giſiuni ſin uuas uuunna,
ſo ſconas io ſo Sunna.

Inſpicere ſtatim eis dabat
in vacuum ſepulchrum.
Aſpectus Ejus erat gaudium,
ſic pulcher uti Sol.

[vid. ad h. l. notas Scherzii.]

Idem V. 7, 123.

Joh theib faru in ribti
in ſines ſelb giſihti,
In fronisgi giſiunes
thes Drubtines mines.

Et quod adſcendo rectâ
in Ipſius conſpectum,
In ſanctum aſpectum
Domini mei.

[*In pulchram viſionem.* ita Scherz. verſum penult. vertit.]

Idem V. 10, 35.

Thiu giſiuni in ſih indatun.
Oculi eis aperiebantur.

Viſio angelica, Otfr. II. 3, 31.

Conf. Otfr. III. 20, 99. IV. 24, 31. [Conf. Notas Scherzii ad h. l.] V. 18, 24.

GISKRENKE, clathrare.

Otfr. I. 27, 120.

Zithin thas ih inklenke
thio riomon, thi er giskrenke.

Vt ego ipſi dirigam
corrigias, quas ille clathrat.

Corrigias clathratas videas in imaginibus veterum Francorum. v. *Skrenken.*

GISLAHTAZ, ſui generis, Otfr. II. 23, 30.

Ubilboum birit thaz,
thaz imo iſt io gislahtaz.

Mala arbor gignit id,
quod ſui eſt generis.

Vid. inf. *Slachta.*

Ziſammana GISLAGANEN, complosis. Gloſſ. Monſ. p. 320.

Gislahe, perducat. p. 323.

GISLAN *uuerde*, figatur. p. 356.

GISLIHTIT, demulcet. p. 392.]

GISLIMIT, v. inf. *Sliumo.*

GISLIZ, ſchiſma, Otfr. III. 20, 134.

Thar uuar ſtrit umbi thaz,
iob gisliz begibaz.


Gliz, ſplendor, *glizzen*, *clizzen*, hodie *gleiſſen*, coruſcare, micare. Loosbuch. p. 114.

Er hat verſtandis gnug und witz,
aber der zungen und redens glitz
Hond ſy an jm vergeſſen gar,
er kan zv wort nit bringen dar,
Was er verſteht und wol bedenkt,
das hat er an den rauch gehenkt.

Glizemen, oleum, Notk. Pſal. CIII. 15. Ut exhilaret faciem in oleo, i. e. in nitore. *Daz imo diu ſeti ſin anaſiune gebugelichoe in glizemen.*

Glizza, ſpecies lintei ſplendidi, *gleiſſent tuch, wie carnier atlas, Schätter.* B. Lupus Epiſt. LXVIII. *mihi per præſentes nuncios duo ſaga veneti coloris & totidem lintea, quæ Germanicè glizza vocantur, diri-*

gatis, quæ illi (Pontifici Rom.) *comperi eſſe cariſſima atque gratiſſima.* conf. Du Fresne Gloſſar.

Glismet cleid, das kein nat hat, veſtis inconſutilis. Keiſersp. Brösl. fol. 46. *Glismetten rock*, inconſutulis tunica, idem in Narrenſchiff fol. 33. b.

Gothis *Glitmungande*, ſplendentia facta veſtimenta, Marc. IX. 3.

Anglo-Sax. *Glitinian*, ſplendere. *Glitenung*, coruſcatio.

[*Glyslegr*, ſplendidus. Staden. Explic. Voc. Germ. Bibl. p. 270.]

GLAUUE, prudens. Otfr. IV. 7, 18.

Goumet, quad er, thero dato,
joh uueſet glauue drato.

Attendite, dixit, hæc facta,
& eſtote prudentes valdè.

Idem V. 23, 30.

Thaz uuil ih hiar gizellen
Glauen mannon allen.

Id volo hîc referre
ſapientibus hominibus omnibus.

Gloſſæ Lipſii: *Glauuon, prudentem.* ubi Somnerus: *Prudens Sax. gleaw. Legum etiam periti eis Ægleawan dicti, ab eorum Æe, Lex, & eodem gleaw, peritus.*

Verglafern, dementare. Königsh. Chron. 3. 35. *Mahomet und Sergius noment ſich an groſſer heiligkeit und bredigetent dem volke, das vil lüte an ſü verglafert wurdent.* i. Mahomet & Sergius ſimularunt magnam ſanctitatem & prædicabant populo, ut multi homines circa ipſos dementarentur.

GLEBEN, *geleben*, vivere certo modo. Notker. Pſal. XVII. 46. de Judæis: *Sie glebent in dero altun eo, dera niuuun ne ruochent ſie.* vivunt ſecundum vetus teſtamentum, novum non curant.

GLEBRA, *arator linguâ Gallicâ:* Gloſſ. MSS. ASax. intelligo linguam provincialem, à *gleba.*

GLEFE, GLEVE, quiris, lancea. *Sper*, Chron. Königsh. c. IV. 53. *Ein edelknecht der reit gegen den vienden mit einer gleuen: do rante einre us des Biſchoves here gegen ime und ſtochent uf einander, das die ſpere beden ſiten zerbrochen und ros und man bede darnieder vielent.* Non repeto hîc quæ hac de voce egi in Præfat. ad dictum Chron. §. XIX. adde & pag. 787. n. 34. Cap. V. §. 178. opponuntur *Glefen* & *Fusgonder*, equites & pedites: ſicut §. 142. *glefen* & *gewefnete*, ab utroque differunt *die Schützen*, ſagittarii, *d. cap. IV.* §. 51. 52. qui quidem pedites, ſed cum baliſtis, Armbruſten: Fusgonde verò cum enſibus, Schlachtſwerten, pugnarunt.

Ufgonder gleven idem Königsh. meminit c. V. §. 185. de exercitu Gallicano contra Juliacenſem Ducem an. 1388. *Me denne mit hundert werbe tuſend pferden, under den worent wol XIIII. tuſend ufgonder gleven uf die zwene Hertzoge von Gulich und von Gelre.*

Kilianus: *Glavie, lancea, haſta. Gallis gladius dicitur.*

GLE.

Du Fresne in Gloſſario: Gervaſius Doroberneníis an. 1144. *Telo gracili quod Glavea dicitur. qua voce expreſſit noſtrum Glaive, ſeu Anglicum, à Glaive, ſpiculum, framea, vel lancea. Cambrobritannis Glaif eſt falx, Anglis Gleave.*

GLEFFEN, labia, Vet. Verſ. Pſal. XVI. 4.

GLEICH, articulus. H. Jun. Nomencl. p. 491.

Die Gleiche, gutta arthritica, podagra, chiragra. Laur. Phryſ. in Specul. Medicin. f. 126.

GLENGA, ornamentum. Formula Confeſſionis: *On mænigfealdre glængge ic glængde mine lichamen. ind mid ſveartum ſynnum mine ſawle awlætte.* multiplici ornamento exornavi corpus meum, & fœdis criminibus animam meam deturpavi.

GLICH, V. *Lich.*

GLIDERI, lapſu. *Glidir*, lubricum: Gloſſæ Lipſii. ubi Somnerus: *Lubricum Sax. Glid, unde noſtratium to glide & gliding eo ſenſu. Hinc fortè Milvus Sax. glida dictus.* Nobis hodie *glatt*, lubricum.

[GLIEN. Anon. Rhythm. de S. Annone. ℣. 455. *Di belli ingegene gliunte.* Infernus contra ardebat. Ita Schilterus. Stadenius vero: *Die helle gegeneinander kloneten*, i. e. *klungen; à gliunen* enim eſt *klang*, *klingen.* in infer. Sax. *klank.* Lat. *clango*, *clangor.* At Scherzio videtur *glien* idem eſſe ac *ſplendere*, *micare*, *zwizern.* Belgis *glicken*, *gliſteren*, *glinſen*, eſt nitere. ASax. *gleuu*, Splendidus, *gleouulice*, clare, hinc noſtrum *gliend*: Unde hæc verba ita reddo. *Cum clari* (enſes politi) *micarent.* Hæc ille Not. ad h. l.

GLILOUPAZ. nemoroſum. Gloſſ. Monſ. p. 339. vid. ſupra *Giloupaz.*]

GLIU, facitiæ: Gl. MSS. ASax.

[GLIUPEN. probare. Gloſſ. Monſ. p. 380.]

GLIZZA, vide *Glas.*

GLOOB, manica: Gl. MSS. AS.

GLÖT. Jus Auguſtan. *Recht glöt in der Müntze.*

Gloſſæ MS. AS. *Gloed, cataſta.* i. genus tormenti.

Eædem Gloſſæ: *Gloed, carbo.* Eædem: *Glutto, adoleo.*

GLOVBIRREN, hæretici: Notk. Pſalm. XLVII. 13. Qui errant in fide. conf. *Loube. Giloubo. Werrun.*

[GLUONTERO, æſtuantis. Gloſſ. Monſ. p. 341.

Gluotphanna, arulam. p. 337. *Gluotphannum*, arulam. p. 321.

Stuntun ſcalca inti thie ambahta zi ther gluoti. Stabant ſervi & miniſtri ad prunas. Tatian. 186. 5. Hodie *gluth*, quod proprie vivum candentemque carbonem notat. Palthen. Not. ad Tat. p. 390.

Conf. ſupra *Cluot.*]

Glüent eiſen. vid. *Iſan.*

GLUST. vid. *Luſt.*

GLYCHSNETEN. vid. *Lich.*

GMIMEN, connivere. Königsh. Chron. p. 856. *Wanne ſie gedienet hettent nach der Stette buchs beſage, hette man inen gerne gnimet.* ſi ſerviiſſent (militaſſent) ſecundum tenorem libri Statutorum Civitatis, lubenter conniviſſemus.

GNA.

GNACK, nummi Teutonici ſpecies, vid. Cruſii L. IX. Annal. Suev. P. III. p. 524. Heniſch. de Aſſe. p. 198.

GNADE,

Dera gnada, pietate. Kero Prol. p. 17.

De Sole prædicatur in Jure Feud. Alem. cap. CXVI. in Colbertino quidem Cod. MS. ubi enim aliàs legitur §. 10. *unz die Sunne undergange*, aut *zv reſt gée*, ibi legitur: *zv Gnaden gang.* Id quod non ad *Genade*, i. gratia, referendum; ſed ad *genieden*, *nieden*, inferius, de Solis occaſu.

Gnade ſcheinen. vid. *Scin.*

GNAGO, *Angergnago.* L. Baiwar. Tit. XIII. c. 10. §. 3. de equis: *Et ſi deterior fuerit, quem angargnaco dicimus, qui in hoſte utilis non eſt, cum tremiſſe componat.* Ubi Gloſſarium Lindenbrogii: *Nacke collum Germ. ſed quid Angar disquirendum.* Verum non eſt compoſitum ex Nak, ſed ex *Angar* & *Gnag.* Angar autem vehiculi genus eſt, *ein Enger*, de quo in A. Gnago autem laborandi aut ſerviendi habet ſignificationem, ex quo fonte & *knecht* originem ducere videtur.

[GNEISTO, igniculus. Gloſſ. Monſ. p. 384.

GNICTA, attrivit. p. 328.

GNIOZE, pulſet. p. 385.

GNOMANA, viros. p. 360. forſan legend. *Gomana.*]

GNIVZ. Notk. Pſal. LV. 3. *Sie eidont danne, daz ſie nu in gniuz tuont.* de infidelibus; Ardebunt tunc, eò quod nunc ſibi (tantum) commoda quærunt. Hoc dicimus *Genuz*, fructuum perceptio. V. *Nieſſen.*

GNOTE, accuratè, ſtudioſe. Chron. Königsh. c. 1. §. 94. *Was gedenckeſtu, das du mih ſo gnote beſchouet haſt?*

Notker. Pſal. II. 8. de fidelibus: *Chriſtus pat iro gnoto, do er ſih ſelben umbe ſie Patri opherota.* Vid. *Noti* & *Ginoti.*

Cnodo unde gerno betoen, Notk. Pſ. XCVIII. 6.

GO. V. *Gaw.*

GOB, piſcium genus. gobius, V. Freher. in Auſon. Moſell. p. 41.

GODAN, V. inf. *Guat.*

GODOCON, adjiciam: Gloſſæ Lipſii. Somnerus habet *Getocon* & *Geocodon*, *abdiderunt.* Sed hæc notat: *Rectius forſan Addiderunt. Addere autem Saxon. geiccan*, *aliàs geeacan*, *unde noſtrum eeked*, *additus*, *adjectus*, *uti & eke pro etiam.*

[GOFFANOT, declarat. Gloſſ. Monſ. pag. 368.

Goffanota, expandat. p. 387. vid. *Ofan.*]

GOFFEN, de equis, calyptrum, tegumentum capitis. Fragm. de B. Hiſpan. ℣. 2567.

Ja warf in ther ethele wigant
Theme roſſe uber thie goffen.

Et ℣. 3534.

Er warf in unwerthe
Theme roſſe uber thie goffe.

Caleptrum,

Digitized by Google

GOI.

Caleptrum, Cuphia, *vide Du Fresn. Gloſſar. v. Cuphia.*

[*Goſſe* denotat poſteriora. Gloſſæ MSC. Anonymi: *goſſa*, clunis. Vocabularium alterius Anonymi, quod ſubjunctum Twingeri Vocabulario Lat. Germ. MSC. poſſideo: Clunis *Goſſe*. Scherz. Not. ad Fragm. cit. p. 29.]

GOIMA, *Gouma*, epulæ, Otfrid. III. 7, 6.

[Petit à DEO intellectum:

Thaz ih biar gizeine,
uuaz thiu thin goima meine.

Ut hic exponam,
quid hæ tuæ epulæ velint.

Notat vero Scherz. Codic. Vind. & Vatic. legere *gouma.*]

V. ſup. *Cauma.*

[GOLDSMID, artifex. Gloſſ. Monſ. p. 335. Legendum *aurifex*, & ita quoque in iisdem Gloſſis p. 337. redditur. It. *Goldſmidun*, aurificibus. p. 353.

Irſotanemo golde, obrizæ. p. 347. Conf. ſupra *Cold.*]

GOLDSTEINA, lapides pretioſi, *Edelgeſteine*, Notk. Pſalm. LXXX. 16. Rh. de S. Annon. ℣. 658.

Lötig Gold, V. *Marck.*

GOLDVAS, lampas, Frag. de B. Hiſp. ℣. 2032. & paſſim.

GOLLER, Collare, *halsmantel*, quo collum tegitur. Hodie quo & humeri & pectus ac dorſum. *Goldaſt. I. Rer. Alem.* p. 119. *Nachtmantel.*

GOLTMALE, vid. *Mal.*

GOMARDA, mirificavit, Gloſſ. Lipſ. ubi Somnerus: à *Mar*, Fama. *Gimarſada*, mirificavit. Magnificare Saxonibus *Mærſian.* vid. *Maara.*

GOMMILOSAN, vid. *Goumen.*

GOMO, *Gomman*, *gommanbarn*, *gomabeiti.* v. in *Comman.*

[Adde *Gommanchint*, maſculinum. Gl. Monſ. p. 395.

GONDA. Tatian. 155. 2. de Chriſto. *Gonda thuuahan fuozzi*, cœpit lavare pedes. Ubi *gonda* eſt pro *bigonda.* Germanis *begunte.* Palthen. Not. ad h. l. p. 385.

GOOS, anſer, Gl. MSS. ASax.

GOR, ſimum. Gl. Monſ. p. 328. 339. ſimum boum. p. 400.]

GOREGEN, pauperes. Notk. Pſ. XXXIV. 10. *Turftigen unde goregen ſone dien die in chripſent.* egenum & pauperem à diripientibus eum. Otfridus I. 10, 15. de Salvatore promiſſo:

Thero goregun uuorolti
uuas io gibeizenti.
Miſero mundo
promiſerat.

Et II. 9, 52.

Luzil ih es mohta
job gorages giſmakta.
Parum id deſideravi,
miſeri ſaporis.

GOR.

Goriglicha iamar, miſerabilis compaſſio, idem IV. 26, 16.

[Horrenda miſeria, ſecundum Scherz. in Not.]

GORINGI, tentatio, Otfr. I. 20, 30. v. *Choron.*

[In verſione Schilterus reddit *tribulatio:* atque ita Scherzius vertend. monet in Not. ad Otfr. II. 6, 68. & IV. 26, 80. ubi hæc vox denuo occurrit.]

GOT, DEUS, & inde derivata, vide in *Cot.*

[Adde Tatian. II. 6. de Johanne Bapt. *Giuuerbit zi Trubtine Gote iro.* Convertet (multos filiorum Iſrael) ad Dominum DEum ipſorum.

Obſerva hic, nequaquam repugnante linguæ Teutonicæ veteris genio, pronomen nomini poſtponi, ut inepte accurati ſint, qui in verbis initialibus orationis Dominicæ à Luthero Germanice verſæ, aliquid emendandum cenſent. Palthen. Not. ad Tat. p. 289.

Gotforbt, timoratus. Tatianus de Simeone. 7. 4. *Ther man uuas reht inti Gotforbt.* Iſte homo erat juſtus & timoratus.

Hæc vox nunc Subſtantive Germanis uſurpatur & pietatem notat, adjectivum autem eſt *gottsfürchtig*, pius. Firmat veterem uſum Otfrid. I. 15, 5. de eodem dicens.

Er uuas goteforabt al.
Erat DEum timens omnino.

Palthen. Not. ad Tat. p. 313.

Gotavorabtaler, timoratus. Gloſſ. Monſ. p. 395.

Demo Gotchunlihin, divinum eſſe ſimile. p. 366.

Goteslop, Alleluja. p. 358.]

Gotesbiete. vid. *Biete.*

Gotſcelta. vid. *Scelten.*

Got, bonus, v. inf. *Guat.*

§. I.

GOTHE, GOTE, Gothus. Repkovius in Chron. MS. A. C. 378. de Valente Imp. *To deme ſanden de Goten, dat nu ſin Burgundere. dat he en prodigere ſende, ſe wolden Chriſten werden. he ſande in einre van Arrianen de verkarten mit ire ſecten. Alſo wart unlouich mit der Chriſtenheit al de det. In denſelven tiden quamen de Hunen und verdreuen de Goten van irme lande. dat weren vererlei lude: Godi* (ſupra ſcriptum Gotti) *ypogothi, giopides und wandali, unde haden eine ſprake ouer de Dunowe. dat clagheden ſi dem Keiſer Valente, de gaf in dat lant dat ſi beten Tracia twiſchen Vngeren und Meren.* Nomen gentis proprium, Teutonicæ originis. Sunt qui contendunt primam aut antiquiſſimam hujus populi mentionem fieri ab Herodoto: ſed hi ſunt illi, qui Getas & Gothos confundunt. De *Getis* quidem Herodotus Lib. IV. agit, earumque ſedem trans Iſtrum locat, fortiſſimosque Thracum vocat, & ſeparatos à Scythis: ſubactos à Dario R. Perſarum refert & in ſervitutem redactos. Longo tempore poſt colonia Gothica per Sarmatiam & Scythiam Thraciam petiit, & Getis ſeſe commiſcuit, ita tamen ut & linguam & mores ſuos ſibi & imperium re-

tinuerint, ut postea patebit. Plinius quidem Lib. IV. Sect. 24. inter Scytharum gentes Getas, Dacos Romanis dictos, refert. quem propterea alii erroris insimulant: excusat Harduinus: & defendit sese Plinius ipse ibidem: *Scytharum* inquit, *nomen usque quaque transit in Sarmatas atque Germanos. Nec aliis prisca illa duravit appellatio, quam qui extremi gentium harum ignoti prope cæteris mortalibus degunt.* Ita latissimè Scytharum abusi, Græci imprimis scriptores, quod & ipsum agnoscit *Matth. Prætor. in Orbe Goth. c. VII. pr.* Prima itaque mentio, quantum nunc quidem succurrit est, quam Pytheas Massilienses facit, quem circa Ptolomæi Philadelphi tempora vixisse Vossius evincit, is, referente Plinio Lib. XXXVII. Sect. XI. Guttones Germaniæ gentem, dixit, Oceani æstuarium accolere, ubi Succinum colligatur. Idem & Timæum Siculum, coævum, scripsisse, ex eodem Plinio constat. Post hos Græcos veteres, sequitur C. Tacitus fidissimus rerum Germanicarum scriptor, cap. XLIII. in quo quidem primò *Gothinorum* facit mentionem, quasi dicas *die Gothinger:* sed hi non pertinent ad nos; nam ùt ipse ait: *Gothinos Gallica lingua coarguit non esse Germanos, & quod tributa patiuntur: partem tributorum Sarmatæ, partem Quadi ùt alienigenis imponunt.* Fuerint itaque colonia Gallorum, qui olim in Germaniam transgressi, ùt Cap. XXVIII. Tacitus ex Julio Cæsare arbitratur. Cæteroquin paulò post *d. c.* 43. refert Gothos sive Gothones, *die Gothen.* Ait: *Trans Lygios* (Silesios) *Gothones regnantur, paulò jam adductius quàm cæteræ Germanorum gentes, nondum tamen supra libertatem.* Fuit inter hos *Gotones nobilis juvenis*, nomine Catualda, profugus vi Marobodui, validâ manu fines Marcomannorum ingressus, ùt idem 2. Annal. c. 26. refert. Succedit Taciti coævus jam laudatus Plinius, qui L. IV. Sect. XXVIII. *Germanorum genera quinque: Vindili: quorum pars Burgundiones, Varini, Carini, Guttones.* Sub M. Aurelio Imp. succurrit Cl. Ptolomæus Lib. II. Geogr. c. XI. de insula Scandia agens: Καλεῖται δὲ ἰδίως ἡ αὐτὴ, Σκάνδεια, ἡ κατέχουσιν αὐτῆς τὰ μὲν δυτικὰ, χαιδεινοὶ. Τὰ δ' ἀνατολικὰ, Φαυωνάι καὶ Φιρεάσοι· Τὰ δὲ μεσυμβρινὰ, γῦται καὶ δαυκίωνες. Τὰ δὲ μέσα Λευωνοι, i. *Vocatur autem & hæc propriè Scandia, & tenent ipsius Occidentalia Chædini: Orientalia verò Phauonæ & Phiræsi. Meridionalia Gutæ & Dauciones. Media autem tenent Levoni.* Petrus Montanus hîc annotat: Occidentales Scandiæ hodie esse Norwegios: Orientales Suedios. Gutas esse Gothos, tametsi eorum originem Ptolomæo ignotam plerique affirment. Ab his Guttis seu Gothis diversos facit Ptolomæus *Gythones*, Lib. III. c. 5. παρὰ μὲν τὸν ὀυιξέλαν ποταμὸν ὑπὸ τὰς οὐενέδας, γυθωνες. εἶτα Φίννοι. i. *Penes Vistulam fluv. sub Venedis Gythones sunt, post Phinni.* Gythones igitur & Guttæ non fuerunt confundendi. Atque isti sunt, arbitror, quos Ammian. Marcell. L. XXXI. §. 3. *Geuthingos* vocat: *Hunnorum gens ultra paludes Mœotidas ad Oceanum glacialem. Alani Hunnis per omnia*

suppares. Geuthingi confines Alanis. Prima igitur Gothorum sedes fuit, quantum scitur, ad mare Suevicum in Germania tempore Taciti h. e. seculo primo Christianorum: & speciatim in iis locis maritimis, ubi Succinum legitur, h. e. Prussia hodierna, atque hoc jam tum aliquot secula ante natum Christum: postea transmigravit magna pars in Scandiam, quam Svionum civitates ipso in Oceano vocat Tacitus, ibi enim Ptolomæi tempore subsititerunt: pars autem alia in Orientalem plagam migravit, in Scythicas terras & Sarmatiam: usque dum ab Hunnis pulsi ab Imp. Valente Thracia ipsis concederetur: ubi cum Getarum gentibus mixta, ipsas sub imperium suum misit. Qua de re Jornandes ipse Gothus, audiendus & opinio de Gothorum Scythica origine explodenda. Conf. Vorb. T. I. p. 449. & 436.

§. II.

JORNANDES, qui & Jordanus posteris dictus, homo Gothus, & Episcopus Ravennæ sub Justiniani imperio, ut Trithem. & Vossius L. II. de Hist. Lat. c. XX. habent. At ipse Lib. I. de reb. Getic. c. XI. ait: *Gajus Tiberius jam tertius regnat Romanis.* Tiberius verò Anicius imperator à Justino jun. anno 578. cooptatus. Tiberius III. imperium invasit an. 730. Igitur post Justinianum vixerit oportet. Is itaque ad desiderium fratris Castalii, *de origine actuque Getarum, ab olim usque nunc per generationes regesque descendente, duodecim SENATORIS volumina*, in epitomen redegit, cui titulus: *de Getarum sive Gothorum origine & rebus gestis.* Senatorem vocat tunc ni fallor superstitem & omnibus cognitum, *Cassiodorum*, Senatorem & Exconsulem ordinarium. Huic Jornandi etsi non immeritò id imputatur à doctis, quod omnia Scytharum, ac Thracum & Getarum, gesta suis tribuerit Gothis; (Bonfin. L. I. Rer. Hung. p. 38.) id tamen maximè ad rem præsentem facit, quòd is, utpote & suæ gentis & Scythicæ nationis origines probè callens, non ejusdem originis linguæve sed diversæ faciat. CAP. III. de Scanzia insula vel peninsula, h. e. Svecia ait: *Hæc à fronte posita est Vistulæ fluvii, qui Sarmaticis montibus ortus, in conspectu Scanziæ septentrionali oceano trisulcus illabitur, Germaniam Scythiamque disterminans.* Cap. IV. refert migrationes Gothorum è Scanzia, & Gothiscanzia (fortè Gothlandia insula) & sedibus Ulmerugorum sive Balthici maris ripis & Vandalorum subjugatorum terra, magna populi numerositate crescente, ac perveniisse eos ad *Scythiæ terras, quæ linguâ eorum OVIM vocabantur*, ait: illico quoque gentem *Spalorum* vicisse: exindeque ad extremam Scythiæ partem, quæ Pontico mari vicina, properasse: idque & *in priscis eorum carminibus pene historico ritu in commune recoli.* Quibus carminibus, ùt unico apud Germanos omnes olim annalium genere, plus fidei tribuendum optime judicat H. Conring. *de antiq. stat. Helmst.* pag. 65. quàm Cluverio sine argumento dissentienti.

Digitized by Google

tienti. In quo eruditiſſimo libello hoc quoque idem arguit, Gothos primam ſedem habuiſſe in Germania CisBelthica, & poſtea à Chaucis demum ultra mare repulſos. Tandem Joſephum notat, qui etſi Annalium relator veriſſimus utique veritatis conſeruerit regulam, & origines cauſarum à principio revolverit: hæc tamen de gente Gothorum principia omiſiſſe & ab iſto loco eorum ſtirpem commemoraſſe, atque Scythas & natione & vocabulo appellatos aſſerere. Verùm hinc potius colligo, emigrationem Gothorum in Scythiam non eſſe tam antiquam, quàm putatum, & Getarum gentem tunc nondum cum Gothis commixtam fuiſſe, de quo mox plura. Atque ex his porrò pateſcit fons erroris vulgaris ac ſatis vetuſti, quo & Gothorum & Francorum origines ex paludibus Mœoticis finguntur, quum transmigrationes duntaxat fuerint, ſicut & per alias nationes idem iidem fecerunt. Atque Teutonicæ fuiſſe originis & linguæ Gothos illos in Scythiam emigrantes & patria comprobat, & nomina Regum illorum, quorum quinque idem Cap. IV. refert, *Berig*, h. e. Genitalis. *Filimer*, perilluſtris, *Gandarici* Magni filius, cap. XXIV. *Filogud*, Perbonus. *Arigis*, Ignavus, inutilis. *Baltb*, audax, Socr. L. IV. c. 33. ſq. Paul. Diac. 12. c. 12. vid. *H. Conring.* d. l.

§. III.

Porrò ex hoc ſcriptore Gothico patet etiam fabuloſa eſſe, quæ referunt de Gothorum ex Scandia emigratione an. Mundi 2200. & de Zamolxis reditu in Sueciam, de qua re & ſupra diximus. Certè meminit hîc & Jornandes illius Zamolxis, hominis Gothici, & coævi Filimeri Regis, qui alter fuit poſt Berig Regem, qui Gothicæ in Scythiam migrationis autor fuit. Vixit autem Zamolxis ſecundum quosdam Græcos Pythagoræ ætate, teſte Herodoto, (qui tamen falſum putat & longè ante Pythagoram Zamolxin vixiſſe aut proprium Getarum fuiſſe dæmonem, Lib. IV. c. 93. ſq.) cujus & diſcipulus fertur. At Pythagoras ſedem fixit ac ſcholam in Italia aperuit poſt quinquageſimam Olympiadem, anno Mundi 3370. Igitur migratio prima Gothorum è Scandia in Scythiam vix ſemiſeculo antea contingere potuit, ſi ponamus Berigem XXX. annos regnaſſe, & Filimerem XX. hoc eſt circa annum mundi 3320. quo referente Herodoto Scythæ in Aegyptum receſſerunt. Sed potuit & recentior decem vel viginti annis iſta emigratio Gothica facta fuiſſe. Quod perveriſimile reddit & H. Conring. loco laudato. p. 65. Et ſub periodo illa univerſali omnium Regnorum & Rerump. orbis terrarum, de qua vaticinatus S. Jeremias tum inſtante, ſub Nebucadnezare, cap. XXV. 26. ſqq. Imo quum Herodoti ætate nulla adhuc Colonia Gothorum in Scythiam veniſſet, opido patet, Zamolxem Geticum quidem fuiſſe, non Gothum, & longè poſtea emigrationem Gothorum contigiſſe. Calviſius quidem

ad A. M. 2978. ex Euſebio refert, Thraces & Gethas & Bebryces & Myſos vetuſtiores ſedes ad Strymonem fluvium colonias miſiſſe in Aſiam, & antequam Scythæ ex Aſia pulſi Cimmeriorum terram quæ inde Scythiæ nomen obtinuit, occupaſſe circa, ann. Mundi 3315. Sed Euſebius & Hieron. pag. 104. & p. 125. ne quidem Getarum, multò minus Gothorum ibi faciunt mentionem, ſed Thracum duntaxat: *Thraces*, inquiunt, *Bebryciam, quæ nunc Bithynia vocatur à Strymone transeuntes occupaverunt.* Temporibus Taciti jam tum Gothones regnum habuerunt in Germania trans Lygios, h. e. Sileſios, & partem adeò Poloniæ, poſt quos ad Oceanum Rugii & Lemovii, de M. G. c. 43. Atque hoc tempore Gothi ſeu Gothones cum Getis nondum coaluerunt. Gothones iſti Plinio Guttones, Pomeraniæ ulterioris Caſſubiæ & Marchionatus novi terras tempore Taciti tenuiſſe, explicat Conring. d. l. p. 64. Quò referenda Inſcriptio apud Wormium in Faſtis Dan. L. III. c. 3. *Anno 2500. exivit Helgo cum Guttis ſuis, med Guttanum ſinum.* Cæterum Gothotum eruptionis Euſebius demum ſub Valeriano & Gallieno meminit Olymp. 260. ſq. *Alamanni vaſtatis Galliis in Italiam tranſiere. Græcia, Macedonia, Pontus, Aſiæ depopulatæ per Gothos.* Item Iſidor. Chron. Goth. Quos mox Claudius, Illyricum & Macedoniam vaſtantes, ſuperare ibidem refertur. Atque continuator Euſebii Marcellinus Comes in principio, *Theodoſius*, ait, *Alanos, Hunnos, Gothos, Getas, Scythas, magnis multisque præliis vicit.* Jornandes ipſe cap. XIII. Gothos ſub Domitiano Imp. Danubium primùm tranſiiſſe Rege Dorpaneo in Illyrico victis Romanis fatetur. Tacitus qui tum vixit, nihil hac de re, Gothones tamen ut populum Germaniæ proximis Rugiis ab Oceano locat, *de M. G.* c. 43, 7. Ex quibus conſtat jam, Getas atque Gothos non eandem fuiſſe gentem, neque ejuſdem originis neque linguæ: ſed poſtquam Gothi & Scythis & Getis tanquam victores intermixti fuerunt, mixtio populi utriusque & promiſcuum nominis uſum poſt ſe traxit, ut Jornandis & Procopii Lib. IV. Bell. Goth. Oroſii L. I. c. 16. ætate pro Synonymis habita: quanquam non Gothi Arctoi, ſed Coloni qui Scythiam & Thraciam ſubjugarunt, Getarum nomen aſſumſerint. Diſſentit equidem Er. Caſaub. *de Lingu. Sax. pag.* 385. ſed Cluverio non ſatisfacit, itemque Joſ. Scaliger, & Getas Gothosque eosdem judicat, docente Jornande, in Animadv. Euſeb. pag. 175. Sed verum id quidem Jornandis tempore: nequaquam ab origine utriusque gentis. Atque confirmat hanc noſtram ſententiam Oroſius L. I. c. 16. qui Getas quidem & Gothos etiam promiſcuè accipit, ſed tempora accuratè diſtinguit: inquiens: *Modò autem Getæ illi qui & NVNC Gothi, quos Alexander evitandos pronunciavit, Pyrrhus exhorruit, Cæſar declinavit*, &c. quæ verba ſua fecit Iſidor. in Chron. Gothor. pr. Igitur Getarum gens vetuſta Alexan-

dro M. non incognita, nomen post aliquot secula Gothorum quoque assumsit, ob horum commixtionem atque imperium. Quo facere videtur Ammian. Marcell. Lib. XXXI. §. 3. *Gothorum inusitatum antehac hominum genus, modò ruens, ùt turbo montibus celsis, ex abdito sinu coortum, opposita quæque convellit, corrumpit*, &c. Ea ipsa tamen emigratio Gothorum in Scythiam tempore Herodoti inter ipsos Scythas adhuc ignorata fuit, igitur posterior Dario fuerit necesse est. Atque hinc perperam posteriorum seculorum scriptores ea attribuunt Gothis, quæ ante horum emigrationem Getis fuerunt propria, ut ea quæ de his Herodotus Lib. IV. narrat. Atque hæc causa est, ùt dixi, quod nec Josephus mentionem faciat Gothorum & horum emigrationis, quod frustra Jornandes vel miratus est vel arguit.

§. IV.

Ex hac confusione Getarum atque Gothorum enatæ istæ narrationes cap. VI. & sequentibus rebus gestis Gothorum cum Vesosi Aegyptiorum Rege, cum Amazonibus, & de Telepho Gothorum Rege, de Gothorum bellis contra Persas, & Macedonas, de Sitalco sive Sitalce Rege contra Perdiccam pugnante; quæ omnia non de Gothis, sed de Getis atque Thracibus admitti possunt. In cap. XI. eundem Sitalcum facit coætaneum Syllæ Romanorum principi, atque Boroistam Diceneum Consiliarium Gothorum, susceptorem Syllæ, eique penè regiam potestatem dedisse. Cujus Dicenei consilio Gothos Germanorum terras, quas nunc, tempore Jornandis, Franci obtinuerint, depopulatos. *Gajus Tiberius*, pergit Jornandes, *jam tertius regnat Romanis, Gothi tamen suo regno incolumes perseverant*. Eundem Diceneum Gothis Physicam tradidisse, eoque naturaliter propriis legibus vivere fecisse, quas usque nunc conscriptas BELLAGINES nuncuparent. Has leges demum in Hispania conditas à Gothis, annotavit ibi Bon. Vulcanius, easque ab Isidoro Latinè redditas fuisse. Quantum ergò hîc anachronismum commisit Jornandes: qui etiam in eo auctus cernitur, quod Syllam & Sitalcem Regem Thraciæ coætaneos facit, quorum hîc teste Thucydide, obiit anno octavo belli Peloponnesiaci, V. C. 329. adeoque ultra tria secula ante Syllam. Atque quum aliàs ubique gentis suæ gloriam invidiosè persequatur, hîc tamen cadit à scopo, quod demum à Diceneo leges proprias habere cœperint: quasi antea alienis vixerint. Alia etiam in Jornande notavit Blondellus in Geneal. Franc. plen. Assert. pag. 391. Vorburg. Vol. 6. p. 574. Cæterum illud *c. XXIII.* bene, ab una Scythica stirpe exortos, Venetos, Antes & Sclavos. Et quod Gothos ab Hunnis & totius Scythiæ gentibus discriminat & jam tum Honorii temporibus & Attilæ, cap. XXXIV. Atque quod de Vulfila cap. LI. refert; *Erant siquidem & alii Gothi;*

(præter Ostrogothos & Vesogothos,) *qui dicuntur Minores, populus immensus, cum suo Pontifice, ipsoque Primate Ulfila, qui eos dicitur & literis instituisse, hodieque sunt in Mœsia regione incolentes Eucopolitanam.* De quo Isidor. in Chron. Gothor. *Era CCCCXV. anno Valentis Imp. Gothi adversum se in Athanarico & Fridigerno divisi sunt, alternis se cædibus alternantes: sed Fridigernum Athanaricus Valentis Imp. auxilio superans, hujus rei gratia cum omni gente Gothorum in Arianam hæresin devolutus est. Tunc Galsilas eorum Episcopus Gothicas literas adinvenit, & scripturas sacras in eandem linguam convertit.* Conf. Socrat. H. E. IV. 33. Sozom. VI. 37. Niceph. XI. 48. Philostorg. II. 5. qui popularis & coætaneus Vlphilæ natus, sub Valente A. C. 368. Th. Mareschall. ad Version. Goth. Obs. I. §. 2. Ex hac adinventione literarum Gothicarum manifestum est, ante eas Gothos hos, Suionum coloniam, literis propriis caruisse, aliàs harum adinventione opus non fuisset, sed leviori operâ veteribus & jam notis characteribus & in causis civilibus & in sacris scribi potuisset. Igitur porrò patet, literas Runicas tempore emigrationis Gothorum Coloniæ nondum fuisse inventas, alioquin earum usum retinuissent coloni. Conf. Conring. de O. J. G. p. 14. Quæ etsi probabiliter ita dici possint, potuit tamen fieri, ut Gothi Getis intermixti, per tempus longum dedicerint literas Runicas, quæ aliàs quoque præsertim tempore emigrationis adhuc inter secreta sacerdotum fuerunt. Hinc Sacerdotio gentili abrogato, & novus character adinventus & communis factus. Hinc nova characterum inventio necessaria fuit Vlphilæ. Præsertim quam Runicis characteres ut Magici à Christianis rejecti, ut tandem & in ipsa Suecia an. 1050. Loccen. Antiq. c. 14. Shering. de Orig. Anglor. p. 293. Porrò extat & *aliud Alphabetum Gothicum* à Runico & illo Vlphilæ discrepans, quod exhibet autor Anonymus à Vulcanio adjectus Paulo de Gestis Longobard. p. 16. qui & ait: *Videtur litera esse Gothorum nativa. Nam eam quâ argenteus codex pictus magis est quam scriptus, intra Italiam commenti sunt. Præsens litera partim ebraissat, partim græcissat, interdum latinissat, quædam peculiaria habet.* Ovidius Lib. IV. de Ponto.

Et scripsi Getico sermone libellum,
Strictaque sunt nostris barbara verba modis.

Id. in Tristib.

Mœsia vocis habet quid barbara lingua Latina
Græcaque cum Getico mixta loquela sono est.

Cæterum Alphabetum ipsum in tabula æri incisum cum aliis §. VIII. exhibemus. Sed videtur hoc Alphabetum recentius Vlphilano, quippe quod simplicius, & non ex Ebraicis, Græcis & Latinis itemque propriis mixtum. Veteres enim Gothos atque Suiones illam triplicem Characterum differentiam intellexisse & inde atque ex propriis, quæ antea extitissent, novum genus voluisse fingere, nemo mihi persuadeat.

§. V.

Digitized by Google

§. V.

Rob. Sheringam diſcept. de Anglorum gentis origine cap. XI. contra Cluverium aliosque diſputat & oſtendere conatur Getas Gothosque unam fuiſſe gentem & Scythas quoque dictos. Contrà Cluverius & Pontanus Getas à Gothis & utrosque à Scythis diverſam eſſe gentem aſſerunt. Sheringam pro ſe adducit Oroſium, Hieron. Aug. &c. Sed ſtatum quæſtionis non rectè format Anglus: verùm quidem eſt Getas Gothosque unam conſtituiſſe aliquando, ſicut & Galli Francique, atque hac de ſcriptores allegati: ſed controverſia eſt, An Gothi origine ſua ſunt ipſi Getæ, id quod negamus, nec Sheringam probare poteſt: contrà verò ex ipſis ab eo adductis Scriptoribus liquet, quod Getarum nomen eſt antiquum, Gothorum verò novum, Ratio autem novitatis inquirenda fuerat. Sed id omiſſum, cæteroquin valdè argutè concludit ille: *Certè*, inquit, *Getæ nunquam commiſſuri erant, ut virtus eorum rebusque geſtis debita laudes, Gothicis gentibus tribuerentur, niſi Getarum & Gothorum eadem gens reipſa extitiſſet.* Quaſi verò in Getarum à Gothis regnatorum facultate ſtetiſſet, Gothorum ſcriptoribus iſtam rerum geſtarum translationem inhibere. Quicquid igitur ſit de Getarum origine, an Scythicæ ſint, nec ne, parum ad rem, quia & Getæ & tandem cum his Gothi Scythis mixti fuerunt, ab externis ſcriptoribus facilè utrique Scythis accenſeri potuerunt.

In Cap. X. laborat oſtendere Getas & Gothos eandem fuiſſe gentem, è locis quibus Gothi exierint ſcilicet Romanum Imperium. Sed quæ vis argumenti, hoc enim inde ſequitur, Getas à Gothis fuiſſe ſubactos in ſuis ſedibus, ùt Gallos à Francis, Britannos à Saxonibus & Anglis. In Cap. XI. ex identitate linguæ idem vult probare: Sed rectè fatetur, Scythiam à Germanico vocabulo nomen non habuiſſe, ſed Germanos h. e. Gothos, non verò Getas, à Scythia & Getarum terra ſubacta, Scythas vocatos. Cæterum quod vocem Scythicam *Temerinda* ad linguam Germanicam vel Gothicam non poteſt applicare, manifeſtum eſt, linguas fuiſſe planè diverſas. Nec Luciani autoritas quicquam huc facit, quia falſâ nititur autor hypotheſi, quaſi Alani eſſent Gothi origine, ſed imò Getæ, & Gothis tandem intermixti. Sed quid inde conficitur: quod adhuc Gothica lingua ſuperſtes ſit apud Gothorum reliquias ad Pontum Euxinum? Ergone eadem cum Scythica?

Mox Pontanum arguit: Si Gothorum nomen Conſtantini ætate notum eſſe cœpit Græcis & Romanis, Gothicas gentes jam olim alio nomine appellari oportuit, quo autem niſi Getarum? quæ, qualis, quanta. Gothi ſemper retinuerunt ſuum nomen, ante & poſtquam in Thraciam progreſſi. Denique haud puerile eſt, quod Cluverius urget Getas Thracicam gentem fuiſſe, auctore Herodoto, Strab. &c. non

Germanicam, ut Gothi. Sed ipſe petit τὸ ἀρχῇ, quod id nolit intelligi origine ſuâ, ſed occupatione.

In Cap. XV. vult demonſtrare Gothos non ex Germania in Scandiam migraſſe, contra Verſtegaum Cluver. & alios, qui ipſi futilib. conjecturis nituntur. Ipſe pro fundamento ponit Scandiam priusquam Germaniam incolis repletam fuiſſe. Repletam autem ex vicina Scythia. Sed neutrum probat. Ponit tertio, Scandiæ primos incolas Germanis ſubditos non fuiſſe ſed nec hoc probat. Et poſito, quid inde? ſufficit quod fuerint Germani ſive potius Celtæ, etſi aliis Celtis aut Germanis non ſubjecti, alii populi liberi.

§. VI.

Noviſſimè Matthæus Prætorius Hiſtoriographus Johannis III. R. Polon. edidit Orbem Gothicum, in quo & ipſe nomina Gothorum & Getarum miſcet, ſed cum veritas non admitteret diverſarum planè gentium res confundere, duplicem facit Gothiam, unam Sueticam, alteram Sarmaticam, illam Germanicæ linguæ & originis confitetur, hanc verò Scythicæ. At verò unam fuiſſe Gothorum gentem, quam Sueticam ille vocat, & diverſam à Getarum gente, cujus Herodotus Lib. IV. meminit, non Gothorum, ſupra evictum eſt: ſed & Gothorum horum coloniam per Poloniam in Thracia ſedes poſuiſſe & Getas ſubjugaſſe, ita ut & nomen ipſis à Scriptoribus poſtea impoſitum, & Gothi illi atque Getæ promiſcuè dicti: manſit tamen etiam tum Gothorum colonia linguâ moribus & imperio à Getis diverſa, & latius poſtea egreſſa. Tractatis poſtea ad calcem libri primi hanc controverſiam ſeorſim, & inter duas contrarias ſententias mediam proponit, & tandem tamen concludit: *Gothos ſuos unam cum Getis fuiſſe gentem, nec fuiſſe Sueco Gothos, ſed Sarmatas.* Sed neſcio an hæc ſententia media dici poſſit, certè ſatis eſt ambigua & parum vel nihil docet. Illud optimè monuit Prætorius *pag.* 118. Nomen Geticum latius ſe *olim* effudiſſe, quàm ad populos Gothicos noſtros, Græcosque Thraces & Dacos ac cæteros Scythas ac barbaros cis & trans Tanaim hoc nomine veniſſe; ſed τὸ *olim* erat diſtinguendum per intervalla temporum. Herodoti certè ætate tam latè non patuit, ubi tamen propria hujus gentis ſignificatio viguit, à Scythis diſtincta, & ad Thraces recenſita, ut præcipua. Rectè itaque porrò ait: Uſum tamen ſucceſſu temporis obtinuiſſe, ut nomen Geticum Gothis noſtris datum ſit. Igitur poſt aliquod tempus demum Gothi Getarum nomine venerunt, unde patet non fuiſſe utriusque eandem originem, ſed & commixtione & commigratione iſtud fuiſſe ortum. Cæteroquin & iſtud optimè contra Loccenium dictum, quod vocabula Getica ex Gothica ſeu Suecica lingua perperam deriventur. Omnium rectiſſimè veriſſimeque judicavit Cl. Schurzfleiſch. Diſſert.

Digitized by Google

XXIII. quæ est de Reb. SveoGoth. §. VI. Eos qui Gothos numerant in Slavis, neque origines neque migrationes gentium rectè scire, & si sciant, haud verè interpretari.

§. VII.

Fr. Junii Epist. Dedic. ad Cancell. de la Garde in Quatuor Evangelia Gothica.

1. *Hypothesis: Gothicam linguam solâ dialecto differre à Græca vetere.*
2. *Francicam & Anglo-Sax. ex vetere Gothica promanasse.*

Prima hypothesis μέγα λίαν αἴτημα. nec credo unquam probabitur. Etsi enim quædam vocabula his sint communia, tamen id rem non conficit, nisi unicam linguam universalem statuere velimus contra communem & in SS. literis fundatam sententiam. Contra verò Celticam linguam atque nationem tam vetustam, vel etiam vetustiorem esse, quam Græcanicam, ex Scymno Chio & aliis vetustis autoribus constat.

Altera hypothesis æquè dubia: nam quum Gothi & eorum Vlphilas cogniti in Europa atque clari fuerunt, Franci atque Saxones jam tum sua veteri lingua Celticâ usi, ut liquet ex Jornande & aliis priscis autoribus.

Enimverò Walafr. Strab. de Reb. Eccl. c. VII. tradit „Theotiscos multa, quæ prius non „noverant, utilia didicisse à Gothis, qui & „Getæ, cum eo tempore, quo ad fidem Chri„sti, licet non recto itinere, perducti sunt, in „Græcorum provinciis commorantes, no„strum, i.e. Theotiscum sermonem habuerint. „Et, ut historiæ testantur, postmodum studioli „illius gentis, divinos libros in suæ locutio„nis proprietatem transtulerint, quorum ad„huc monumenta apud nonnullos habentur. „Et fidelium fratrum relatione didicimus, apud „quasdam Scytharum gentes, maximè Tomi„tanos, eadem locutione, divina hactenus ce„lebrari officia." Igitur Gothorum lingua fuit Theotisca, adeoque communis reliquis Celtis, quum & ipsi Celtæ sint.

§. IX.

Mores Gothorum.

Esse inter Gothos non licet scortatorem Gothum; soli inter eos præjudicio nationis ac nominis permittantur impuri esse Romani, Salvian. L. VII. de G. P. p. 156.

Gothorum gens perfida, sed pudica est, Idem p. 169.

Religiosi, ib. p. 160.

De religione Ariana recepta vid. Vorburg. Vol. III. pag. 70.

Vorburg. Vol. III. pag. 16. Scytharum genus triplex asserit, Hunnicum, Sarmaticum, & Germanicum. Gothos tamen non ex Scythia originem traxisse, contra Bonfinium defendit.

De Gothorum Christianismo, idem Vol. VII. p. 449.

Gothi Hispani. Bedæ Continuat. Lib. II. c. 13. Hispania olim multis annis à Romanis possessa, tempore Honorii Imp. in jus Gothorum concesserat. Gothi usque ad tempora B. Gregorii Arriani: tunc per Leoandrum episcopum Hispalis, & per Richaredum R. fratrem Herminigildi, quem pater nocte Paschali pro fidei confessione interfecerat, catholico choro uniti sunt. — Sarraceni qui Gothos subjugarant, ipsi quoque à Karolo M. victi, Galliciam & Lusitaniam, maximas Hispaniæ provincias amiserunt. Possident usque hodie superiores regiones & sicut Christiani Toletum, ita ipsi Hispalim, quam Sibiliam vulgariter vocant, caput regni habent; divinationibus & invocationibus more gentis familiari, studentes.

GOTHEHTEN, cogitationibus: Gl. Lipsii. Somnerus: Nos geduchten. Cogitatio Sax. *gethoht*. Vid. supra *Dahta*,

GOTELEIDON, abominatio divina. Otfr. IV. 7, 67.

Thaz kurzit Druhtin sare
thurub thie druta sine,
Thurub den Goteleidon,
mit sinen ginadon.
Quod abbreviat Dominus sanè
propter fideles suos,
Propter abominationem divinam,
per ejus gratiam.

Vide infr. *Leid*, abominatio. Et ita intelligenda & emendanda quæ dicta sunt Observ. ad Chron. Königsh. VIII. §. 7.

Unde *Guteleute*, hodie speciatim Leprosi, tanquam maximè abominabiles.

[Stadenius Explic. Voc. Bibl. Germ. p. 397. hunc Otfridi locum ita transferendum censet. *Das verkürzet der Herr bald wegen des ihm leidigen*, nempe de AntiChristo magno Otfridum loqui, quem veteres Matth. XXIV. 22. prædictum putarint. Scherzio autem in Not. neque Schilteri neque Stadenii interpretatio satisfacit. Facile enim (inquit) videre est, hunc versum loqui de subjecto, in cujus favorem DEus ante diem novissimum, dies mundi abbreviabit, ergo nec per Dei abominationem, nec per DEI passionem, nec per AntiChristum verbum *Goteleidon* est exponendum. Mihi *Goteleidon* videtur significare eos, qui ad DEum vel ad bonum ducunt. *Leitan*, *leidan* idem esse ac ducere, notissimum est. (vid. inf. suo loco) Hinc *Goteleito*, *Goteleido*, Dux ad DEum vel ad bonum. Hæc ille. Quidsi vero, quum *Leid*, angorem, *leidon*, angere, contristare, secundum ea quæ Schilterus infra notat, significet, *Goteleidon* explicetur, *der um Gottes willen leidet?* ut sensus sit. DEum abbreviare dies tribulationis propter illum populum qui ob nomen ipsius contristetur, angatur, & tamen gratia

apud

Digitized by Google

§. VIII.

ALPHABETUM GOTHICUM

I. Ex Codice Argenteo.



II. Ex Ioh. Olai Histor. Goth. et Suecor. L. I. c. 7.



III. Ex Dureto vid. Bibl. Polyglott. Anglic.

IV. Ex Vulcanio de Lit. et Ling. Goth. p. 20. 24.



V. Dan. Rogersii. apud Vulcan. l. c. p. 43.



VI. Ejusdem Rogersii ibid. p. 44.



VII. Ios. Scaligeri apud Vulcan. p. 46.



Digitized by Google

Digitized by Google

apud illum polleat., quippe gratioſe electus. Sane manifeſtum eſt, verba Chriſti *Propter electos abbreviabuntur dies*, ab Otfr. hic transferri.]

GOTEWAIZ, adverbium affirmandi vel jurandi. [Hodie: *Got weis es.*]

Fragm. B. Hiſp. ℣. 4184.

Sie hiwen in ainen witen kraiz:
tha frumeten o(v)h, Gotewaiz,
Thie wotigen haithen
manegen Kriſtenen uaigen.

Et ℣. 4409. ubi formula provocationis ad Campum:

Mit kampe berethe ih in, Gote waiz.

Duello convinco illum, DEus eſto teſtis.

GOTOUUEBBI, Otfrid. V. 19, 91. ſed aliis videtur legendum GOLDWEBBI, texturæ aureæ: At habetur etiam apud Tatian. c. 200, 1. *Gotouuchbineru* tunichun, de Salvatoris chlamide coccinea ſive purpurea, & ℣. 4. *Gotowebbes*, Conf. Ant. Ruben. de re veſtiar. 2, 14.

[Vox *Gotouuchbineru* miſere Franc. Junium torſit, nullo tamen fructu veritatis. Nobis idem mendoſus videtur, ſequentem in modum reſtituendus, ut legatur *gotouuebbineru*, à ſubſtantivo, quod mox §. 4. occurrit, *gotouuebbe*, quaſi Germanice dicas *gut gewebe*, ad excellentiam texturæ, qua pannus purpureus conficitur, ſignificandam. Firmat hanc conjecturam vox Angl. Sax. *godeuuæbbe*, *godeuuebbe*, quæ, quanquam vulgo pro purpura coccinoque accipiatur, proprie tamen omne genus byſſini ſericique tenuioris atque delicatioris notat, interprete Somnero in Diction. Componitur ea ex *god*, bonus, & *uæbbe* vel *uuebbe*, quod hodienum Anglis Belgisque telam ſeu texturam notat, & ſolere ASaxones, ad denotandam eximiæ bonitatis opinionem, tali compoſitione uti, exemplum docet *godæppel* cydonium, quod in Somn. l. c. extat, quæ omnia & in Francicam hanc vocem *guoto*, vel *gotouuebbe* competunt. Aut ſi cui forte magis arrideat ASaxonicæ vocis etymon peti ex *God*, DEus, is nos non habebit ſuæ ſententiæ refragantes, nam & quicquid præſtantiſſimum eſt, divinum dici, ſatis conſtat, & in Gloſſ. Boxhorn. eſt *cota uuabbes*, *cot* autem Keroni DEus, ſed *cuat*, bonum eſt. Quicquid ejus ſit. Obſervari hic meretur: Verba illa Gloſſar. Boxhorn. *uuizez cotauuabbes*, proprie ita reddenda, *alba byſſina*. Palthen. Not. ad Tat. p. 394.

Cotauuepi huizaz. Byſſum. Rhaban. Maur. Gloſſar. ap. quem & *Coto* divum. *Kauuepan*, contextum, *cotauueppi*, polita, occurrunt. v. Diecman. Spec. Gloſſar. Lat. Theot. p. 56.

Gotauueppinero, Jacynthina. Gloſſ. Monſ. p. 321. *des chunnes gotauueppe*, Jacyntho. pag. 321. 339.

Gotauueppinin, in coccineis. p. 345. *Rotas gota uueppi*, coccinum. p. 332.

Zuiro giseboteno gota uueppe, bis tincto cocco. p. 385.

Scipobtiu gotauueppi, ſcutulata. p. 340.

Kotauueppi, ſericum. p. 409. conf. inf. *Webbe*.]

GOVGRAVE, vid. ſupra *Gauv*.

GOVGVLAR, vid. ſupra *Gaukelet* & *Caukeler*.

GOVH, inſipiens, ſtultus: Notk. Pſalm. XLVIII. 11. *Der unuiſo unde der gouh uuerdent ſament ferloren*, ſimul inſipiens & ſtultus peribunt. Et Pſ. XCIII. 8. *Fernement unuiſige under liuten, unde ir goucha ferſtant iuh eteuuenne*. Intelligite inſipientes in populo, & ſtulti aliquando ſapite.

[Winsbeck. Paræn. ad Fil. §. 2.

Nu ſich der werlte go(v)chet an,
Wie ſi ire volger triegen kan.

Lutherus utitur voce *Gauch*, *geucherey*, eodem ſignificatu.] conf. ſup. *Chaucken*.

GOVMA, GOVMON, epulæ, vid. *Cauma*. & *Goima*.

GOVMA, obſervatio, attentio, memoria, recordatio.

Otfrid. II. 3, 43. de ſtella Magorum:

Er kundta uns thaz in ala not,
thaz ander uns ne zeinot.
Thaz gouma mannes nami.
bithiu uuas er ſeltſami.

Indicavit nobis omnimodo
quod alia nobis nos ſignificet
Ut obſervatio hominis (id) caperet.
propterea erat rara.

[Scherzius in Not. duos poſteriores verſus ita vertit.

Ut homo eo attenderet,
Ideo extitit hoc miraculum.

Idem Scherzius hanc vocem alibi quoque aliter quam Schilterus transfert, ut è ſequentibus locis patet.

Otfr. I. 1. 40.

Thc iſt gouma filu reini.

Schilt. Hic eſt attentio multum pura.

Scherz. *gouma* per delectationem vellet redditam.

Id. III. 18, 106.

Thes lichamen gouma.

Schilt. Corporis habitum.

Scherz. Corporis obſervationem.]

Idem. V. 8, 93. c. 25, 64. c. 6, 49. III. 7, 83. 87.

Gloſſæ Alem. *Kaumun nam*, animadvertit.

Goumen, obſervare, attendere, *in ächt nemen*.

Otfrid. I. 21, 8. de Joſepho:

Quamun bot imo in droume,
er thes kindes uuola goume.

Venit Angelus ipſi in ſomnio,
ut puerum bene obſervaret.

[Scherz. in Not. verſum poſteriorem vertit:

Ut ipſe curam pueri gereret.

Gouma eſt cura, cuſtodia. vid. Otfr. I. 8, 40.

Er thes uuibes uuola goume.

Schilt. Ut mulierem bene obſervaret.

Scherz. Ut mulieris bene curam gereret.

GOV.

Otfr. III. 17, 111.

Thaz thu bigoumes janer thir.

Schilt. Ut tu ſis memor perpetuo tibi.

Scherz. *Thu bigoumes* mallem redditum, *ut cures, ut caveas. gouma*, curam, attentionem ſignificare ex innumeris locis patet.]

Idem V. 25, 26. I. 13, 28. *goumptun thes febes*, attendebant gregi. conf. I. 23, 117.

Kumen ſih, recordari, Otfrid. V. 6, 65.

Kumen, conqueri, Otfr. IV. 26, 59. I. 22, 51. III. 10, 10. III. 24, 14. & 21. & 99. v. inf. Lit. K.

[*Goumaneme*, attendat. Gloſſ. Monſ. p. 385. *goumanemet*, videritis. p. 366. videte. p. 397. *goumanimit*, adtendit. p. 355. *goumanim*, adtende. p. 354. vide. p. 391.]

Goumiloſan, oblitus. Otfrid. I. 22, 20. de Parentibus JEſu:

Joh then einegon ſun
: goumiloſan liazun.
Et unicum filium
oblitum reliquerunt.

[Forſan *Goumiloſan* idem eſt ac *ſorglos*, absque debita cura ac ſollicitudine relinquebant.]

Gothis, *Gaumgan*, videre. ASax. *Gyman, begyman*, obſervare, cuſtodire. Fr. Jun. Gloſſ. Goth. p. 127.

[GOUUON. Otfr. I. 13, 7.

Thaz uuir oub mit then gouuon.
Ut & nos cum alacribus.

Scherz. Ut & nos cum pagis.
(i. e. incolis pagorum hujus territorii.)

Eadem vox recurrit ap. Otfr. III. 14, 148. ad quem Scherz. ſeqq. annotat. *Gouuon* eſt à *gouu*; quod regionem, ut & pagum, agrum notat. Hodie *gauu, gäuu, gouu*, dicimus. Gothis. *Gauga* eſt tractus ingens regionis alicujus. Theothiſcum Gloſſar. pagum exponit *gauuimez*. Belgis *gauu, geuu, goy, goo, gouue* eſt pagus; i. e. certum ac definitum alicujus regionis ſpatium. Friſiis *gæ* eſt pagus, vicus ruſticus, *gæ-man*, incola ejusdem pagi: *gæ-feynt*, adoleſcens eundem pagum inhabitans. vid. omnino Junii Gloſſar. Goth. voc. *Gauge*. Hæc Scherz. conf. ſupra *Gav*.

GOVUIPRIESTIRA, plebejani Presbyteri. Gloſſ. Monſ. p. 382.

GOZ, probabat. Gloſſ. Monſ. p. 338. à *Giezen*.

GOZOPHER, libamen. Gloſſ. Monſ. pag. 396. (Hodie *Gözenopffer.*) *Gozaphar*, libamenta p. 322. (leg. *gozopher.*) *Gozapharo*, libaminum. p. 350.]

GRABEN, ſculpere.

[*In gagrapanem katum*, in ſculptilibus. Gl. Monſ. p. 404.

In grapanaro erdo, foſſa humo. Gloſſ. Monſ. p. 332.

Grapo, agger. p. 334. (hodie *ein graben.*) *Grapono*, aggerum. p. 334.]

Graftpilide, ſculptilia, abkot. Notk. Pſ. XCVI. 7. conf. ſupra *Gigrap*.

GRA.

GRADEN, conſternere. *Gegradet*, conſtravit. Cant. Cantic. III. 9. conf. Not. Scherzii ad h. l.

Athargrati, Siſtentia venæ fluentis. Lex Baiwar. III. 1, 4. Vide ſupra *Athar*.

GRAENNVNG, rictus. Gloſſæ MSS. Angl. Sax.

GRAL, mons Veneris in Italia. Theodoric. à Niem. Lib. II. de Schism. c. XX. *Deinde cernitur mons S. Barbaræ in plano campo, eminens & rotundus, quem deluſi multi Alemanni in vulgari appellant der Gral, aſſerentes, prout etiam in illis regionibus plerique autumant, quod in illo multi ſunt homines vivi & victuri usque ad diem iudicii, qui tripudiis & deliciis ſint dediti, & ludibriis diabolicis perpetuò irretiti.*

GRAM. *Gremo*, irrito. Notk. Cant. Deut. 32, 21. *Sie gramdon mih in uppecheite, unde in unrehtemo Gote.* Ipſi me provocaverunt in eo quod non erat DEus, & irritaverunt me in vanitatibus ſuis.

Gramden, exacerbare. Notk. Pſal. LXXVII. 40. *Uuie diccho ſie in gramdon in dero uuuoſti.* Quoties exacerbarunt eum in deſerto. conf. Pſal. CV. 7.

Graemid, laceſſit. *Gegraemid*, laceſſitur. Gloſſæ MSS. Anglo-Sax.

GRAMMATICHE, Grammatica. Notk. in Pſalm. LXXVII. 12. *In campo Taneos:*] *in Ægypto dar Tanis die burg iſt, dero Genitivus Græcè iſt Taneos, i. Sinic uuebſil in Grammatiche in Chriechiſcun chit.*

Aurea Bulla Caroli IV. cap. fin.

Etymologiæ aut Orationis partes octo. Ruodeperti Epiſtola apud Goldaſt. Rer. Aleman. T. II. P. I. pag. 63.

Nomen, *namo.*
Pronomen, *fure daz nomen.*
Verbum, *wort.*
Adverbium, *zuoze demo verbo.*
Participium, *teilnemunga.*
Conjunctio, *gevügeda.*
Propoſitio, *fureſezeda.*
Interjectio, *underwerf.*

Ibidem.

Nomini quot accidunt?

Wie manegin volgent temo nomini? Sex. Quæ? Qualitas, the wilichi. quæ? ſubauditur, ubiz eigin ſi, alde gemeine ter ſubſtantiæ, alde des accidentis.

Comparatio, de widermezunga. Cujus? tis comparativi, alde dis ſuperlativi zuo demo Poſitivo. Genus, tis chunne. Cujus? ſin alde - - - - -

Namo uncherlich, nomen indeclinabile. Notk. Pſal. LXXVII. 43.

Subſtantiva, non Verba ſunt Radices linguæ Germanicæ: quia breviores ſunt radices, quàm verba ut derivativa.

v. gr.

Digitized by Google

v. gr. *Wage*, *wegen*, *wiegen*.
Slag, *Slege*, *slagen*.
Mal, *mel*, *mile*.
Kal, *kelen*, *kiel*, penna denutato ab ave.
Zal, *zelen*, *ziel*.
Wal, *welen*, *wile*.
Rach, *rechen*.
Strak, *ſtrecken*, *ſtrick*.
Talg, *telg*, *tilgen*.
Stark, *ſterken*.
Dank, *denken*, *dinc*.
Zwang, *zwingen*.
Stank, *ſtinken*.
Hang, *hengen*, *hinken*.

Nominativus, *ſelb namin*. Notk. Pſ. LXXVII. 43.

Genitivus, *dannen burgti inſin*. Notk. d. Pſal. LXXVII. 43. lego : *burtigin*. vid. ſupra.

Hyperbole, *uberſtepheda*, Notk. Pſ. CXVIII. 136.

GRANG, Grengel, Grendel, Grangia, In clauſtris vel Grangiis.

Grania. L. Alem. c. 81. §. 2. idem quod horreum, Gloſſa MS. Vid. Du Fresne Gloſſar. voc. *Granea*.

Hinc fortè vocabulum ruſticum *Grengel*, *grendel*, *damit die weg oder einfart der dörffer verſperret werden*. Index MS.

Grangia & Curia promiſcuè ſumuntur in Diplom. vet. ùt Lucellenſi. p. 48. & 259.

[GRANT, collectaculum. Gl. Monſ. p. 400. *Granter*, coagulatus. p. 353.]

GRAP, ſepulcrum. Otfrid. ad Salom. ℣. 58. *Grebir*, ſepulcra. Otfrid. IV. 34, 5. & 10. *Græpum*, *ſcrobibus*. Gloſſæ MSS. Anglo-Sax.

GRAPHANS, L. Longob. II. 21, 3. *Nulli liceat alium pro alio pignorare, excepto illo, qui Graphans eſſe invenitur*, i. e. *cohæres ejus proximior, qui ad illius hæreditatem, ſi caſus evenerit, venturus eſt*. ita legitur vulgò, ſed verior lectio MSS. eſt GAFRAND, quod corruptum tamen eſt, ex *Gafreund*, cognatus.

[GRAST, fœnum. Tatian. 38, 5. *Oba thas graſt thes accares, thas hiutu iſt, inti morgana in ovan uuirdit giſentit*. Si fœnum agri, quod hodie eſt, & cras in clibanum mittitur. Islandi adhuc *graſed*, Sueci *græſet*, Germani abrupte *gras*, dicunt. Palthen. Not. ad h. l. p. 363.

Gras, fœnum. Gloſſ. Monſ. p. 391. 397. Rabacaulis. p. 414.]

GRAVE, *Grefe*, *Gerefe*, *Reve*. Capitul. Franc. MS. 4, 19. *Grauun*, comitem. *Graſceſſi*, comitatus.

Tatian. c. V. 11. de Cyrenio. *Fon themo Grave Cyrine*, à Præſide Cyrino. it. c. 44, 12. Chriſti prædictio refertur. *Zi Gravon, inti zi Cuningon uuerdet ir gileitte thuruh mih* : Ad Præſides & ad Reges ducemini propter me. C. 192, 3. de Pilato. *Saltun themo Pontiſgen Pilato Graven*: tradiderunt (JEſum) Pontio Pilato Præſidi.

[*Krauo*, *odo Scultheizzo*. Procurator, proviſor ſecularis honoris. Gloſſ. Monſ. p. 403.]

Ita vocati à Germanis, qui juri dicundo per pagos & vicos præerant, quorum Aſſeſſores *Scheffen* ſeu Scabini dicti. Tacitus de M. G. c. 12. illos vocat *Principes*, hos verò eorum *comites*. ait : *Eliguntur in iisdem conciliis & Principes, qui jura per pagos vicosque reddunt : centeni ſingulis ex plebe comites, conſilium ſimul & auctoritas, adſunt*. Sed à Germanis Latinè ſcribentibus non Principes, ſed Comites appellati, eò quod Regum comites eſſent. Paulus Diacon. Lib. V. Hiſt. Longob. cap. 36. *Hic dum Dux eſſet in Tridentina civitate, cum Comite Boiariorum, quem illi Gravionem dicunt, qui Buzam & reliqua caſtella regebat, conflixit*. Statuta Wilhelmi Regis Scotorum Cap. 3. *Statutum fuit apud Montroſe, quod cùm Rex in aliquam Provinciam venerit, judices primâ nocte ad eum venire debent. Nec liceat eis à Curiâ Regis recedere, antequam Rex exeat ab illâ Provinciâ, niſi per licentiam Regis. Et ſi quis ſine licentia diſcedat, dabit Domino Regi octo vaccas ad forisfactum*. Dicti enim etiam καϑ' ἐξοχὴν *Judices*. Gregor. Turon. Lib. VII. c. 42. & paſſim, poſtea etiam *Judices Provinciales*, *Lantrichter*. Jus Alem. Feud. & Sax. eò quod ordinarii judices erant Comites, etiamſi ad marcam aut maritimam cuſtodiendam deputati, Kapitul. Franc. Lib. IV. cap. 5. Lib. II. c. VI. Præterea & Tributa ac ærarium curarunt, *Gregor. Turon. Lib. VI. c. XXII. Lib. VII. c. XXIII*. Marculph. 1. *Formul.* 8. Unde & Judices Fiſcales dicti. Lex Ripuar. c. 35. *Judicem Fiſcalem, quem Comitem vocant*. Vetus Diploma ab H. Spelmanno laudatum : *Judicem Fiſcalem, quem Graſionem appellant*. confer. Lud. Cantarell. Fabr. Lib. I. de Feud. c. 7. Vicarius ejus Centenarius dictus : Lex Aleman. c. 36. pr. *Conventus ſecundum antiquam conſuetudinem fiat in omni Centena coram Comite, aut ſuo Miſſo & coram Centenario*. Hinkmarus Epiſt. pro Epiſcopis c. 3. *Reges in regnis & Palatiis ſuis, & Regum Comites in civitatibus ſuis, & Comitum Vicarii in plebibus*. H. Spelmann. in Gloſſario ; *Sed videant Eruditi, ne malè decernant de Comite & Graſione : nam licet confundantur ſæpiſſimè, revera tamen diverſi ſunt. Propriè enim COMES eſt, qui gladio Comitatûs cingitur. GRAFIO is, qui ejusmodi Comiti eſt à vice & à juribus Comitatûs exigendis. Sæpè igitur in Conciliis & antiquis Legibus, ſemper in Wiſigothorum, VICARIUS dicitur : in Normannorum utique VICECOMES*, &c. De Etymo ſollicitus Jo. Iſac. Pontan. Lib. VI. Orig. Franc. c. XIV. tentat, *an à foſſis fortè, quia limitibus præerant, Graven & Markgraven i. e. limitanei dicti ? an aliunde potius, alii videant. Veram & certam qui dederit, vir eſto*. Idem de Foſſis opinatur *Heigius P. I. qu.* 2. Verum officium Gravionis proprium & ordinarium non fuit Limitaneum, ſed ſpecies Comitum peculiaris eaque ſuperioris clypei erat & adhuc eſt, qui Marchiones dicuntur. Ne quid aliud de hâc alluſione addam. Gloſſarium à Guil. Lamberto Anglorum Legibus adjectum : *Præfectus vel Præpoſitus Saxonicè Gerefa & Scyrgerefa, & Hihgerefa. Vocabulum (ùt ego conjecturâ auguror) à gereccan, quod regere ſonat, ductum : ut ſit Gerefa quaſi Gercefa, facilis eſt enim lapſus. Legum Alemannorum & Boiariorum, quisquis is fuerit,*

rit, Interpres **Gerefa** *hunc noſtrum* **Grafionem** *vertit; neque interim me latet longè diverſam reperiri in Legibus Guilielmi* (fortè μνημονικὸν ἀμάρτημα, & Edoardi Confeſſ. dicere in animo habuit Lambardus.) *hujus vocis derivationem. Utcunque ſit, de hoc mihi dubium non eſt, eundem eſſe* **Gerefa**, *qui hâc noſtrâ memoriâ vulgò* **Reve**, *abjectô* **Ge**, *quod apud Saxones ſemper ferè ſuperfluum eſt, dicitur. Atque ita* **Scyrgereve** *is eſt, quem Nos hodie* **Shyrife**, *vel potius* **Shyre Reve** *appellamus.* Rex Anglo-Saxonum Edoardus qui regnare deſiit An. Chriſti 924.

Eadweard Cyning byt them Gerefum eallum. i. e. Edowardus Rex mando Grafionibus omnibus, &c.

Ex ejusdem Edoardi Confeſſoris legum cap. XXXV. hæc refert H. Spelmannus: *Greve quoque nomen eſt poteſtatis. Latinorum linguâ nihil expreſſius ſonat quàm Præfectura, quoniam hoc vocabulum adeò multipliciter diſtenditur, quod de Scyra, de Wapentachiis; quemadmodum etiam eſt Leth, de Hundredis & Burgis, etiam de Villis, Greve vocetur. In quô idem ſonare videtur & ſignificare, quod Dominus. Videtur etiam quibusdam* **Greve** *vocabulum eſſe nomen compoſitum ex Anglico* **Grith** *& Væ Latino.* **Grith** *enim Pax eſt, Væ, miſeria. —* **Greve** *igitur dicitur, quod jure debeat* **Grith**, *i. e. pacem ex illis facere, qui patriæ inferunt Væ, i. e. miſeriam & malum. Teutonici etiam & Friſones & Flandrenſes, Conſules ſuos* **Mergreve**, *quaſi Majores dominos & bonos pacificos vocare ſolent. Et ſicut modò vocantur* **Greve**, *qui ſuper alios Præfecturas habent, ita apud Anglos antiquitus vocabantur* **Ealderman**, *quaſi Seniores, non propter Senectutem, quam quidam adoleſcentes eſſent, ſed propter ſapientiam.* Idem H. Spelmannus: **Ge** *in* **Gerefa** *tantùm eſt particula verbis & verbalibus adjecta. Simplex igitur vox eſt* **Refa**, *& pro hâc Nos hodie* **Reve**, *utimur. Nominis ratio inde videtur proveniſſe, quod hic Magiſtratus ad jura fiſcalia exigenda datus eſſet: nam* **gerefen** *&* **reafen**, (Germanis *Greiffen* & *Raffen*) *eſt tollere, rapere, exigere. Inde in L. Salica. Tit. XXXIII. & Ripuar. Tit. LXXXIV.* **Si quis Grafionem ad res alienas injuſtè tollendas invitaverit**, &c. *Ex hoc apud Authores medii ſeculi* **Exactor** *ſæpiſſimè nuncupatur.* Suggerius de poſſeſſ. B. Dionyſii: *ab oppreſſione* **Exactorum regiorum, quos dicunt Grafiones, multo labore multisque placitis emancipaveram.** *Et Gloſſarium quoddam Saxonicum:* **Gerefan, Cenſores, Exactores.** *Hæc noſtra ſententia.* Sic & Gloſſæ MSS. Anglo-Sax. *Giroefan, Cenſores*, & *Giroefa, Commentarienſis.* Atque pro Spelmanno facere videtur, quod Jus Feudale Alemannicum inter clypeos militares non Gravionum ullam facit mentionem, ſed ſub nomine *der Fryen Herren* complectitur illam dignitatem. *Vid. Commentar. noſtr. ad cap. I. §. 13.* Et confer. *Pithœi Gloſſar. in Leg. Salicam.* Attamen certum eſt, jamtum in Lege Ripuariorum, Comitem, Grafionem & Judicem Fiſcalem promiſcuè ſumi, & Tungino atque Centenario opponi, Vid. Tit. L. LI. LIII. Et L. Salic. Tit. XLVII. Atque ejusdem dignitatis nomina eſſe, jam ab aliis obſervatum fuiſſe, Steph. Baluzius ibidem annotavit. Hoc tamen utique verum, Grafiones diverſi eſſe generis, utpote analogi, ut Dialectici loquuntur: hinc *Dinkgrafen*, Tungini, *Centgraven*, Centenarii, *Gograven*, *Salzgrafen*, *Holzgrafen*, &c. qui neutiquam Gravionum Dignitatis καθ' ἐξοχὴν participes, ſed Magiſtratus ſunt meri atque judices inferiores in ſuo genere, atque ab ipſo Tacito *Comites Principum* vocantur. Itaque hoc potius videant Eruditi: An *Grafio* propriè & primariò ſit Germanis, qui gladiô Comitatus cingitur, ùt loquitur Spelmannus, h. e. Comes? quod etſi ille negat, tamen eô ipſô αἰτεῖ τὸ ἐν ἀρχῇ. affirmativam autem & Lex Salica, & Ripuariorum, & Paulus Diaconus confirmant. Cui accedit Fredegarius in Chron. quod deſinit A. C. 739. cap. 74. *Scaram de electis viris fortibus — cum Ducibus & Grafionibus ſecum habens.* Confer nobiscum ſentientem Du Fresne in *Gloſſar. voc. Grafio.*

[Vocem *Grave* rectiſſime uſurpat Interpres Tatiani pro judice atque Præſide Provinciæ, cujus poteſtas omnis ab eo, qui ſummum habet imperium, pendet. Sed quod officii olim, id hodie hæreditariæ dignitatis vocabulum eſt, Germanis, Suecis, Danisque uſitatiſſimum. AS. eſt *gereve*, ex quo pronunciatio Normannica moderna Anglorum vocem *Sherif* videtur effeciſſe. Palthen. Not. ad Tat. p. 311.]

Titulus Graviorum vel Comitum temporibus Fridericorum ferè omiſſus, & Dominorum prælatus, aut & hic omiſſus; Ita Comites de Limpurg, Pincernæ Imperii, illis temporibus, tantum ſubſcripſerunt neque Comitum neque Dominorum titulo, ſed tantùm Pincernæ de Limpurg. Item Comites de Hohenloe tantum titulo familiæ uſi, v. g. Gotofredus de Hohenloe. Item Conradus de Durn, &c.

Conf. Diſſert. de Landgr. Alſat.

[GRAUVINUN, ad canos. Gloſſ. Monſ. p. 335.]

GRAZZO, valdè. Otfrid. II. 19. 21. & 31.

GREHT, *Gerecht*, rectus, directus. Notk. Pſ. XXV. fi. *Min fuoz folleſtuont in grebti*, i. e. pes meus ſtetit in directo, rectitudine. Idem Pſal. XCIII. 15.

Crehtô uuerden, acquiri, *zu recht werden*, jus quæſitum fieri. Notk. Pſ. XV. 6. *Mir iſt crehto uuorden zorfteȝ erbe*, i. e. Mihi eſt acquiſita præclara hereditas.

[*Grehta*, emendatos. Gloſſ. Monſ. p. 346. *Grehtiu*, pura. p. 330.]

Eregrehti, Majeſtas, gloria. Otfrid. I. 4, 33. de populo adorante:

Sinero eregrehti
uuarun thiggenti.

i. e.

Digitized by Google

i. e.
Suam Majeſtatem
erant adorantes.

Marq. Freherus ibi notat: *lege diviſim.* Sed videtur utique compoſitum ex *ere*, honor, & *grebti*, acquæſtus q. d. acquæſtus honoris, gloriæ, quæſita & jure competens poteſtas, Majeſtas. Idem Otfr. III. 20, 236. de cœco nato:

Nam mih von ummahtin
bi ſinen eregrebtin.
Liberavit me ab imbecillitate
per ſuam potentiam.

Et cap. ſeq. ℣. 66.

Petlin in giribti
zi ſineru eregrebti.
Mendicare rectà
ad ejus glorificationem.

Idem IV. 5, 44.

Thaz oli ouh thia ſlihti
thera ſinera eregrebti,
Oleum etiam (deſignat) æquanimitatem
ſuæ Majeſtatis.

Et cap. XXXI. 37. Latro ad Salvatorem:

Gihugi mit eragrebtin
thines ſcalkes, Drubtin.
Memento cum gratia
Servi tui, Domine.

[Scherzius h. l. in Not. vertit: *Memento cum majeſtate ſervi tui*, i. e. in Majeſtate, in regno tuo. At cum Otfridus non dicat, *in eragrebti*, ſed *mit eragrebtin*, mallem vertere: *Memento cum gloria ſervi tui.* qſ. dic. *Nimm mich mit ehren an.*]

Potentes enim ſunt Gratioſi, Clementes, Εὐεργέται, *Gnädige Herren.* Idem Otfrid. d. l. c. ult. ℣. 81.

Joh dankon io gimalon
then ſinen ginadon,
Siuera eregrebti,
ioh ſinera mahti.
Et gratias agamus publicas
ipſius Clementiæ,
Suæ Majeſtatis
& ſuæ Potentiæ.

Confer eundem Otfr. Lib. IV. c. 1. fin. Lib. V. c. 23. ℣. 581. Et Carm. Ludovic. in fin.

Significat etiam idem quod Juſtitia, ſed ſpeciatim Eleemoſynam, Otfr. II. 20, 2. vide ibi.

[Ad hunc locum Scherzius notat, vocem *Eregrebti* non ſignificare *juſtitiam*, ſed *majeſtatem, decorem:* verba igitur loci hujus

Oba thu armen uuihtin
dueſt droſt mit eregrebtin.

rectius ita explicari. *Facies*, ſeu facere vis, *aliquid ad ſolamen cum decore.*]

Vide & ſupra *Ero.* & infra *Kerebti.*

Krehte, potentia. Fragm. de Bell. Hiſp. ℣. 2798.

Wither ſusgetaner krehte
ia fiire ih̄ guoter knehte.

Contra talem qualem potentiam
duco ego ſtrenuos milites.

GREITAN. vid. *Cruzen.*

GREM *dier*, Bellua. Gl. Vet. Vid. *Crim, Grim.*

Gremen, irritare. Notk. Pſ. LXXIII. 10. Paſſivè Kilianus: *Gremen, dolere, mœrere, contriſtari, Sax. Friſ.*

[*Gremizaz*, triſtis. Gloſſ. Monſ. p. 352.
Gremize, triſte. p. 356.
Gremiziu, perturbata. p. 392.

GREPHTI, ſcalpturæ. pag. 340. vid. ſupra *Graben*]

GRIEBEN, cremium. Vetus verſio Pſalm. CI. 4.

GRIEN. Vide *Albergrin.*

GRIEZ. vide *Kriez.*

GRIFEN, apprehendere, tangere. hodie *greiffen. Griſin ciſamine*, ſimul comprehendere. Rhyth. de S. Annon. ℣. 201. Vide ſupra *Chraph*, ungula.

GRIFF, *gryphes*, animal alatum quadrupes. Sunt enim, inquit *Joh. de Janua*, Griphes alites ferè, & ſunt in omnibus leonibus ſimiles præter alas & facies, quibus aquilis conveniunt, & multum equos infeſtant & eis inimicantur, adeò quod equitem armatum cum equo in ſublime rapiant, ut dicit Hugo. Vel dic ſecundum Remigium, quod Griphes ſunt animalia terribilia & fortia, quæ corpus habent leoninum, pedes autem & alas & roſtrum ut aquila. Ideoque per terram currunt ut leones, per aëra volant ut aves. Königshov. Chron. c. 1. ſ. 115. de Alexandro M. & Hiſtoria Alexandri M. Teuton. Olaus Magnus *Lib. XIX. Hiſtor. gent. Septentr.* c. 27. " Neque Plinio neque Alberto Phyſicâ ratione aliqui videntur Gryphi eſſe in rerum natura, niſi ſecundum traditiones hiſtoriarum. Dicunt enim eos antrorſum aquilæ formam effigurare in capite, roſtro, alis ac anterioribus pedibus, licet multò majori quantitate: in poſteriori verò parte caudâ, cruribus imitari leonem: & in Aquilinis unguibus longos habere ungues, in leoninis verò breves & magnos; è quibus Scyphi fiunt, uti ex ovis Struthionum, ad bibendum, & ideò quosdam longos, quosdam breves Gryphorum ungues invenire. Habitant in Hyperboreis montibus, infeſti maximè equis & hominibus; tantâque fortitudine prædíti, ut equum & armatum ſeſſorem rapiant. Iſidorus tamen dicit, eos Gryphos eâ ratione vocari, quaſi animalia quadrupedia ac pennata, vivereque in montibus prædictis, equis infeſtos, etiam ut hominem decerpant. In Aſiatica Scythia terræ ſunt locupletes, ſed inhabitabiles, referente Solino; nam cùm auro & gemmis affluant, Gryphes univerſa tenent, alites ferociſſimæ, & ultra omnem rabiem ſævientes: quarum immanitate obſiſtente, advenis rarus acceſſus eſt. Viſos quippe decerpunt, velut geniti ad plectendam avaritiæ temeritatem. Arimaſpi cum his pugnant, ut lapides, qui ibi

„ ibi ſunt, intercipiant: ex quibus ſunt Sma„ ragdus, cyaneus & cryſtallus. Dicitur etiam „ libro de natura rerum, gryphes eſſe quadru„ pedes, capite & alis aquilæ ſimiles, ſed mul„ tò majores. In nido ſuo lapidem Agathen „ ponunt, nec dubium, quin ad aliquid utilem. „ Hi equis & hominibus maximè inveſti ſunt, „ ita ut homines armatos præliando ſuperent, „ & occidant. Dicuntur aurum effodere, & „ in effoſſi inſpectione gaudere. Gryphem in „ India, teſte Volaterano, quadrupedem eſſe „ aligerum tradunt, viribus potentem, leonis „ more recurvis unguibus, nigrum, priori par„ te purpureum, alis albicantibus, ore aquili„ no, igneis oculis, captu haud facilem, niſi „ pullum. Præterea nidificare in altis monti„ bus, & illi congredi nullum niſi leonem & „ Elephantem audere. Aurum inſuper in de„ ſertis fodere, & accedentes arcere, ex eoque „ nidos texere ferunt: ad quod ſurripiendum „ ſæpè venit mille aut duum millium hominum „ exercitus magno cùm periculo, tùm etiam „ quæſtu. Tertiò deinde aut quarto redeunt „ anno. ex Æliano. Philoſtratus verò in vitâ „ Apollonii libro III. ſcribit, hanc avem ſimul, „ & Phœnicem ſacram eſſe Soli, currumque So„ lis hiſce Gryphibus jungi: ſuperare inſuper „ Elephantes, & Dracones, omnia denique ani„ malia, præter Tigridem, quæ ob velocitatem „ ab eo aufugit: vultu quoque non multum ab „ humano differre. de animalibus autem bige„ neribus Vincent. in Spec. Nat. Lib. XXII. „ plura dicit. Etiam Plinius Lib. VIII. c. 21. „ ubi de equo pennato & ſimilibus multa di„ cuntur. Porphyrio eſt avis, contra modum „ aliarum unum pedem habens latum ad natan„ dum, alium verò fiſſum ad ambulandum: & „ id genus eſt in Balearibus Inſulis. Pegaſus „ (de quo Plinius) eſt equus pennatus, cor„ nutus & armatus, quem Æthiopia gignit, „ habet & alas ut aquila, valde monſtroſus.„

[*Grif.* Gryphem. Gloſſ. Monſ. p. 412.]

Hinc *Agriphare*, ungues protendere. Gloſſar. Du Freſne.

Lucidarius: *In der andern India ſeind leut, die heiſſent Macroben, die ſeind zwelff ellen lang, die fechten wider die Greiffen, die ſeind vornen geſchaffen, als der Leo, und habent federn und klawen als der Are.*

Confer. Olaus Wormius, Monum. Dan. Lib. V. p. 394. & Obſervat. noſtr. ad Königsh. pag. 568. §. 29.

[GRIHTET, ordinatus. Gl. Monſ. p. 361.]

GRIM. *Grim und ſtark*, Chron. Königshov. c. IV. 2.

Grima, maſcus. Gloſſæ MSS. Anglo-Sax. i. e. Striga. Vid. Du Freſne. *Gloſſar. voc. Maſca.*

[Tatianus de dæmoniacis in ſepulchris habitantibus & inde exeuntibus. *Thrato grimme*, ſævi nimis. Hodie *grimmig*, à *grimm*, furor. Palthen. Not. ad h. l. p. 371.

Grimmaz, effera. Gloſſ. Monſ. p. 356.

Grimmes, acharis. pag. 356. auſteris. pag. 399.

Piloh teoro grimmero, clauſtros caveæ. p. 407.]

Grimmen ſam die hunde, frendere. Fragm. de Bell. Hiſp. ℣. 2858.

[In typis expreſſa noſtra editione legitur: *Si grinen ſam die hunde.*]

Grimmin, pervicacia, de Judæis Iſidor. cap. 8. *Dhurah iro grimmin*, pervicaciâ.

GRINDEL, peſſulum. Iſidor. contra Judæos, c. 3, 3. *isrnine grindila ſirbribbu*, vectes ferreos confringam.

[Primitivum Gothicum eſt *grind*, fores clathratæ. vid. Gothric. ſag. p. 24. Hinc diminutiva ſunt. Francicum hoc *grindila*, quod vectem, & Anglo-Saxonicum *grindle*, quod obicem notat. vid. Benſon. in Vocab. Belgæ hodienum & Helvetii repagulum ſeu peſſulum *grendel* vocant. Palthen. Not. ad h. l. p. 400.]

Grintel, Cant. Cantic. V. 6. *Den grintel miner ture nam ih aba.* Peſſulum oſtii mei aperui.

Faſto fergrindelot habet dine porta: confortavit vectes portarum tuarum. Notk. Pſ. CXLVII. 2.

Iſena grindela, Pſ. CVII. *Iſenina gerindela*, vectes ferreos. Notk. Pſalm. CVI. 16. Vide ſupra *Grang.*

[GRINI, ganniret. Gloſſ. Monſ. p. 333.]

GRISCRAMEN, fremere. Notk. Pſal. II. 1. *Ziu griſcramoton*, quare fremuerunt.

[In editione Biblior. Germ. quæ Argentorati an. 1485. in f. prodierunt, hic locus ſimiliter ita vertitur. *Warumb Griſgrameten die heyden.* Ib. Pſ. XXXVI. 12. *Der ſunder wirt vermercken den gerechten, und griſgramt mit den zenen über in.* Obſervabit peccator juſtum & ſtridebit ſuper eum dentibus ſuis.]

Fragment. de Bell. Hiſpan. ℣. 3300.

Thie haithene plieſen ire horn.
Michel grisgramen unde zorn
was under in erplot.

Gentiles intonabant ſua cornua.
Magnus fermitus & iracundia
erat inter ipſos excandeſcens.

[*Cruſcrimmuat*, ſtrident. Gl. Monſ. p. 333.
Griſcrimmon, ſtridebo. p. 343.
Gruſcrimmotun, ſtridebant. p. 395.]

Gothis *Kruſts*, ſtridor. Matth. VIII. 12.

Anglo-Sax. *Griſtbitian*, frendere.

GRITIG, vide ſupra *Girida.* Gloſſæ MSS. Anglo-Sax. *Gredig, inhians.*

[GRITMALI. paſſus. Gloſſ. Monſ. p. 399.]

GRIUSIGEMO *einote*, in loco terroris. Notker. Cant. Deut. XXXII. 10.

GRIZWARTEL, Fragment. de Bell. Hiſpan. ℣. 4514. ubi judicium campi deſcribitur:

Thie kemphen waren wol gare,
Uermezzenlike komen ſie thare
Uffe zwain ziren marhen.
Tho uuiſte man ſie gezamene.
Thie grizwartelo ſie maneten.

Campiones erant benè parati,
ferociter adveniebant

In

Digitized by Google

GRI.

In duobus phaleratis equis.
tunc alter ad alterum ducebatur.

Confer. Goldaſt. Reichsſatz. P.II. pag. 89. Limn. J. P. VI. 5, 118.

Eorundem uſus in Torneamentis. Rixnerus MS. *Es ward auch zuvor und ehe aller Thurniergezeug und notturft beſichtiget*, &c. *Zum erſten Thurnier erwehlten ſie zu Grieswerteln vom Rheinſtrom, Graff Ellingern von Witgenſtein, von Schwaben Graff Georgen von Leiphein. Von Payern Graff Heinrichen von Fornbach. Von Franken Graff Ernſten von Caſtell*, &c. Conf. idem Limn. d. l. Wehnerus *Diſtributorem* reddit; quod non eſt, diſtribuebantur præmia à fœminis Illuſtribus. Vid. Knipſchild de Nobilit. Lib. II. c. 5.

[GROCCEZAN, crocitare. Gloſſ. Monſ. p. 383.]

GROETU, convenio, vel adjuro. Gloſſæ MSS. Anglo-Saxon.

[GRONISAL, *chimo*, germen. Gloſſ. Monſ. p. 408.

GROVUILA, fuſcinulas. Gl. Monſ. p. 322.]

GROZZII, groſſitudine. Kero. c. 55.

Grozer, magnus. Gl. vet. Otfrid. III. V, 40.

Unſer thurfti grozo.
Noſtras neceſſitates magnas.

[*Grozi*, graſſitudo. Gloſſ. Monſ. p. 338.]

Groſch, groſſus, vid. mox in voc. *Gülden.*

Groſs, de graviditate. Chron. Königshov. c. 1, 95. *Kunigin gerieth groſſen von der emphengniſſe.*

Gruoz, magnus. Willeram. in Cant. Cantic. pag. 133.

[*Grosdedige*, magnificus. *Der grosdedige kontenick Conrat.* ap. Goldaſt. Reichsſaz. P. I. f. 21. Reineſ. Vocab. MSC.]

GRUAZEN, *Gruozen*, alloqui, compellere, vocare.

Notk. Pſalm. XXVIII. fin. *Alluſiones ſint, die dingolib ſpilelicho des cruozent.* Alluſiones ſunt, quæ realiter ludendo, id nominant.

Er thanne thih Philippus gruazti, priusquam te Philippus vocaret, Tatian. XVII. 5.

[Hodie non tam pro alloquio, quam pro ſigno honoris, quod ſibi amici mutuo exhibent, itemque pro ſalute cuiquam per internuncium dicta Germani *grüſſen*, accipiunt. Palthen. Not. ad h. l. p. 339.]

So ſiu hirorades [*hirates*] *ſcal gegruozet uuerthan*, [*uuerdan*] quando compellenda eſt de Matrimonio. Cant. Cantic. VIII. 8. Willeram. pag. 157. n. 66.

Cruazenti, provocans, kempfflich grüſſen, Notk. Pſal. XLII. 2.

Cruazit unſih, provocat nos. Hymn. XII. 1.

Cacruaze uuan, provocet ſpes, Hymn. V. 5.

Ni kacruazze ſiant, ne incitet hoſtis. Hymn. XV. 3.

Cakruazte, concitati.

Kikruazzet, inritetis.

Kicruozon, provocent, Gloſſ. vet.

[*Gruozan*, provocare. Gloſſ. Monſ. pag. 336.

GRU.

Gruoztun, concitaverunt. p. 365.

Gruozora, irritatores. p. 339.]

Otfrid. IV. 1, 47.

Nub ih es uuaz gigruaze,
Nub ih es thoh bigiune.

Si quid aggredior,
Quod ſi incipio.

[Scherz. Quin id aliquo modo eloquar,
(eloquendo tangam)
Quin tamen ſuſcipiam.]

Idem Otfr. II. 4, 208. & II. 12, 56. III. 13, 98. V. 12, 2.

Inquirere, prædicere, meditari, Otfrid. V. 14, 57.

Sie thiz beede gruazent,
ioh uns iz harto ſuazent.

Hi ambo id prædicant,
& nobis valde edulcant.

Id. V. ult. 194.

Bithia iſt nu baz zi uuaro
thaz uuir gigruazen hiare.

Propterea eſt nunc melius profecto
ut prædicemus Salvatorem.

[Scherz. Ideo nunc melius eſt certe
ut dicamus hic.]

Rhythm. de S. Annone v. 231.

Daz ſcarphe mere gruozte.
Rigidum mare ſalutaret.

Ze zorne Gruazen, in irâ concitare, Notk. Pſal. LXXVII. 40. conf. ſupra *Gigruoz.*

[*Cruoziſal*, *odo urdreoz*, moleſtiam. Gl. Monſ. p. 402.]

Kruzman, Hercules Argentoratenſis, Hercules Provocator. Vid. Obſerv. noſtr. ad Chron. Königshov. pag. 550.

[Ubi non ſolum effigies ſtatuæ *Kruzmanne* è metallo confecta, & Argentorati in templo ſummo ad annum usque 1525. aſſervata, nunc Pariſios translata, ſiſtitur, ſed & notatur: nomen *Kruzmann* idem eſſe ac *Gruosmann*, h. e. uti hodie pronunciamus, *Groſmann. Grozzi* (ita pergit) Keroni notat groſſitudinem; apud Willeram. in C. Cant. *Gruoz unde ſcone*, notat *Gros und ſchöne.* Vel à provocatione gladiatorum ita vocatus eſt. *Kruazen* enim *cruozon* provocare ad certamen notavit. *Kruzmann* igitur idem eſt ac Hercules provocator.]

GRUBILO, Otfrid. V. 25, 127.

Suntar er thaz grubilo,
ſinthit er tha ubilo.

Quo magis id inveſtigat, (penetrat)
(eo magis) inveniet ibi malum.

[*Grupilet*, fodit. Gloſſ. Monſ. p. 351.]

GRVDLECHT. vide *Girida.*

GRUND, Fundamentum, Radix. Notk. in Pſal. LXVII. 14. *Rukke, dar die federa crunt eigin*, ubi pennæ radicem habent.

In grundo, funditùs, Notk. in Pſ. V. 3. *Mine beteſtimmo frummo ze dir in grundo*, vocem meam pre-

precantem dirigo ad te cordicitus. Idem Pſal. XXI. 28. in conſpectu DEI orare, *daz chit, in grundo.*

Cruntlaccha uuazzero, ſcaturigines aquarum. Notk. Pſal. LXXVII. 44.

Cruntſoufi, naufragium, Notk. Pſal. CIII. 17.

Kegrundſellot, fundata, Notk. Pſal. LXXVII, 69.

GRUNNI, ploratus, lamentationes, Otfr. I. 20, 31.

Odo merun grunni
mit kindu io giuuunni.
Aut majora lamenta
de liberis ducta.

Grun, lamentum, adverſitas lamentabilis, Otfrid. I. 22, 51. de S. Maria puerum JESVM quærente:

Kunta ſero then grun.
Duxit vehementer lamentationem.

[Deplorabat ſuam infelicitatem.

Grunni eſt calamitas, infortunium. Cap. 23, 83. æterna damnatio appellatur, *egiſclichun grunni*: & III. 21, 14.

Thaz thulta grozo grunni.
Quod tolerabat magnam calamitatem.

Scherz. Not. ad Otfr. p. 74.]

Conf. Otfrid. I. 23, 83. I. 28, 27. I. 23, 59. V. ult. 130.

Grunzen, deplorare, Otfrid. V. 25, 170.

Thie andere alle filu frua
ſero grunzent tharzua.
Alteri (mali) omnes multum cito
dolorem deplorant præterea.

[Cum *grunzen* ſit *grunnire*, verſum 170. ſic expono. *Valde grunniunt ad illud.* i. e. contradicunt, repugnant ei rei. Scherz. Not. ad h. l.]

Id. cap. 23, 504.

Thaz ereſt ob gigrunze.
Quod demum deploret.

[Pro *ereſt*, *er es thoh* habent Codices Vindob. & Vatic. unde verſum ita reddo. Quod prius tamen deploraverat: i. e. mala quæ nos mortales in mundo ſentimus, & quæ nos ad ploratum, *imo grunnitum*, invitaverant. Scherz. Not. ad h. l.]

Kilianus: *Grunnen, Flandr. Grunnire. Gall. Groigner. Angl. Grunte.* Hodiernum *Greinen*, plorare.

GRUON, *Cruoni*, viror. Notk. Pſal. LXVII. 14. *Pleich cruoni goldis*, virorem auri.

[*Gruoni*, gramina. Gloſſ. Monſ. p. 323. *Gruoti*, viror. p. 334. legendum arbitror *gruoni*.]

GRUOVA, Lacus: Gloſſæ Lipſii. addit: *quaſi groeve, nobis foſſa.* Somnerus: *Ejusdem fortè originis ac noſtrum Grave, Belg. Graf & Grave, ſepulchrum. Lucus etiam nobis Grove, de quo Spelmannus noſter in voce Grava.* Nobis *Grube*, fovea. *Grab*, ſepulcrum, utrumque à *Graben*, fodere.

GRUSEL, *den Gruſel hurnen, Gruſelhorn*, Argentoratenſe cornu, æreum, quod bis de nocte canitur in memoriam proditionis Judæorum apertæ. Vid. Append. ad Chron. Königsh. p. 1114.

GRUSSEN, laudare. Luc. VII. 16. MS. *und gruſſent GOT*, & glorificabant DEVM, ἐδόξαζον. conf. ſupra *Gruazen.*

[GSCEPHENTER, creans. Gloſſ. Monſ. p. 335. à *Scapban.* quod vide.

GSOUMI, apparatum. Gl. Monſ. p. 364.]

GUALAPUZ. v. *Balepauz.*

GVAT, GVT, GVD, *Kuot*, bonus, probus. v. ſupra *Cuat.* Otfrid. ad Salomon. ℣. 91. ſq. & paſſim.

Guat, bonum, donum, quod DEVS cuilibet impertit, Otfrid. II. 13, 6. de CHRISTO:

Ni mizit er imo ſinaz guat,
So er uns ſuntigon duat.
Non admetitur (Pater cœleſtis) Ipſi ſua dona,
ſicut nobis peccaminoſis facit.

[*Guati* Scherz. vertit præſtantiam, virtutem. Otfr. I. 1, 155. *Bi iro guati.* ob ipſorum præſtantiam virtutem.

Otfr. I. 23, 91.

Odo fordorono guati.
Aut majorum virtutes.

Probitatem. Otfr. II. 16, 59.

Then man b'iro guati.
Quibus propter ipſorum probitatem.

Id. III. 10, 84. *thio guati*, probitatem, præſtantiam & conſtantiam in fide.

Guate, pii. Otfr. I. 28, 4.

Fon then guaten ni giſceide.
A piis ne ſeparet.]

Ze guate, in bonam partem. *Zeguate chatten*, benedicere, Pſal. LXXXV. *ze guote gechattoſt tu dina erda.* Benedixiſti terram tuam. Otfr. I. 4, 4. de S. Zacharia:

Zi guate ſi er ginanto,
In benedictione ſit nomen ejus.

Zi guate gruazen, ſalutare, benedicere, Otfr. II. 15. pen.

Idem c. ſq. ℣. 17.

Salig ſint zi guate,
thie rozegemo muate.
Beati ſunt in benedictione,
lugentes animi.

Notkerus Pſal. XVII. 47. *Der ze guote genando min Got*, benedictus DEVS meus.

Otfrid. III. 24, 20. de Martha:

Seragema muate
irgiang ir uz zi guat.
Triſtitia animi
exilt in benedictionem.

[*Noh*

[*Nob guot chnebt*, non vir. Gloſſ. Monſ. pag. 326.

Guoti, probatione. p. 358.

Guoten liumunt, teſtimonium. p. 366.

Guoteſpetot, benedicat. p. 395. *Guoteſpetota*, benedixit. p. 325.

Guotſprabiu, eucharis. p. 354.]

Zi guate bören, auſcultare attentè, Otfrid. II. 19, 26.

[Rectius vertitur *ad bonum, ad commodum, euch zu gut.* Scherz. in Not. ad h. l.]

Guataliches wualtent, benedictione fruantur, beati, Otfrid. II. 16, 25.

Guatlich, benedictio. Otfrid. V. 3. fi.

Joh mir hiar zi libe
Guatlich io klibe.
Et mihi hîc in vita
benedictio adhæreat.

Guatalih, etiam juſtitiam ſignificat. Otfrid. I. 25, 24. Chriſtus ad Johannem Bapt.

Uns limphit hiar mit uuillen
guatalih irfullen.
Nobis decet hîc ſponte
juſtitiam adimplere.

[*Guotlübbin*, gloriam. Iſidor. III. 6. *Got ſendida mih after guotlübin zi dheodem.* DEus poſt gloriam miſit me ad Gentes. Vox illa paſſim in ſqq. apud Iſidor. occurrit, gloriæque illud optimum atque præſtantiſſimum genus, quod ex opinione eximiæ bonitatis oritur, videtur deſignare, aut id ſaltem, quod bonis placet, exprimit. Conf. Gloſſ. Lipſ. in *guolikan ſal* glorificabunt. Legitur & ap. Iſidor. IV. 6. *gotlübbin*, quæ vox tamen interdum etiam adjective uſurpatur pro divinus. Palthen. Not. ad Iſid. p. 403. In noſtra editione legitur pro *guotlübbin*, *guollübbin*. conf. inf. *Guuallichi*.]

Guodlichan. vid. *Licon*.

Guati, juſtitia, Otfrid. II. 18, 11.

Ni eigut ir merun guati.
Niſi abundaverit juſtitia veſtra.

Gratia, gratioſitas, Otfrid. ad Salom. pr. clementia. Id. ad Ludovic. R. ℣. 89. IV. 36, 25. & paſſim.

Gut, bonum, fundus, allodialis vel feudalis. Itemque ejus æſtimatio, pretium, & quod intereſt. Jus Feud. Alem. c. 21. in fi. *Gebe ime denn anders guts alſo vil, als das gut wert iſt*, i. e. æſtimationem ejus.

Gudeman, Nobilis, homo equeſtris ordinis, Saxonibus. *V. Meibom. Not. ad North. Orig. Marchan. pag.* 419. Rhythm. Ludov. ℣. 32. & ib. notat. mea. Vetus translatio epiſtolæ Samuelis Afri ex Latino in Germanicum ab Alphonſo Hiſpano: *Ich bruder Alfonſus ein gutmenſche von Spangen.*

[*Thu guotman*, optime vir. Fragm. Colloq. Chriſti cum Samarit. ℣. 13. *Guotman* proprie bone vir. Saxones nobiles appellant *Gutman*, nobilitas enim debet ſtudere virtuti, & prodeſſe ſuis. Palthen. Not. ad h. l.]

Gute knebte, ſtrenui milites, Fragm. de Bell. Hiſp. ℣. 2494. 2799. 3147. Chron. Sax. Vet. f. 1350. b. Chron. Königsh. V. 81.

Kuotman, formula vulgaris, pro qua hodie: *Mein guter freund, guter menſch;* Petrus negans ſe diſcipulum Chriſti Luc. XXII. 58. *Kuotman, ih ne bin*, O homo, non ſum. Notk. Pſalm. LXVIII. 20.

Notk. Pſ. CXXVII. fi. *über ieglichen guoten man:* ſuper Iſraël.

Gothis, *Gods*, *goda*, bonus. *Guds*, decorus, honeſtus, nobilis, Marc. XV. 43.

Godakunds, Gothis Nobilis, εὐγενὴς, Luc. IX. 12.

Goteuuuto, nobilis tyrannus, de Herode. Otfrid. III. 19, 36.

Gotfæder, ASax. Patrinus. Sermo Cath. in Not. ad Bedæ Hiſt. Eccl. L. III. c. 7. *Se mæſſe preoſtaxath the cild. Withſæcſt thu deoſle. Thonne andwyrt ſe Godfæder: thæs cildes wordum. andcweth. Ic withſace deoſle.* i. Sacerdos interrogat infantem: Renuncias diabolo? tunc reſpondet Patrinus infantis verbis & dicit: Ego renuncio diabolo.

Gotſpel, Evangelium, *gotſpellon* evangelizare, Tatian. XIII. fi. XXII. 1, 4. v. *Spillon*.

Godwett, paſces: Gl. MSS. ASax.

GODAN, *Wodan*, Longobardis DEVS, quaſi bonum faciens, & latinè *Stilbon*, quaſi ſtillans bona, Mercurius: *Gobel. Perſ. Cosmodr. et. 6. c.* 38. Gloſſæ MSS. ASax. *Woot, eloquentia, facundia.*

GUDA, *Gudga*, *Gudgi*, *Gudbus*. v. *Cot*.

Gute lüte, leproſi. Chron. Königsh. pag. 915. Kilian. p. 154. *Godeman & per Syncopen Gosman, mendicus, coactor ſtipis. Gall. Caiman, caymand, mendicus. & caimander, mendicare, cogere ſtipem. Gode lieden, goylieden, mendici. Godewyf, goywyf, mendica.*

Guoteloſi, impietas, Notk. Pſ. LXXII. 6. Pſ. LXXVIII. 8.

Gutthügig, benignitas. Jo. Keiſersp. Brosl. f. 38. *Der ander bach oder flus der flüſt von dem brunnen (Göttlicher liebe) iſt Benignitas, Gutthügig. Wer Got lieb hat, der hat ſein nechſten auch lieb — er thut auch guts dem den er lieb hat, darum ſo kan ich es nit bas tutſchen denn gutthügig. Laurentius Valla undere Lateiniſchen die verſpotten die Theologen mit iren tutſchen, iſt nit vil daran gelegen.*

[GUOTTAT, lux. Gloſſ. Monſ. p. 351.

Guottati, profectu. p. 380. divitiæ. p. 351.

Guottaz, confricatus. p. 392.

GUAZAN, aſſentire. p. 364. cohibere. pag. 379.

Guazta, conſenſi. p. 377.

Guazter, admiſſus. p. 382.

Guazenter, conſentiens. p. 365.

Guacenta, cohibentes. p. 376.

GUINURUOTI, infatua. p. 327.]

GUERE. vid. *Were*.

GVLTE, v. *Gelten*. *Gülten*, *Gylten*, efficere, præſtare operâ, Otfrid. V. 4, 53. de angelo lapidem de ſepulcro Chriſti volvente:

Digitized by Google

GVL.

Ni thaz er thara gulti,
thaz er then uueg girunti.

Non ut exinde efficeret,
quò viam aperiret. egrediendi è ſepulcro.

[*Giilti*, pro *gulti*, MSCta legendum eſſe docent. Ita igitur priorem verſum redderem. *Non ideo huc properavit*, ſeu acceſſit, angelus ſcil. ille. Scherz. Not. ad h. l.]

Idem V. 16, 13.

Gibot in, thaz ſi gültin.

Mandavit eis, ut præſtarent, exhiberent.

[*Giilten* Codex Vindob. & Vatic. habet, unde verte. *Mandavit iis ut properarent.* Scherz. Not. ad h. l.]

Güldi, opera, efficacia, Otfrid. ad Salom. ℣. 27.

Odo in then thingon
thio guldi ſo gilungon.

Aut (quod) in his rebus
opera (mea) ſic profecerit.

[*Guldi* eſt vere idem, quod *gedebti*, virtus, prævalentia, à *gelten*. Scherz. Not. ad h. l.]

GVLDEN, *Goldgülden*, Solidus, aureus.

§. I.

SOLIDVS, moneta aurea, à Romanis Impp. Aureo ſubſtituta, qua de re Plin. *Jo. Fr. Gronov. de Pecun. Vet.* Sed cum aurum Gallicum à Romano differret æſtimatione intrinſecâ, uti hodieque auri Rhenani & Ungarici eſt differentia: itaque jam tum ſub Romanorum imperio Solidus Gallicus vilioris fuit pretii, quàm Romanus. Exponit hoc anonymus Auctor Romanus de Limitibus agrorum: *Juxta Gallos viceſima pars unciæ Denarius eſt: & XII denarii ſolidum reddunt: ideoque juxta numerum denariorum tres unciæ quinque ſolidos complent. Sic & quinque ſolidi in tres uncias redeunt: nam duodecim unciæ Libram viginti ſolidos continentem efficiunt.* (Videatur totus contextus.) Item Imp. Majoranus Novell. Lib. IV. T. I. *Nullus ſolidum integri ponderis calumnioſæ adprobationis obtentu recuſet exactor, excepto eo GALLICO, cujus aurum minore taxatione æſtimatur.* Unde diſcimus non omnem ſolidum Galliæ minus pratioſum fuiſſe, ſed eum tantùm qui aurum tale continebat, quod vilioris æſtimationis. Neque enim hîc privatam Gronovii ſententiam *Lib. III. de. Pec. Vet. c. 6. in add.* admittere poſſumus, quaſi ſolidus Gallicus minus auri habuiſſet. Certè Imperator non de quantitate & pondere ſolidi loquitur, ſed de ipſius auri, ex quo ille conflatus, bonitate & ſubſtantia viliori & inde dependente æſtimatione. Igitur ex his apparet, & Solidum & Denarium Gallicum à Romano etiam ſub Romanis differre.

§. II.

Franci cum potiti Galliâ imprimis Treviri, & auro Gallico uſi, & Solido Gallico, & Denario argenteo, reſpectu Solidi Gallici ſeu Francici jam: etſi propterea nec Solidi Romani & denariorum Romanorum uſus nullus, præſertim denariorum *Serratorum* & *Bigatorum*, quorum jam tum antea proximis Germanis major uſus, unde & *Sagiæ* nomen in Lege Alemannorum & Baiwariorum reliqua eſt. Certè tales aureos primorum Francorum Regum extare, interque eos unum aliquem cum epigraphe THEVDEMER REX, cuſum circa annum CCCCXV. paulò ante Pharamundum, teſtis eſt *Wendelin. in Gloſſar. Salic. v. Solid.* Argenteos verò ſolidos ævo demum ſequiori & quidem ſubæratos cudi cœpiſſe, & ſolido tali perinde XII. ac aureo, ſed æreos minutulos aſſignatos, obſervavit du Fresne *Gloſſ. h. voc.* Rectiſſimè itaque idem Wendelinus ibidem ſcripſiſſe videtur: *Solidus ergo Salicus ejusdem fuit valoris cum Floreno Rhenenſi, ut videri poſſit iſtiusmodi nummi uſus jam inde ad hoc ævum perſtitiſſe.*

§. III.

Solidus tempore Dagoberti Regis aureus fuit. Quod & nomen Germanicum *Gülden* innuit. Plane 1. Quod ſi in argentea moneta ſolutio facta, regulariter XII. denarii ſoluti. Lex Ripuar. Tit. XXXVI. ſi. *Quod ſi cum argento ſolvere contigerit, pro ſolido XII. denarios, ſicut antiquitus eſt conſtitutum.* Edict. Caroloman. an. 745. Quandoque autem non licuit niſi in auro ſolvere. Lex Baiwar. Tit. III. c. 14. §. 3. *Si* (peregrinum) *occiderit, centum ſolidos auro adpretiatos cogatur ſolvere.* 2. Fuit quoque, ubi Solidus per XL. denarios ſolvendus. Lex Longob. Caroli M. L. II. t. 22. c. 1. *De omnibus debitis ſolvendis, ſicut antiquitus fuit conſuetudo, per XII. denarios ſolidi ſolvantur per totam Salicam legem. Excepto ſi leudes, id eſt, ſi Saxo aut Friſo Salicum occiderit, per quadraginta denarios ſolidus ſolvatur. Inter Salicos verò ex utraque parte de omnibus debitis, ſicut diximus, per XII. denarios ſolidi ſolvantur, ſive de homicidiis, ſive de omnibus rebus.* Ejusdem Caroli M. Capitulare II. an. 803. c. 9. *Omnia debita quæ ad partem Regis ſolvere debent, ſolidis XII. denariorum ſolvant, excepto freda quæ in Lege Salica conſcripta ſunt. Illa ejusdem Solidis quibus cæteræ compoſitiones ſolvi debent, componantur.* Lex Alemann. cap. 1. §. 2. in MS. vetuſto nondum edito: *LX. Solidos pro fredo.* Ubi vetus Gloſſa ſupraſcripta: *b. e. freuele.* Vide meam ad Chron. Königsh. Obſ. XII. 3. Etſi verò mos invaluit aliquando, ut Solidus quadraginta denariis in mulctis ſolvendus eſſet, Pipinus tamen & Carolus M. ſuſtulit, & ad querelam Synodi Rhemenſis c. 41. ad antiquum revocatum: *Ut Dominus Imperator, ſecundùm ſtatutum bonæ memoriæ Pipini, miſericordiam faciat, ne Solidi, qui in lege habentur, per quadraginta denarios diſcurrant, quoniam propter eos multa perjuria multaque falſa teſtimonia reperiuntur.* Unde capitula Carolina autem allegata.

Carolus M. *novos denarios* cudi fecit, nomen ejus referentes, & mero argento pleniter pulſantes, *Syn. Francf. c. 5.* Se-

Digitized by Google

Sequioribus temporibus ſolidus decem denarios ſeu ſchillingos minores æquavit. J. Prov. Alem. c. 298. J. Sax. Prov. Tales ſchillingi majores ſive ſolidi intelliguntur in articulis priſcis Civitatis Argentoratenſis cap. 5. §. 4.

Solidi ærei, non argentei, etiam ſub Henricis Impp. teſte Cæſar. Heiſterb. 9, 64.

Solds Tournois, Turonenſes ſolidi, quia primò Turoni cuſi, hodie diverſis locis, etiam extra Galliam, Ge. Heniſch. de Aſſ. p. 208. diſt. inter communes & Turonenſes, ſed hodie non obſervari dicitur. 1. Sous 3. pf.

20. Solidi 1. ℔. *oder Pfund*, Annal. Fuld. an. 882.

V. *Turnos.*

§. IV.

Aurei nummi originem ex Italia repetunt, *Florenorum* nomine, à civitate Florentia. Beſ. Theſ. Pr. voc. Gülden. Unde & Germanis cum re nomen aſſumtum, *Floren* & ſignum fl. Ejusd. valoris initio quoque fuerunt Aurei Ungarici, ſ. Ducati, ante 200. 300. annos, in antiquis ſcil. monumentis comparantur ſibi invicem *Ungariſche, Böhmiſche, und Florenzer Gülden.* Freh. Beſ. voc. *Gulden.* & voc. *Ducaten*, ubi etiam habet, vetuſtiſſimos eſſe Venetorum Secchinos, A. C. 1280. cuſos.

Kleine gewogene Gülden von Florenz dicuntur in Documento Caroli IV. apud Lehman. Chron. Spir. 7. 50. Et cum Florentini bonitate intrinſeca degenerarent, & 96. demum 1. ℔. conficerent, Wehner. d. l. p. 240. tum Rhenenſium nomen invaluit, & quidem in antiquo valore. Vocabulum *Gülden* deſcendit *von gold*, ut aureus ab auro, à quo differt vox *Gülten*, h. e. *Zins*, intereſſe, cenſus, præſtatio, à *gelten*, præſtare, ita dicitur. 1000. fl. *uf eine Zeit ohne gülten darleiben.* vid. Lehman. Chr. Spir. 7. 103. p. 932. b.

Aureus Rhenanus.

Electores Rheni conjunctim aureos hoſce nummos cudi curarunt, unde *Reiniſche Goldgulden der Chur-Fürſten beym Rhein* vocati. Exinde vero de conſuetudine cœperunt aurei Rhenenſes appellari, & Uſuales. v. poſt Mynſing. 5. O. 83. Wehner. O. Lit. *Goldguld.* p. 253.

Quia ſcilicet circa an. 1460. aureus Rhenanus tantundem quantum uſualis poſtea, h. e. 15. *Pazen* vel 21. gr. valuit. Wehn. d. l. p. 258. ſq. Imprimis Conſtit. Elect. Sax. 29. P. II. ibi: *Dieweil vor alters der Goldgülden uf* 1. fl. *Münze geſchlagen.* Frideric. III. in Reform. Francofurt. A. C. 1442. Tit. *von der Gülden Münz.* Aureo Rhenenſi certum pondus & materia aſſignata fuit, ut in eo pondere & menſura pro communi uſuali & currente valore exponatur. Wehner. d. l. p. 254.

Poſteaquam vero propter deteriorationem minutæ monetæ argenteæ nummi ipſi in valore augerentur, retenta nihilominus vox Floreni ſ. *Gülden*, h. e. imaginarii, ut veteres Romani Aſſe & Solido. Gronov. L. IV. de Pec. Vet. c. 17. p. 843. veteres Germani vocabulo *Pfund* uſi ſunt. Hoc in ſignificatu venit in Ord. Prov. Erneſti Elect. Sax. ubi ſolidus computatur 20. *groſſ.* arg. & 40. *gr.* novis *oder Sechſter.*

Valor deinceps Aurei Rhen. veri varius fuit.

18. *Paz.* teſte Receſs. Imperii 1551.

In Fürſt Georg Ernſts zu Henneberg Eheſtifftung mit Frl. Eliſabethen Herzogin zu Braunſchweig de A. 1543. ſub dato *Münden* ⊙ *nach Fab. u. Sebaſt. iſt der Sponſæ Heyrathguth* 20000. fl. *an tüglicher grober Silber Münz Gold oder* ℔. *den fl. zu* 15. *Pazen, und ſoll* 1. *wichtiger Goldfl. und* ℔. *ein jedes gleich und vor* 18. *Pazen genommen werden.*

18. *Paz.* 3. *Kreuz.* Rec. Imp. 1559.

26. *Paz.* 1. *Kr. oder* 7. *Ortsfl.* Wehner. p. 254.

27. ggr. *CburF. Sachſ. Münz-Mandat* An. 1623.

5. *Ortsfl.* in Camer. Beſ. d. l. 27. ggr.

Valor Ungarici Aurei.

104. *Kr.* Ord. Imp. 1559. & 1570.

36. ggr. *CburS. Münz-Mand.* 1623.

Vetuſtiſſimus aureus Rhenanus

à Dn. Superintend. Gen. M. T. Colero communicatus.

FRIDICVS ARPVS COL
Fridericus Archiepiſc. Colon.

Sanctus Joh. Bapt. cum ſceptro cruciato.

PER ITAL ARCAN MONETA BVN †
Per Italiam Archicancellarius Moneta Bonnuſis.

Fridericus Archi-Epiſc. ille electus A. C. 1370. ob. 9. Apr. 1414.

Gulden. Rupertus in diplomate an. 1402. Norimb. ⊙ poſt S. Cath. Francofurtenſibus dato: *Nach rade unſer Kurfurſten, Furſten und getruwen — die gulden muntze beſatzten und verkunten furbas geslagen zu werden, alſo das iglicher Gulden halten ſolte drittehalben und zwentzig grade an dem Striche, und an der Offzale ſechs und ſechtzig gulden off die Marcke*, quum anteriores leviores fuerint.

A. 1442. 19. Carath, Reform. Frid. III.

Goldfl. ſolidus, 1. ℔.
1. fl. pf.

Quando differentia cœpit inter *Gülden oder Reichsfl.* & inter *Goldfl.* & quæ fuerit ab initio & ſucceſſu temporis per ſecula & annos, vix liquet.

Digitized by Google

GVL.

Goldfl. meminit Sigism. in literis ad Francf. de 1428. ut de veteri moneta. Reiner, *fl. in Gold.*

Charta pergam. de an. 1393. d. Lucæ, in Archivo Arg.

Es ſoll auch kein Munſzer oder Wechſeler noch niemand anders dheinen **MetzerGulden Lucelburger Gulden** *unter andern Gülden für gute fl. hinweg geben, wenne ein iglich menſch ſol ieden fl. für ſeinen werth hinweg geben, v. wer das verbricht der beſſert* 10. ℔. *pf.* ß.

Solidi groſſorum aureorum, Königsh. Chron. p. 1043. & 1046.

Reichsthaler.

Florenis ſ. aureis pretio jam prævalentibus ſubrogati Floreni argentei ab Electore Erneſto & Fr. Alberto, circa An. 1484. Sneebergæ cuſi, Germanicè quoque *Floren* dicti, it. *Güldengroſchen, weil ſie ſo viel als ein Gülden*, h. e. 21. gr. *gegolten*, & hodieque in officinis Metallicis *vnd bey den Bergaustheilungen* voce *Floren* utuntur pro *Rthaler*. Continuarunt hanc Monetam Frid. El. & Albertus, it. Joh. & Georg. *Seind aber bald geſtiegen uf 23. 24. biſs 25. gr. da man gebieten müſſen, keinen böher zu nehmen noch auszugeben als* pro. 24. gr. quod denuo ſancitum An. 1623. in Mand. Elect. Jo. Georg. An. 1532. *hat H. Georg ufs neue nach demſelben alten Schrot v. Korn zu ſchlagen angefangen, aber ſich bald mit ſeinen Vettern einerley Müntz wieder verglichen*, teſte Albin. *M. B. Chr.* t. 5.

Nachdem das Bergwerk in Joachimsthal An. 1516. *wieder angangen, iſt dieſe Müntze von ſelbem orte Joachimsthaler v. Thaler, oder Reichsthaler genennet worden*, al. *Schlikenthaler, weil die Herrn von Schlick dieſelbe pregen laſſen.* V. Alb. t. 8.

Calviſ. An. 1519. *Joachimsthaler* primum hoc anno cuduntur, cum effigie ex altera parte Joachimi in altera Stephani Schliki, poſtea tamen nomen Ludovici R. ſubſtitutum eſt.

Reichs Gülden Thaler.

21. ggr. *Chur-S. Müntz-Mand.* 1623.

Groſſus.

Groſch, generaliter pro moneta groſſa, *Güldengroſchen, Thalergroſchen, Goldgroſchen*, ad differentiam veterum nummorum bracteatorum.

Chron. Belg. Magn. p. 282. A. 1315. Modius ſiliginis pro quinque Groſſis Turonenſibus emeretur, qui paulo pridem pro quinque ſolidis Turonenſibus emebatur.

Rupertus Imp. an. 1401. Auguſtæ Vindelicorum, oppignoravit Civitati *Dinckelſpohel das Ampt daſelbs vor hundert Schocke Groſſer.*

Alte groſchen, Matheſ. *Berg Poſt.* p. 770. Aleman. p. 583.

SOLIDVS SAXONICVS. Lex Saxon. cap. ult. *Solidus eſt duplex, unus habet duos tremiſſes, qui eſt bos anniculus XII. menſium, vel ovis cum agno: alter ſolidus tres tremiſſes, id eſt bos XVI. menſium.*

GVM.

Majori ſolido aliæ compoſitiones, minori homicidia componuntur. Weſtfalaiorum & Angrariorum & Oſtfalaiorum ſolidus eſt, ſecalis ſceffila XXX. Ordei XL. avenæ LX. Apud utrosque duo ſi de mallis ſol. quadrimis bos duo ſolidi: duo boves quibus arari poteſt, quinque ſol. bos bonus tres ſolidi. Vacca cum vitulo, ſolidi duo & ſemis.

[GVMAGET, langui. Gloſſ. Monſ. p. 342.]

GVMISGI, genealogia, Vide *Como, coman.*

GVMPH, ſtagnum, Notk. Pſal. LIV. 24. Kilianus: *Gumpe, Ger. Sax. gurges.*

GVNDE, vide *Change*, Gunde, plenitudo, Vet. verſ. Pſal. XLIX. 12.

[GVND. pus. Gloſſ. Monſ. p. 400.

GUNDEREBA, acer. p. 414.]

GVNDFANON, vide in *Ban, fan.*

GVNNEN, favere. Otfr. V. 15, 28. *mir gunnis alles guates.*

[Legendum ex Codic. Vind. & Vatic. *mir unnis*, i. e. mihi optes benevole, *mir gönneſt.* vid. Otfr. III. 22, 57. Scherz. in Not.]

Vergunnen an einen, i. *einem nicht geſtatten, nicht gunnen, nicht zulaſſen.* Sigism. Archidux Auſtr. ad Albert. Epiſc. Argent. *Wo Ir aber vermeint, Er ſolte die ſachen mit dem ſo in die Phrund geſetzt iſt zv Rom austragen, mugt Ir verſten das ſolchs nicht in, ſunder die K. Maj. und das Heylich Reich berurt, die an Seiner Kaiſ. Gnaden vergunnen daſs zu Rom rechtuertigen zv lazzen.* Dat. Inſprugkh 1480. Obſ. XIV. §. 14. ad Chron. Königsh.

[GVNREINTEN, profanatum. Gloſſ. Monſ. p. 361. â *Rein.* hodie *verunreinigt*, dicimus.

GVNVROVUIT, conterit. p. 351.

Gunvurouvitot mih, turbaſtis me. p. 319.]

GVNZO, Dux Svevorum, Uberlinga reſedit, tempore S. Galli. Cudit monetam, dictam *Gunzenpfennig*, nummos Gonzonios, Walafr. Strab. Vorpurg. T. VIII. pag. 219. conf. infra *Pfant.*

[GVOPIDO', incolatus. Gloſſ. Monſ. p. 368. *Guopida*, Coloniam. p. 320.

GVRTENTA, accingentes. p. 367. hodie *gürtende.*

GUSU, flumina. Tatian. XLIII. 1. *Nidarſteic regan, inti quamun guſu*, deſcendit pluvia, & venerunt flumina. Dicunt adhuc Germani *ein guſs*, fluentum, imber. Iidem & compoſito utuntur *Waſſergüſſe.* Pſal. XVIII. 18. Palthen. Not. ad h. l. p. 365.

GUSTRA, æditui. Gloſſ. Monſ. pag. 341. *Guſtro*, ædituorum. p. 345. hodie *Küſter.*]

GVTTE, *Gutta.* Notk. Pſal. XLIV. 9. *Myrrum unde guttæ, diu ammoniaca heizet, unde caſſia diu fiſtula heizet.*

GVVMAVVIRKENT, epulentur, Gloſſ. Lipſ. V. *Cauma.*

GVVAIRE, verus, *war.* Symb. Apoſt. Angl. Sax. *ich geloub das die drie benemde ain guuaire Got iſt. Credo hos tres nominatos unum verum eſſe DEVM.*

GVVALLICHI, *Guallichi, Kuollichi, Guolike, guilike*, potentia, *gewalt*, gloria. Iſidor. III. 6. *after dheru ſineru gotniſſa guollibbin.* poſt ſuæ divinitatis gloriam.

[Pal-

Digitized by Google

GVV.

[Palthen. legit *guotliibin.* vid. ſupra ſuo loco.]

Otfrid. I. 12, 46. *Gloria in excelſis DEO.* ita transfert.

In himilriches hohi
Si Got guallichi.

II. 2,66. I. 15, 39. V. 4, 105. IV. 4, 91. V. 18, 15.

Id. IV. 21, 53. Verba Pilati ad Chriſtum. *Ergo Rex es tu?* ita effert.

So uuar ſo ſi thin richi
ioh thin guallichi.

Notk. in Symb. Athan. ℣. 54 in Pſ. XXXVI. 6. Pſ. III. 4. Pſ. VIII. 7 *mit cuolichi unde mit eron.* Pſ. XXIV? Freher. ad Willer. p. 18.

Guallichо, potens, Otfrid. I. 13. fi. V. 20, 26. [In verſione ſua Schilterus vertit *glorioſe* & *glorioſus.*]

Guuallichon, glorificare, Otfr. III. 18, 78.

Oba ih mit ruachon
biginnu eino guallichon.

Si ego me cum ſollicitudinibus
conarer ſolus glorificare.

Unnallicha, inglorioſa, Notk. Pſalm. XLIV. 11.

Gloſſæ Lipſii: *Guolike*, *guilike*, *guolicheide*, gloria. *Guolican ſal*, glorificabo. *Guolican ſulini*, glorificabunt. Somnerus: *Sax. wuldor & wuldre*, gloria. *wuldorlic*, glorioſus.

GVVERF, Symbolum, conjectio. Notker. ad Symb. Apoſtol. *Daz Græci chedent Symbolum, Latini collationem, daz cheden wir Gewerf, wanda iz iz Apoſtoli geſamenoton unde zeſamene gewurfen, daz iz zeichen ſi* Chriſtianæ fidei. *Alſo ouh in* prælio Symbolum *heizet daz zeichen, daz an Scilten alde an geiwoton worten iſt, dannan iegliche iro ſocios*

GWI.

irchennent. Lambec. Bibl. Cæſ. L. II. p. 760. Geiler. Præf. das irrig Schaf. *Roub, unbillich ſtür, gewerff, frundliche hilff, Ungelt*, &c.

V. & *Hwarabas.* & *Werf.* & *Stiura.*

[*Giuverf*, ſymbola. Gloſſ. Monſ. p. 352. *Giuverfe*, collatione. p. 364. 399. *Givuerfun*, extollatis. p. 375.]

GVVINET, *Gewinnet*, Otfrid. ad Ludov. R. ℣. 175.

Odo er thaz guuinet ſcit,
thaz er ſa lezan heizit.

Aut (ſi) nactus fuerit tempus,
ut illa legi jubeat.

Vidi ibi notas.

[Provocat hic Schilterus ad ſuas in h. l. notas, ſed & Scherzii Notæ ſunt evolvendæ, qui obſervat, in Codic. Vindob. & Vatic. pro *guuinet* legi *giweizit*, de cujus verbi ſignificatione ſupra ſuo loco actum eſt.]

[GUVLCTA, conſtipati. Gl. Monſ. p. 361.]

GVISCART, vagabundus Normannis. Otto Friſing. L. 1. de Geſt. Frid. I. c. 3. *Rogerius Guiſcardus ex mediocri ſtirpe in Nortmannia ab oberrandi circuitu patria lingua Guiſcardus, tanquam oberrator vel gyrator appellatus eſt.* Conf. Spiegel. in Ligur. L. I. p. 296.

[GWIURTERO, ignitorum. Gloſſ. Monſ. p. 340.

GUZVAZ, infuſoria. Gloſſ. Monſ. p. 345. hodie *Gieſsfaſs* adhuc in Suevia in uſu eſt.]

GY, vos, Chron. Sax. vet. Vid. *Ju.*

GYBYNDD, clabatum: Gl. MS. ASax. i. rivus. hinc non opus emendatione du Fresnii.

GYLER, mendicus. Chron. Königsh. p. 394.

GYRDILS, *Lumbare vel Broee. Gyrdils thingee*, ligula.

Digitized by Google

HA.

H Præponitur priſcis ſæpe ante Conſonantes L. R. W. ut *Hludovic. Hranne. hwer. hweo.*

Interdum omittitur, ùt *of* pro *Hof.* vid. in *O.*

Uti eleganter reſonet,
Ut verbum DEI inde
in eo pulchre clangat.

Notk. Pſalm. XLI. 5. fi. *ſie hellent mir ſo ſuozzo*, dulce ſonant.

Gehellent, Idem Pſalm. CXVIII. 3. *Unio gehellent diu.*

HELLA, gehenna: Kero. *Hella uuizzi*, gehennæ pœnas. Prol. *ze abcrunte dera bella*, ad profundum inferni. c. 7. *bella erforabtan*, gehennam expaveſcere. c. 4.

Zer bello fuor, Symb. Apoſtol. Alam. *Nytheraſtag de belle*, Symb. ASax.

Notk. Pſalm. L. & XXXIII, 22. *euuiga bella.*

Rhythm. de S. Annon. ℣. 62. de Satana:

So vurt er cir hellin
die viinf werlt alle,
unze Got geſante ſinin ſun,
der irloſte uns von den ſunden.

Sic duxit ad infernum
quinque ætates mundi omnes,
donec DEVS miſerit ſuum Filium,
qui redemit nos à peccatis.

Fuit enim ſententia Eccleſiæ orientalis, occidentalisque, ante adventum Salvatoris omnes pariter animas à corpore ſeparatas, infernalibus tenebris incluſas fuiſſe. S. Hieron. *Epiſt. XXV. & Epiſt. ad Algaſium Tom. III. p.* 105. Alcuin. *Comm. ſuper Eccleſiaſt. c.* 3. Ego *de Paction. Jur. Div.* cap. VII. §. XII. Hinc Otfridus III. 24, 199. ait Lazarum à Salvatore reſuſcitatum

Fon helleno thiote.
Ab infernali populo.

Ober helle, *Nider Helle*, Notk. Pſal. LXXXV. 12. *Ube diu obera bella iſt, dar dero rehton ſela rauueton fore Chriſtis chunfte, ſo iſt diu nidera bella dar diu uuizze dero wirſiſton waren unde noh ſint.* Lucidarius: *Die wir heiſſen die innern oder die nidern helle, die iſt an einem ende der erden und an den ſteten das von nebel noch von vinſternüſſe nye kein lebendiger menſch dohin kam. Iſt oben eng und unden weit. niemant weſt wann Got allein. den grundt fand nye kein man. wann die bücher ſagent uns, das manige ſele ewyglich darein valle und findent doch nymmer keinen grundt. die Ober Helle iſt an maniger ſtat der erden. und auff den hohen bergen und in den inſelen by dem märe do brinnet ſchwebel und bech. do werdent die ſele inne gepeiniget die do behalten ſöllen werden.*

Vorbelle, deſcribit Königshov. Chron. c. 3, 6. Sinus Abrahæ.

Fragm. de Bell. Hiſpan. ℣. 2603. *Menege ſele zo there belle.*

Helleſele, manes: Vocabul. MS.

Hela, dea inferni Gothis, à Wodeno conſtituta, ut reciperet omnes qui bello non caderent, ſed mollem & feriatam vitam agentes morbo aut ſenectute conficerentur, ubi fame & perpetuo ſqualore contabeſcerent. Ex Edda Rob. Sheringham de Orig. Anglic. p. 323.

Hellhuſen, Helluſii. C. Tacitus de moribus Germanorum librum concludens ait: *Cetera jam fabuloſa: Helluſios & Oxionas ora hominum vultusque, corpora atque artus ferarum gerere. Quod ego ut incompertum, inmedium relinquam.* Hos à Græcis Hippopodes vocatos, quod equinis pedibus homines naſcantur in inſula immenſæ magnitudinis verſus Scythiam Plinius refert *Lib. IV. Sect. XXVII.* quam novam zemblam exiſtimat Cluver. L. 3. Germ. Antiq. c. XLV. qui etiam pro *Helluſios* legendum *Panotios* putat. Satis audenter. Huc facit Adami Bremenſis deſcriptio Daniæ. c. 266. de inſula Slavorum Ranorum: *Metuuntur propter familiaritatem Deorum vel potius Demonum quo majori cultu ceteris venerantur. Ambæ igitur hæ inſulæ piratis & cruentiſſimis latronibus plenæ ſunt, qui & ne-*

Digitized by Google

& nemini parcunt ex transeuntibus. cap. 228. de Terra fœminarum seu Amazonum: *Sunt qui ferant eas impregnari ab aliis monstris, quæ ibi non rara habentur. Et hoc etiam credibilius est. Cumque pervenerint ad partum, siquidem masculi generis fuerit, Cynocephali; siquid fœminini, specioſissimæ mulieris. Cynocephali sunt, qui caput in pectore habentes, in Russia sæpe videntur captivi, cum verbis latrant in voce. Postremo illi qui dicuntur antropophagi & humanis vescuntur carnibus. Ibi sunt alia monstra plurima, quæ recitantur à navigantibus, sæpe inspecta, quamvis hoc nostris vix credibile videatur.* Cap. 246. *Ultra Thulen tentavit nuper experientissimus Nordmannorum Princeps Haroldus, latitudinem septentrionalis Oceani perscrutari navibus, tandem caligantibus ante ora deficientis mundi finibus, immane abyssi barathrum retroactis vestigiis vix salvus evasit.* Confer & cap. seq. Huc faciunt, quæ in Fragm. de Bell. Hisp. seu Saracenico referuntur de Rege Cenubile, auxiliario Regis Saracenici vers. 2421.

Er was swarz unde ubele getan.
Sin lant was freisam.
Thaz liut thaz ist grimme
Ther suune ne scain nie tha inne.
Thie tiufele puwent an then werthe.
Iz ist thiu verflochete erthe.
Thie Got selue verflochet hat.
Thes liutes ne wirt niemer nehainen rat.

Helleloch, hiatus terræ, Chron. Königshov. c. 2, 13. specus vastus Romæ, quo se M. Curtius immisit, Liv. L. VII, 6.

Helleborton, portæ mortis, Notk. Psalm. CVI. 18.

Hellagruoba, lacus infernus, Notk. Psalm. CXLII. 7.

Helloureisun irfuoren mih, pericula inferni invenerunt me. Notk. Psalm. CXVI. 3.

[*Hellagrunt*, tartarum. Gloss. Monse. p. 408.

Za ungaristliben, enti ze hellahaftem opfrodon sie giuottun, ad nefanda & mortalia sacrificia eos impellebant. p. 401.

Hellahaftiu, pernitiosa, p. 403. lege *hellahaftiu.*

Hellauuizi, gehennam. Tatian. 44. 20.]

HELM, galea, cassis, vide Cluver. Lib. 1. G. A. c. 44.

[*Helm*, AS. etiam coronam significat, ut Benes. notat. Radix est *Helen*, celare, tegere. Ab *helm* est B. L. *helmus*, Ital. *elmo*. Gall. *heaume*. Diecm. Spec. Gloss. p. 110.]

Helmbrinne, vid. *Brunia.*

Helm des Rolands hiez *Venerat*: Fragm. de B. Hisp. ℣. 1847.

Ther helm hiez Venerat,
then ther helet uf bant,
Mit golde gewrbten.
Mit guldinen bohstaumen
was an there listen ergrauen:
Alle werlt wafen
thie mozen mih maget lazen.
Wil thu mih gewinnen,
thu forest scathen binnen.

Galea cognominata Venerat,
quam heros imposuit,
Auro contectam,
Aureis literis
erat margini insculptum:
Omnis mundi arma
oportet me virginem relinquere.
Si me tentas vincere,
habebis damnum inde.

Helmthikke, solidum galeæ. Idem Fragm. ℣. 3130.

Thо kerte ther ware wigand
uaste in thie helmthikke
fine ortpike.

Tunc convertit verus ille bellator
firmiter in galeæ soliditatem
hastam suam acutam.

Helmbarte, gesum: Vocabular. MS. Vide supra *Gæsi.* Kilianus: *Helmbarde, Quiris, bipennis, securis Romana, securis Amazonia. Barde i. dolabra, quod scilicet cassidem dolare, & galeam asciare possit aciei duritiâ.* De Gæsis Cluver. 1. G. A. 44. Corruptè hodie *Helleparte.*

Cynchelm, galea regia i. e. corona. ASaxonica versio Joh. 19, 2. *thyrnenne cync-helm*, spinea corona. Du Fresne ad Joinvillam Dissert. XXIV. 5. inter varias formas & figuras coronarum etiam hanc exhibet & describit, quod speciem galeæ habeat, Constantino seniore auctore. vid. supra *Chuning.*

HELOR, trutina, statera: Gl. MS. ASax.

HELPHANT, elephas, Vide in E.

HELSEN, vid. *Hals.*

HELVETEN, Helvetii. Hos olim longiùs extensos, quàm hodie, & quàm Marlianus putavit. Existimat C. Peutingerus in literis ad Fr. Irenicum, quas hic exhibet. *Lib. IX. Exeges. German. c. VIII.* in hunc modum: *Helvetios simul Basileensi, Constantiensi, Gebennensi, ac Sedunensi termino circumscribit* (Marlianus) *quos longius extensos Cæsar ipse innuit:* (sed quibus quæso verbis?) *manet adhuc vestigium in Alsatia, inter Argentariam & Argentoracum, quod Helvetum* (si vera esset lectio) *ab Ant. Pio dictum est. Unde adducti recentiores*, (recentiores destituti auctoritate Veterum, fidem non merentur. Cæterum nuda nominis convenientia, siqua est, non rem conficit) *pene omnes Alsates ac Suitenses Helvetos dixerunt.* Id. fecit & Wimphelingus *de Episc. Argent. c. VII.* Kirchheim sive Troviam penes Marlegium in Helvetia collocans. Vid. id. Irenicus *L. XI. f.* 202. *b. & f.* 213. *b.* ubi urbem *Helvetum* in Itinerario Antonini arbitratur esse *Seleſtadium*, quia Helvetum distavit ab Argentorato sex milliaribus, à Columbaria tribus. Si itaque ab hac urbe tota natio nomen accepit, maximo id honori ei cesserit. Videri porrò possit nomen esse compositum ex *Hel, heil*, salus, & *wett*, pactio, fœdus, quasi dicas, fœdus salutare, quo istæ nationes Suizenſium & Alsatorum ab antiquissimis temporibus videantur fuisse confœderatæ. Atque tem-

tempore Julii Cæsaris Helvetii omnes cis Rhenum degerunt, incolæ Galliæ Celticæ, quæ media inter Belgium & Aquitaniam, initium capiens à Rhodano, contineturque Garumna flumine Oceano & finibus Belgarum: attigit etiam à Sequanis & Helvetiis flumen Rhenum, vergens ad septemtriones. *Hæc Julius lib. I. B. G.* Igitur nulli tum Helvetii trans Rhenum. Helvetiorum porro civitas loci natura continebatur, eodem pergente, una ex parte flumine Rheno latissimo atque altissimo, qui agrum Helvetium à Germanis dividit: alterâ ex parte monte Jurâ altissimo, qui est inter Sequanos & Helvetios; tertiâ Lacu Lemano & flumine Rhodano, qui Provinciam, inquit, nostram ab Helvetiis dividit. Fines eorum in longitudinem millia passuum CCXL. in latitudinem CLXXX. patebant. Helvetia in pagos tum divisa, horum mentionem facit Cæsar: Helvetiorum, unde gentis nomen, Rauracorum, Tulingorum, Latobrigorum, Verbigenorum, rectius, Urbigenorum, ab Urba fl. *Urbegaw*, Vrbegawen, Vrbegauer. Recentioribus plures enumerantur. Tauracus corruptè dictum ex Turgouicus, Turgau.

Tulingos Cluverius trans Rhenum statuit, contra fidem Julii. *Stullingos* interpretatur Versio Gallica qui etiam trans Rhenum.

Tempora Julii excipiunt tempora Taciti. Hic *de M. G. cap. XXVIII.* testatur, Helvetios interea Rhenum etiam transgressos, & fines suos protendisse *inter Hercyniam sylvam, Rhenumque & Mœnum amnes: ulteriora* versus orientem scilicet, *Bojos, Gallicam*, sive Celticam *utramque gentem, tenuisse.*

Si itaque quæritur de sententia prius proposita, An Helvetii originem suam habeant & denominationem ab opido *Helveto*, inter Argentoratum & Argentariam in Alsatia sitas? Certum est, tempore Julii Helvetiorum fines fuisse angustos, & versùs occidentem & septentriones cum Jura monte desiisse: eum excipit Vogasus mons, & Alsatiæ promontorium. Nec Taciti tempore Helvetii Gallica gens, etsi Rhenum transgressa, finibus tamen suis Triboccos aut Alsatiam non incluserant. Ait Tacitus de M. G. c. XXVIII. 7. *Ipsam Rheni ripam haud dubiè Germanorum populi colunt, Vangiones, Triboci, Nemetes.* Nullum in hos Helvetiorum jus. Consentit Ph. Cluver. *L. 2. Germ. Ant. c. IV.* qui etiam angustiores fines Helvetiorum tum arguit, & erroris quoque Cæsarem. Denique nulla urbs Helvetum in Alsatia, sed *Helellum*, fluvius & opidum, *Itinerar. Antonin.* Cluver. *G. A. 2. 4. p. 353.* Et forte rectius legitur *Elkebum*, vid. supra *Alse*. Helvetiæ autem civitatis fit mentio in Libello Provinciarum ac Civitatum Galliæ:

Provincia Lugdunensis

Metropolis civitas Sequanorum, h. e. Vesontione.

Civitas Equestrium, h. e. Novioduno.

Civitas ELVETIORVM, hoc est, Aventico,

Civitas Basilienſium, &c.

Helellus fluvius hodie brevius pronunciatur *Ill*, vel *Ell*, quondam & *Alse*. Sed hic nihildum ad Elvetiam civitatem, quæ nomen potiùs à fluvio *Halen* accepisse videri poterat, qui ad Bruntrutum oritur: sed quia in Helvetiam sed extra eam fluit, provinciæ vix dederit nomen.

Primi Helvetiæ possessores Tauriſci: pulsi à Romanis: hi iterum à Germanis, V. Vorburg. Vol. 4. p. 283.

HEMEL, HIMIL, HIMOL, cœlum. Gloss. Alem.

Ze himile, ad çœlum. Kero c. 7. *fona himilum*, de cœlis. c. 7.

Ze deru erhabanii dia himiliſcum, ad exaltationem illam cœlestem. c. 7.

Eribum himilrihhes, heredes regni cœlorum. Prol. p. 18.

Gothis *Himins*, Matth. V. 18. Islandis *Himenn.* V. supra *Baldachino*, & infr. *Himelz.*

Himila naiſtin dero erdo, cœli inferiores: *Obirin himila*, superiores, *himila himilo*, cœli cœlorum, Vid. Notk. ad Psalm. CI. 26.

[*Hera nider in erda, iob in himil uf*, in profundum inferni sive in excelsum supra. Gl. Monſ. p. 333.

Himil lip, contemplativa vita. p. 407.

Der uuagan in himle, Arctus, legend. Arctos. Rhaban. Maur. in Gloss. ap. Diecman. Spec. Gl. Lat. Theot. p. 28. Prolixe Diecmannus. p. 29. sqq. ad hanc vocem comentatur, cujus verba merentur hic inseri, ita autem ille.

Himle, Himmel, cœlum. Scribitur etiam „ *Himil* in Rhabani Gloss. n. 2419. Gl. B. *Hi-* „ *mila, laquearia:* quam vocis notionem, no- „ bis adhuc receptam, priorem altera illa *coeli* „ esse, quis suspicari queat, ad quam illa ob „ exteriorem laquearis in coelo stellato for- „ mam, translata sit: quomodo Statio *IV. Silu.* „ 2. 31. *aurati* laquearia *coeli* dicuntur. Hinc „ *himiliſcliihho*, coelestе, n. 537. Deriuatio- „ nem huius vocis Goropianam *Hierogl. L.* 10. „ *p.* 141. ab *het mel*, id est, capitis reuelatio, „ missam facio, varias quoque a CL. Eccardo „ *ad Cat. Thet. p.* 100. *ſſ.* allatas non ignoro. „ Mihi iam dudum illa se probauit, quam „ Stiernh. in *Gloss. V. G. p.* 88. monstrat, esse „ scilicet R. huius vocis Suec. *Hæmma*, Belg. „ *Heymen*, tegere, abscondere, sepire, obualla- „ re, palare, Kil. cum coelum tegat omnia „ mundi. *Hemel* quasi *Heymel*, q. d. locus ab- „ sconditus, vel potest etiam dici, quod alia „ tegit. *Hemel des mondes*, coelum oris vel pa- „ latum. Idem Stiernh. *p.* 82. plura significa- „ ta vocis *Hæmma* adducit, scilicet, non solum „ tegere, sed & claudere, protegere, inhibe- „ re, obsistere, celare, sepire, arcere; vnde „ & *hemel*, Germ. *Himmel*, cadurcum, vmbella, „ tegmen, quod in pompa solenni velat, & „ ab aëris iniuria defendit Monarchas, & alios „ „ prin-

Digitized by Google

„ principes viros, quod vulgo *Baldachinum* di-
„ cunt Kil. Eſt haec voce *Hæmmen*, eadem
„ cum Germ. *Hemmen*, impedire: Sic enim *Ca-*
„ *tech. p.* 63. legitur: Ni letit Got eo man-
„ nan in ubilo tho *bemaz*; ubi *bemaz* contra-
„ ctum eſt ex *bema iz*: *Non ducit Deus quenquam*
„ *in malum*, *cum* impediat *illud*. Inde eſt &
„ *Hæmm*, mancus, claudus, impeditus. Otfr.
„ III. 4. 14. Porzicha finſi thie langun fol al
„ mannes, ſiaches inti *hammes*: *Quinque porti-*
„ *cus*, *qui iacebant pleni hominum aegrotantium &*
„ claudorum: *Hembd*, induſium, quod tegit
„ & protegit hominem. A. S. *hamod*, *indutus*,
„ Benſ. item A. S. *Ham*, *pratum*, quatenus no-
„ tat ſepire, obuallare; [quod tamen ad *ham*,
„ poples, (de quo poſtea) referre conatur Spel-
„ mann. *Gl. p.* 273. *b.* quod *genu vel poplitis præ-*
„ *ferat ſimilitudinem.*] Sic paſcua & prata pin-
„ guia Oſterſtadienſibus noſtris dicuntur *Hamm*,
„ & plur. *Hæmme*, quia cuiusque prata, licet
„ pluribus iugeribus conſtent, in extremis la-
„ teribus foſſis ſunt maioribus ſepta & muni-
„ ta, ne boues tranſilire in vicina poſſint.
„ Item *Hamm* non ſolum notat pratum vel pa-
„ ſcuum, foſſis cinctum, ſed etiam ſyluam mu-
„ nitam ſepibus, V. ex Goropio De Caſeneuue
„ *Orig. L. Gall. p.* 62. *b.* Beſold. *Theſ. pract. p.*
„ 356. *b.* Ab hac vtraque notione vocis *Hamm*,
„ nomen *Hamburg* deduci ſolet. Priorem re-
„ ſpexiſſe videtur Schottel. *de L. Germ. p.* 520.
„ *b.* Hamburgum interpretans vrbem inter pa-
„ ſcua & ſaliceta, quanquam in terris Ducatus
„ Bremenſis *Hamm* non notet locum, ubi pa-
„ ſcua inter arbores & ſaliceta ſunt, vt Schot-
„ tel. ibi vult, ſed ἁπλῶς laeta paſcua, nullis
„ etiam ſalicibus vel arboribus conſita, foſſis
„ tamen, unde & origo vocis, clauſa, ut modo
„ dictum. Inde L. B. *hamma* vel *hamarium* pro
„ portione & modo agri, Dufr. *Gl. H.* 696.
„ quem vtique ab aliis ſeparatum, ſuisque li-
„ mitibus circumſcriptum eſſe oportuit. Po-
„ ſterior arriſit Chriſtoph. Syluio apud Ange-
„ lum *Chron. Holſat. II.* 12. vt ex hoc illius ver-
„ ſu conſtat: *Hamburgum*, *ſylua cui notum nomen*
„ *ab* Hama. Ita & Schildius *de Caucis p.* 116.
„ Ham, inquit, *Germano lucum nemusque denota-*
„ *bat*: *Vnde trans Albim oppoſita Caucis urbs* Ham-
„ burgi *coepta eſt appellatione donari*: *& in ipſa*
„ *Chaucide* Stolham, Eſensham, Hamhuſen, *pe-*
„ *rituraе veſtigia vocis odoranti repraeſentant.* Nec
„ aliter Schedius *de DIs Germ. p.* 495. Omnivm
„ vero maxime pro hoc etymo Lambec. *Orig.*
„ *Hamb. I.* 4. pugnavit. Immo quoque flumi-
„ na nonnulla, ideo quod muniunt & diſtin-
„ guunt terram, vocantur *Hamme*. Tale eſt
„ nomen fluvii Ducatus Bremenſis, *Hamme*, ſe
„ in Wummam & poſtea in Viſurgim exone-
„ rantis. *Hammey*, fluuius in Marchia, cujus
„ mentio in Meibom. *Rer. Germ. III.* 108. Ab
„ eadem voce modius dicitur *Himpte*, quod
„ Helmold. *I. Chron. Slau.* 92. (93.) *p.* 208. ſcri-
„ bit *hemmethe*, menſurae frumentariae ſpecies,
„ non apud Holſatos tantum, quos ſolos, quia
de illis Helmoldus loquebatur, Dufr. *l. c. p.* „
716. nominat, ſed & Saxones. Hinc porro, „
quatenus *claudere* notat, eſt *Hame*, Lat. *hamus*, „
quo concluduntur & capiuntur piſces; *Hæ-* „
men, *Hemmen*, hamo capere, Luther. *Kirch-* „
Poſt. III. 302. *b. ed. Witteb.* 1575. *fol.* [nam „
in prima, alibi a nobis ſemper adhibita: ni- „
hil huius extat] *das heiſst recht*, *einem andern* „
eine Grube gegraben, *und ſelbſt darein gefallen*, *und* „
ein Netz geleget, *und ſich ſelbſt gebembt.* Nic. „
Falkner in *Verſione Germ. Chronici Gall. Nic. Gil-* „
les II. 437. *ed. Baſ.* 1572. *fol.* *Der König lies* „
die Luteriſchen bebemmen, *und in die* Baſtille *fü-* „
ren. *Hame*, Su. portus, Germ. *Hafen*; quod „
in eo naues tectae ſint a procellis. Ab *Hæm-* „
ma, claudere, tandem eſt *Hæmbla*, mutilare, „
impedire, membri alicuius laeſione vel mu- „
tilatione, quo minus quis facultatem habeat, „
quod velit, efficiendi. *Hamla ad handum eda* „
fotum, manibus pedibuſue truncare. Ver. „
J. p. 106. *fin.* A. S. *Gamelan*, ſuffragines ſcin- „
dere. Hinc etiam *Hamel*, aries caſtratus, „
veruex. Tat. CCII. 2. Golgatha, thaz iſt „
errekit *Hamelſtat*: *hoc eſt interpretatum*, *locus* „
ubi malefici obtruncantur. qui alias dicitur Cal- „
uaria. Vide hic Palth. *p.* 394. *Hamme*, Bel- „
gis pars abſciſſa rei cibariae, fruſtum eſculen- „
tum; item *Hamme*, *Hamn*, *Hame*, *Ham*, po- „
ples, Kil. *Hammen von einer Sau*, perna, Pict. „
V. n. 2223. *Hamma*, *poplites.* [G. *Heim*, mun- „
dus, item domus, villa, praedium, patria, „
ager, fundus: quae vox mater plurium com- „
poſitorum eſt, longa ſerie exhibitorum in „
Ver. *J. p.* 113. *ſſ.* Adde Gudm. Andreae „
Lex. Iſl. p. 108. 109.] *Haim*, domus, ager, „
vicus, caſtellum, ciuitas, Gall. *Hameau*, vil- „
laris vel viculus, decem aut duodecim do- „
morum vel familiarum, V. Spelmann. *l. c.* „
& Dufr. *Gl. H.* 695. vbi ait: Ham *ſignificat* „
vicum, *villam*: *vnde apud Germanos & Anglos* „
villae & urbes ſua nomina in ham *deſinentia paſſim* „
habent. Adde Gibſon *Regul. general. &c. an-* „
nexas Chronico Saxon. p. 5. *b.* Menag. *Or. L.* „
Gall. p. 388. *a.* Alamann. *Heim*, Belg. *Heym*, „
domus, manſio, patria, locus natalis. No- „
bis adhuc *heim* vel *daheim ſeyn*, eſt domi eſſe: „
Hinc *Heimat*, patria. Heem, Heym, Hem, „
is een oudt Duytſchwoordt, *en is ſo vele als een Huys* „
of Woonſtede. *Daerom vindt men in alle Landen* „
ontalliicke Steden, *Dorpen en Geſtichten*, *die wyt-* „
gaen op hem, heym, heem, haim: Haec Pi- „
cardt in *Antiquit van't Oude Vrieslandt. p.* 117. „
Immo pro varietate dialectorum per omnes „
vocales, *haim*, *ham*, *heim*, *heem*, *hiem*, *hoom*, „
hom, *hum*, prolatum. Cluver. *I. Germ. ant.* 13. „
p. 85. obſeruat. Plura de compoſitis ex *heim* „
Schottel. *de L. Germ. p.* 636. 637. Adde „
Schild. *de Caucis*, *p.* 60. Helu. *Geheim*, do- „
meſticus, familiaris, Pict. *Heimlichen*, do- „
meſtici, in Bibl. Germ. ant. Matth. X. 25. „
36. & alibi. Ex hoc *heim* nouum etymon „
voci *Himmel* natum eſt Rudbeckio *Atlant II.* „
63. quod eius verbis exhibeo: *Lingua Go-* „
thica

„ *thica ſuppeditat nobis*, Ella, *ignem accendere, ar-*
„ *dere ;* Ell, *ignis, aut aliud qnodcumque lucidum ſi-*
„ *mul atque urens. Himm el coelum, luce corruſcans*
„ *ignibusque ſuis. Som eſt i Himblon, ſiue Him-*
„ *mellen, qui es in coelis, id eſt, in aeterna & lucida*
„ *beatorum ſede : namque Himin, Heman, Haimm &*
„ *Hamala, ſedem, manſionem, locum notat. Vnde*
„ *Aſsheim, Deorum ſedes ; Man-heim, Sueonum ter-*
„ *ra, Sueonia ; Niplelheim, Kiendeheim, damnato-*
„ *rum locus.* Idem *p.* 153. *Heman, Haim, Himen,*
„ *nomina ſunt ſedis vrbis, loci, cum in aethere, tum*
„ *in his terris.* Ex eodem fonte ſed alia ratione
„ *Himmel* arceſſit ſumme Reuer. D. Gebhard.
„ *Diſcurs. de primaeu. Ling. Hebr. p.* 36. quod
„ *domum patriam* notet, & *forte ita ab antiquis Ger-*
„ *manis dictum* coniicit, *quod coelum veram patriam*
„ *eſſe crederent.* Sed quam hoc eſt inexplora-
„ tum, tam certum eſt, ex *heim* a Mareſchallo
„ de Baſſompiere nouam vocem Gallicam *em-*
„ *meué* fabrefactam eſſe, quam ob raritatem rei,
„ ipſis Menagiis verbis explicabo. Sic autem
„ ille *Orig. L. Gall. p.* 275. *a.* Emmeué. *Les*
„ *Allemands appellent* heimwehe, *ou* heim-
„ kranckeit, *la rage du retour dans la patrie : qui*
„ *eſt telle parmi eux, que ceux, qui l'ont, deviennent*
„ *languiſſans, & ſont en danger de mourir, ſi ne re-*
„ *tournent dans leur payis. Les Suiſſes ſont partic-*
„ *lierement ſuiets â cette maladie.* Germani ſupe-
„ riorum temporum etiam vim aedium januis,
„ parietibus & feneſtris illatam, *Heimſuche* vo-
„ cabant, V. Lehmann. 4. *Chron. Spir.* 16. *pag.*
„ 328. *a.* In Speculo Sueuico *C.* 226. 2. *Heim-*
„ *ſuchung* eſt, cum quis armata manu, animo
„ laedendi, in alienas aedes irruit : L. B. eſt
„ *hamſoca, hamſocna*, V. Dufr. *l. c. p.* 696. 697.
„ Inde & *Oheim*, cognatus, quaſi *Naheim*, ex do-
„ mo vicina ſeu familia cognata, Speidel. *Spe-*
„ *cul. Obſ. & notabil. p.* 920. *a* format, ſed infe-
„ lici, vt apparet, conatu. Neque enim priori
„ vocis *Oheim* ſyllabae cum *nah* quicquam con-
„ venit ; poſterior autem, quamuis ſono no-
„ ſtrum *heim* referat, ipſum tamen non eſt.
„ Eſt vero vox vetus Alamannica *Oben*, cogna-
„ tus, conſanguineus, quae aliquoties in Char-
„ ta Rudolphi, Comitis Habspurg. A. 1272.
„ ſcripta apud Wurſtiſ. *Chron. Baſil. p.* 133. le-
„ gitur, & teſte Pict. adhuc Heluetiis vſitata
„ eſt. Hanc ſua dialecto ſuperior Germania
„ *Oheim*, noſtra Saxonia *Ohm*, effert. Janus
„ Douſa *L.* 2. *Annal. Holl.* ex Archiuis probat,
„ *Heym* olim quoque certum territorium no-
„ taſſe, ſic *Heimradios* interpretatur conſiliarios
„ in certo territorio, inquit Schoock. *Diſp. de*
„ *Inundat. §.* 45. Porro quoniam domi quieti
„ & tranquilli eſſe poſſumus, hinc dicitur *heim-*
„ *lich*, arcanus, clandeſtinus : ſed *unheimlich*,
„ ubi quiete & tranquille habitare non poſſu-
„ ſumus, ob ſpectra eorumque turbas, ut do-
„ cet Eraſm. Franciſci. A. S. *Hamſinthian*, re-
„ patriare, compoſita vox ex *Ham*, domus, &
„ *ſinthian*, iter facere. Gl. K. *ſintha, itinera, ſinde*
„ *itinere*, Stiernh. *Gl. V. G. p.* 82. *Hameye, hamey-*
„ *de, hamey-boom*, repagulum, obex, vectis, ſe-
ra, lignum transuerſum, quod oſtiis opponi- „
tur, in poſtem utrinque immiſſum, roborea „
ſepes, clathrum, Kil. *Hamelwœrden* vocatur „
Parochia in Ducatus Bremenſis terra Kedin- „
genſi, vicina Friburgo, ab *Hamel, Hamleta*, „
Hampſell, quae diminutiua ab *Hamo* pro villa, „
Spelm. l. c. p. 274. *a* & *Wœbrden*, quod alias „
eſt *Webrd* & *Werder*, locus elevatus, altior „
aqua, vbi domus figi poteſt. „ Hæc Diec-
mannus.]

HEMIDA, tunica, veſtimentum. Notk. Pſ. XXI. 19. de tunica Salvatoris inconſutili.

Hemidzorun, induſium, tunicam elevare fœminæ. L. Baivarior. Tit. VII. 4. *Si indumenta ſuper genucula elevaverit, quod Himitzorun vocant, cum XII. Solidis componat.* ubi perperam legitur *Hiwilzorun.*

HENGEN, pendere, aliàs *hiangan*, Notk. Pſ. I. *wanda er hangta ſinero geluſte : hengendo ſtuont er* i. namque indulgebat ſuis voluptatibus : pronus (in infernum) ſtabat. Unde videtur altera ſignificatio deſcendere *Hengen.* i. annuere prono aut inclinato capite. Inf. *Hiang.*

HENGEN, permittere, conſentire, Otfr. II. 23, 38.

Iz Got ni hengit.
DEVS id non concedit.

Idem III. 25, 20.

Alle theſe liuti
giloubent io zi noti.
Ni ſi oba uuir biginnen,
thaz ſuslih uuir ni hengen.
Omnes iſti homines
credent omnino.
Niſi nos agamus,
ut tale non permittamus.

Id. IV. 4, 22.

Ob jaman thes bigunne
thaz er iz iu ni henge.
Si quis id audeat
ut id vobis non concedat.

Willeram. in Cant. Cant. c. IV. fi. pag. 80. Notk. Pſ. II. 2. *Herodes uuolta in ſlahen, anderer hangta iz.* Herodes volebat eum (Chriſtum) interficere ; alter (Pilatus) conceſſit id.

Hangta, conſentiebat, Otfr. II. 11, 32. III. 24, 27. IV. 13, 101.

Gihengit, Otfr. IV. 4, 150.

Oba man thiz gihengit.
Si hoc permittitur.

Conf. IV. 11, 60.

Gihengig, gihengic, conſentiens, Notk. Pſalm. LXVIII. 11. Tatian. XXVII. 2. benevolus. *Wis gihengig thinemo widarwortin.* Eſto benevolus adverſario tuo.

[Proprie *inclinans, propenſus.* In Willeramo ſimplex eſt *Hengon*, [loco citato] permittere, indulgere, concedere. vid. Jun. Not. p. 140. Kero compoſitum habet *kihenkit*, conſenſerit, *kehenkames*, conſentiamus, *kehenkantan*, conſenti-

entem.

Digitized by Google

entem. *Kibengida*, ita legendum videtur pro *kibendida*. [imo legendum *kibenkida*,] conſenſu [vid. inf. lit. K.] Germanis adhuc *verhängen*, permittere eſt, & *verhängniſs*, permiſſio divina. Ceterum iisdem & verbum *hængen*, inclinandi, demittendi actum notat. Emphaſin ergo vocis ſi reſpicias, *gibengen*, idem eſt ac inclinare, aures ad mentem loquentis tanto accuratius intelligendam, moremque ei, ſimulac intellexeris, gerendum. Palthen. Not. ad Tat. p. 355.]

Hengnis, conceſſio, *mit gauten willen, gunſt und hengnis*, charta refutationis feudi Monaſterii Wiſſenburg. an. 1357. die S. Gregor.

V. *Kebenkantan.*

HENGIST, V. *Meyden.*

HEOFANON, cœlum, vid. *Ban.*

[HEPINUNTER, tractans. Gloſſ. Monſ. p. 367. *Hepino*, tracta. p. 357. *Minnibaſto hepinota*, benigne exhibuit. p. 367.]

I. Ordinis.

HER, ER, prius, Kero: *Herero* Prior. c. 38. *Heririn*, ſeniori. c. 4. *Herorin*, altiori. c. 63. *Heroſto*, Senior. c. 58.

In heriſt, c. 18. *iz eriſt*, c. 12. *az eriſt*. Prol. imprimis, hæc Kero.

[Adde ex eodem. *Jungero ſona herorim uuibi dicke*, junior a Priore benedictionem petat. c. 63. *Herorin*, Seniores. c. 56. *atumlihchem herorom oſſan*, ſpiritualibus Senioribus patefaciat. c. 46. *In ſelbſuano des heroſtin*, in arbitrio Prioris. c. 40. *Einer edo zuene heroſton*, unus aut duo Seniores. c. 48. *heroſtone kerattes*, ſeniorum conſilio. c. 3. *Heriro ſines*, Senior ſuus. c. 63. *Fona heririn*, a Priore. c. 6.

Tatian. VIII. 3. de Bethlehem. *Nio in altere biſt thin minniſta in then heriſton Judeno*, nequaquam minima es in Principibus Juda. Ad quem locum notat Palthenius. Dicimus nunc abjecta aſpiratione & contractius *die erſten*. Comparativus *heroro*, *heririn* eſt ap. Keronem v. *prior*, *priore*, pro quo nunc conciſe dicimus *eher*. Hæc quidem ille Not. ad Tat. p. 317. Seductus æque ac Schilterus, quum Keronis Regula nondum extaret, hinc uterque vocem *prior* pro comparativo habuit, & Schilterus ad I^mam ſignificationem retulit, quum ad II^dam ſignificationem ſit referenda, loca enim apud Keronem de Priore in Cœnobio agunt. Nos vero, ut, quæ in Kerone huc pertinentia extant, una exhiberemus, cuncta, Schilterum ſecuti, huc retulimus. In loco autem Tatiani manifeſtum eſt, *Heriſton* dignitatem indicare, quæ vox apud eundem c. 13. 1. recurrit.]

Zi heroſt ſizzent, qui primi ſedent, Epiſcopi, Otfrid. II. 20, 26. Id. II. 15, 44. *zi heroſt*, præprimis.

Heregeborn, altè genitus. Fragm. de B. Sarac. ℣. 939. de Gladio Caroli M.

Iz ne wart me Keiſer ſo here
geborn an ther ertbe,
Er ne zeme ime wol ze tragene.

Non fuit Cæſar tam altè
natus ſuper terra,
qui ipſum deceat hunc gerere.

Conf. id. ℣. 2615. generoſus. idem ℣. 3064. Illuſtris, Rhythm. de S. Annon. ℣. 104. *Manige biſchof alſo herin.* & ℣. 114. 117.

Herteſte, Sacerdotes, Tatian. c. 68, 4. [Palthenius legit *Herthaſte.*

Heroſtun, præſentes. Gloſſ. Monſ. p. 375.]

II. Dignitatis.

Her, *Here*, *Hero*, honor, *ebre*. V. ſupra *Ero*. Kero: *Heru*, honore.

Hera, honor, reverentia, Otfr. IV. 12, 64. *Potin hera*, Apoſtolatus, Notk. Pſ. CVIII. 8.

Heri, primores, nobiles, Otfr. IV. 4, 75.

Heri oub redihafter.
Proceres & ſapientes.

V. 19, 94. *Hereren*, proceres.

Idem I. 27, 112. Johannes Bapt. de Salvatore:

So uuer ſo iſt in lante furiſto,
thé iſt er bereſto.

Quicunque ſit in terra princeps,
hic eo eſt anterior. ſuperior.

Herin ſtedi, urbs imperialis, Colonia ita vocatur in Rhythm. de S. Annon. ℣. 117. & mox: *Koln iſt der heriſtin burge ein*, una civitatum primariarum.

[*Heriſt*, *herrlichſt*, reddit Reineſ. Vocab. MSC. Theot.]

Herizit, feſtivitas, vetus Verſio Pſal. CXII. Summar.

Heriſton, junguntur Furiſton, Otfrid. II. 8, 74. de architriclino III. 20, 113. V. 9, 59. Tatian. c. 8, 3.

Frido *heroſto*, princeps pacis, Iſid. c. V. 2.

Heroſto, de ſummo Sacerdote, Otfr. IV. 19, 31. *Heriſto ther geſamanunga*, princeps ſynagogæ, Tatian. Notk. Pſalm. LXIII. 10. Otfrid. III. 14, 12. IV. 12, 68.

Hereſten ſalbon, optimis unguentis, Willer. in Cant. Cant. p. 74. n. 35.

[*Heriſto*, tribunus. Tatian. 185, 10. *Thie heroſton thero biſgoffo.* Principes Sacerdotum. Id. 189, 1. *Ther heroſto thero Heithaſtono.* Princeps Sacerdotum. Id. c. 91, 1. *Untar then heriſtun biſcofun*, ſub Principibus Sacerdotum. 13, 1.

Heriſten in lantſcheffen. Heriſtero in lantſcheffin. Tetrarcha. Tatian. 13, 1.]

Herfogelin, herodius, iſt major omnium volatilium, *mera allen fogilin, der uberwindet den aren unde izet in:* Notk. Pſal. CIII. 17.

III. Poteſtatis.

Her, *here*, *herero*, herus, dominus, herre. Iſid. c. 8, 1. Otfrid. IV. 7, 160. c. 17, 14. III. 10, 77. II. 22, 2. V. 19, 94. IV. 11, 44. I. 3. ult. III. 10, 77. IV. 6, 17. & 123. II. 15. 35.

Heirr, dominus, Rhythm. de S. Annon. verſ. 73.

Heren, dominari, *Herit*, dominatur, Notk.

Digitized by Google

Pſal. LXXI. 5. Rhythm. de S. Annon. v. 176.

Herreſot, dominabitur, Notk. Pſ. LXXI. 8.

[*Herrin*, Magnato. Gloſſ. Monſ. p. 354.

Herra, Domina. p. 337.

Herron, Magnatis. p. 356. *Herrono*, Magnatorum. p. 352. 356. magnorum. p. 357. tyrannorum. p. 341.

Herrun, Magnates. p. 359. tyrannis. p. 360.

Herrun vel cumiſci, ſenatores. p. 342.

Heroſtin richiſodes, archityrannice. p. 395.]

Hera, Juno, domina æeris, Gobel. Perſon. æt. VI. c. 38.

Altheirrin, Senatores Romani, Rhythm. de S. Annon. v. 266.

Scalclicho herrin, *nobherrin*, *ſarherrin*, *nachherren*, mediati domini & à Superiore dependentes, Notk. Pſal. LXXXII. fi. V. ſup. Druhtin. fi.

Herr, verbum honoris, ſine ſuperioritate. Fragm. de Bell. Sarac. v. 1390. compellat Rex Sarracenorum Legatum Caroli Imp. *Herre Genelune.*

Seculis ſequioribus, ut XIII. Patriarchæ & Reges veteres allegantur cum præfamine *Herr*, Idem Fragm. ℣. 3003. *uon ime wiſſagete ther herre David.* Præf. Germ. MS. in Durandi Ration. de Div. Off. ad Albertum III. Duc. Auſtr. *apud Lambec. Bibl. Cæſ. L. II. c. 8 p. 779.* Cod. MS. Argent. Juris Provincialis, cui præfixus liber von den Königen: *Herr Abraham*, &c. Hiſtor. Lomb. MS. pr. *unze uff die zit Heren Moſis.* Chron. Königsh. c. 3, 6. 11.

Herr, etiam in partem ſiniſtram & contemtum accipitur. Notk. Pſal. XCIII. 16. *Hoi herro*, mi domine, *Ey mein herr*, ſcopticè.

Heri, imperium, dominatus. Otfrid. IV. 4, 42. de Salvatore:

Zi fromisgeru eru,
zi ſineru heri.
Ad publicum honorem,
ad ſuum imperium.

Heroti, Dominatus, Magiſtratus, Doctores, Superiores. Otfrid. IV. 11. 45. II. 18, 12. I. 3, 82. I. 22, 68. V. ult. 188. IV. 36, 10. III. 15, 97. Synedrium, III. 16, 109.

[Scherz. *Heroti* apud Otfrid. I. 22, 68. III. 16, 8. IV. 19, 42. Proceres. III. 25, 28. principatum. & IV. 24, 40. Summi Sacerdotes vertit. in Notis ad hæc loca.]

Herliche, regalia, Fragm. de B. Hiſp. v. 1226. *Gif im herliche*, da ipſi regalia.

Herlicho, ſplendidè, Otfrid. I. 19, 16. Notk. Pſal. LVII. 10.

Herr, Dominus, *Herrenſtard*, ſtatus perſonarum illuſtrium. inter clypeos militares.

V. inf. *Wapen.*

IV.

Her, *Heri*, *Herie*, *Herige*, dominicus populus, exercitus, expeditio bellica.

[*Heri*, apparatum. Gloſſ. Monſ. p. 362. acies. p. 390.

Folche, *Herie*, agmine. p. 407.

Heriganozſcaf, cuneos. p. 406.]

Rhythm. de S. Annon. ℣. 101. *Van Senti Mauritien Herige*, de S. Mauritii exercitu.

[Tatian. 196. 7. *Vozzirnita inan Herodes mit ſinemo herige.* Sprevit illum (JEſum) Herodes cum exercitu ſuo. Nunc abjecta terminatione Germani *ein heer* dicunt: Palthen. Not. ad h. l. p. 393.]

Otfrid. IV. 12, 118.

Ni ſtuant thiu maht thes uuiges
in menigi thes heries.
Non ſtetit vis pugnæ
in multitudine exercitus.

Idem IV. 17, 13. de S. Petro auriculam abſcindente:

Niſt ther uuidar herie
ſo hereron ſinan uuerie.
Non eſt qui contra exercitum
adeò herum ſuum defenderit.

Rhythm. de S. Annon. ℣. 209. de Alexandro M.

Der mit vier herin vur aftir landin.
Qui quatuor exercitibus expeditionem fecit.

Iſid. c. VI. *allum herrum ubilero angilo arflaugidem*, omnibus malorum angelorum hoſtibus effugatis. ubi *Hoſtis* exercitum ſignificat, idiomate linguæ provincialis.

Herduom, cohors, *Schaar*, Tatian. cap. 8, 2.

[Hic locus huc non pertinere videtur, Tatianus enim de Herode dicit, quod congregarit *Then herduom thero biſcofo*, Principes Sacerdotum.]

Clauſula contractuum, ausgenommen *Hagel und her.* Charta Donat. Curiæ Argentin. An. 1304. VI. Id. Martii: *Ex ſterilitate anni vel ex expeditione publicâ, vel ex alia Aura, quod vulgariter dicitur, Hagel und Heer.* Conf. Wehner. *Obſ. v. ausgenommen.*

Heri, multitudo, Otfrid. III. 6, 17. & IV. 16, 34.

Unfirslagen heri in uuar.
Denſiſſimæ copiæ revera.

Heren, perdere, *verheren*, ùt ſolent exercitus militares, Fragm. de B. Sarac. ℣. 1575.

Herren, vaſtare, Notk. Cant. Deut. 32, 25.

[*Heriunga*, direptio. Gloſſ. Monſ. p. 335. *in heriunga*, in direptionem. p. 333.

Heriungo, in devoratione. p. 323.

Heriuntero, diripientium. p. 330.]

Herſam, terribilis, Fragm. de B. Sarac. v. 1238. [Scherz. in Notis reddit venerabilis.]

Herisgaf, *heerſchaar*, exercitus. Otfr. I. 12, 42. IV. 17, 30. c. 24, 26.

Herisgaf engilo.
Exercitus angelici.

Idem II. 3, 26. IV. 4, 112. & cap. 21, 48.

Heriſcaf thes liuti.
Multitudo populi.

Idem

Idem I. 4, 29.

Hereſchefte in himile.

Exercitus in cœlo.

Notk. Pſal. XIV. 1.

Heriſceſi engilo, legiones angelorum, Tatian. c. 185, 5.

[*Heriſcaf*, hodie *herrſchafft*, obſervante Gaſſaro in Diction. quanquam diverſo ſenſu. Nunc enim dominatum, olim multitudinem, præſertim militarem aut uſum militiæ præſtantem, qualem Germani hodie *ein heer* appellant, denotavit. vide locum parallelum Otfr. IV. 17, 30. Palthen. Not. ad Tat. p. 390. conf. ſupra *Bot.*]

Herſcaf, ſceptrum regium videtur denotare in Fragm. de B. Sarac. v. 1248.

Ther Kuning in wol untphing,
ſine herſcaf er wehete,
Sine hant er ime rehte.

Rex eum benevolè excepit,
Sceptrum inclinavit,
Manum ſuam porrexit.

[Quum *heriſcaf* quoque dominationem, imperium, majeſtatem denotet, verſum 1248. ita redde: *ſuam majeſtatem ille molliebat*, i. e. demittebat. Apud Notk. Pſal. LXX. 19. Dominationes per *Herſceffe* redditur. Scherz. Not. ad h. l.

Herſcephti, Serenitatis. Gloſſ. Monſ. p. 379.

Herſchephi, idem. p. 381.]

Herebirga, caſtra exercitûs, *ubi das Heer ſich verbirget, verſchanzet.* Cant. Cant. c. 1, 5. *ih bin ſalo, ſam die herobirga Cedar.* nigra ſum ſicut tabernacula Kedar. Vide ſupra Filz-*Filzbus.*

Gloſſæ Lipſii: *Heribergo*, caſtrorum. *Heriberga*, caſtra. addit Lipſius: *Nos latius pro omni diverſorio: ſed illud propriè & primò.* ubi Somnerus: *Quatenus univerſe Diverſorium ſignificat, vocem paululum immutatam habemus: nobis enim eodem ſenſu Harbour, de quo in Gloſſar. Spelmannus noſter in voce Heribergare.* Notk. Pſalm. XXVI. 3. *ſin iob hereberga geſtellet uuider mir:* Sint vel caſtra conſtituta adverſus me, &c. Idem Pſ. LXXVII. 28. *Diu fielen in die herebirga, unde umbe die herebirga.* Ceciderunt in medio caſtrorum, circa tabernacula eorum.

[*Heripergont*, metabuntur. Gloſſ. Monſ. p. 322.]

Inde mutato R in L Heleberga & inde *Alberga*, Albergaria, Gall. Auberge, jus metatorum, *Einquartirung*, & Generatim Jus hoſpitandi, Jus Giſti, *Gaſtung*, *Ausloſung*, procuratio. V. Du Fresn. Gloſſ. itemque Menagii & Caſſanei.

Generaliſſimè hoſpitium & domicilium, *herberge.*

Imò & mobilia, ſarcinas hoſpitum notavit. Gloſſæ Junianæ: *Heribergo, ſarcinas.* Fr. Jun. ad Willer.

[*In dero heripergo*, in diverſorio. Gloſſ. Monſ. p. 320.]

Herebaecon, *ſimbulum*, Gl. MS. ASax.

Heriberga, tabernacula paſtorum, *bi then heribergon dhero herdon*, Cant. Cant. I. 8. Notk. Pſal. LIX. 8. *Ketubele dero herebirgon*, convallem tabernaculorum. Pſal. CVII. 7.

[*Die ſolich ſin, daz du in iro herzen dir hereberga macheſt.* Qui tales ſunt ut in eorum cordibus manſionem tibi facias. Willer. in Cant. Cant. 1, 7.]

Heriberga des Hobeſten, Tabernaculum Altiſſimi Moſaicum, Notk. Pſal. XLV. 5.

Vita cœleſtis, Notk. Pſal. LXXXIII. 2. *Uuieo uuunneſam dine herebirga ſint truhten dero chreſte.* Quam amabilia ſunt tabernacula tua Domine virtutum.

Herebrand, depopulatio, vaſtatio, Rhythm. de S. Annon. §. 25. v. 436. Belli flamma.

[Reineſius vertit *Dux exercitus.* Vocab. Theot. MSC.]

Heriſanon. v. *Ban.*

Heriborn, cornu bellicum, tuba. [Opitius arcus ex nervis, ego æra, ſeu tuba bellica. Reineſ. Vocab. MSC. Theot.] Id. Rhythm. de S. Annon. §. 27.

Heribunta, præda, *eriſta heribundono*, initia prædarum. Gloſſ. vet. Junius in Willer. p. 34. n. 52.

Herikirit, equites, equitatus, Gl. vet. Junian.

Herrenot. vid. *Not.*

HERALD, Heroldus, Caduceator, Fecialis. Ex *Her*, exercitus, & *Ald*, aldio, miniſter, de quo ſupra A. Beſold. Theſ. Pr. in H. V. Diatriben noſtram de Comit. Imp. §. 18. ſqq. ubi Epiſtola Æneæ Sylvii hac de re exhibetur & prolixe refellitur.

[Adde Speelmannum, qui Diatriben de Heraldis, imprimis Anglicanis, Gloſſario ſuo inſeruit. p. 278. ſq.]

Herſchild, clypeus militaris, cingulum militare. J. Alem. & Sax. V. Comm. ad Jus Feud. Alem. cap. 1. §. 4. & cap. 2. §. 3. 4.

Transact. inter Ludov. Imp. & ejus Agnatos, de tutela, *mit unſern Vettern, mit iren Landherrn, Dienſtleuten, Mitterleuten, Burgern und allen Städten*, &c.

Pfälz. Stammfolge p. 76.

Idem Ludov. Imp. in Statutis Bavariæ inferioris: *Grafen, Dienſtmann, Freyen, Ritter, Knecht, Edel, Unedel, Städte, Marck und gemeinlich alle Leuth in Nider-Beyern*, &c. ibid. p. 111.

Heripauchan, chundfano, vexilla victoria, Gloſſæ Fr. Junii in Willeram. p. 34.

[*Heripoubhan*, ſignificationibus, vel vexillis. Gloſſ. Monſ. p. 361.]

Herechnecht. vid. inf. *Knecht.*

Herſcal, *feldgeſchrey*, clamor exercitus, Fragm. de B. Sarac. v. 2089.

[*Heriſtiura*, ſtipendia, Gloſſ. Monſ. p. 361.

Heriſtraza, via publica. p. 323.]

Heriuerti, expeditiones, *heerfarten*, Rhythm. de S. Annon. §. 8. & 40.

[*Heriuart*, expeditionem. Gloſſ. Monſ. p. 359.

Dandra beriuart, ſecundam profectionem. p. 363.]

Heriuuahta, liutſtal, Strationes Gl. vet. Jun.

Herizobin, Dux. Iſid. c. V. §. 6. *Liudi mit dhemu zuobal-*

Digitized by Google

zuobaldin herizobin, populus cum duce venturo. Idem c. VIII. 1. *Ni zirinne herrin fona Juda, nob herizobin fona finem theodum.* Non deficiet Princeps ex Juda, nec dux de femoribus ejus. Otfrid. IV. 35, 10. *zi themo Herizoben*, ad Præsidem, Pilatum intelligit. & Cap. 20, 4. & c. 7, 34. *zi herizobon ziahan*, ad Principes ducere. Rhythm. de S. Annon. v. 270.

Herizog, Imperator, Notk. Pſal. LXX. 17. de DEO O. M.

Herduom, Princeps. Cant. Cant. c. VII. 1. *Hertuomes dohter.* Filia Principis.

Iſid. c. 5, 2. *Siin herduom oba ſinem ſculdrom*, principatus ejus ſuper humerum ejus. S. Hieron. etiam crucem poſſe intelligi obſervat.

Otfrid. II. 5, 43.

Quad, herduomes irfulti,
in thiu er'nan beton uuolti.
Dixerat (Satanas ad JEſum) Principatu adimpletum iri,
dum iſtum (modo ſe) adorare vellet.

Hertuom, principatus, Tatian XIII. 1. *Hertuom habentemo Herode in Galilea.* Tetrarcha Galilææ Herode.

[Compoſitum eſt *Herduom* ex *heru* honore, & terminatione *duom*, quæ ad certum rei alicujus ſtatum denotandum adhibetur, qui ſenſus eſt vocabuli moderni *reichthum.* Quod autem apud Willeram. VII. 1. & Tatian. VIII. 2. ut & XIII. 1. vox illa non pro ſtatu, ſed pro perſona Principis uſurpatur, id metonymicum eſt. Ac mirum eſt Tatiani interpretem in poſteriori loco à præſcripto Latini textus diſceſſiſſe. Vox enim *hertuom* non accurate Tetrachiam, ſed qualemcunque poteſtatem denotat. Palthen. Not. ad Tatian. p. 316. & 325. Mihi mirum non videtur, commodiori enim vocabulo tum deſtituta fuit lingua Theotiſca.]

Herdum, princeps, Rhythm. de S. Annon. v. 115.

[*Hertuom*, magiſtratus, Gloſſ. Monſ. p. 365. primatum. p. 356. 369. præfectura. pag. 380. dignitas. p. 360. caput. p. 343. culmen. p. 384.

Hertuoma, magiſtratus. p. 335. 342.

Hertuome, apice. pag. 379. dignitati. p. 386. ſublimitate. p. 399.

Pi demo hertuome, conſulatu. p. 373.

Hertuomes, Prioratus. p. 385. Caput Principatus. p. 395.]

Herduom, autoritas, Iſid. c. 2. c. 5, 1.

[*Hertuomes*, auctoritatis. Gl. Monſ. p. 329.

Hertuomlihha ſturri, magnificentiam Principalem. p. 360.

Heriſont. Principantur. p. 394.]

Heriſtal, Herſtelle, caſtra, Metata. Regino A. D. 797. de Carolo M. *Ipſe Novembri menſe mediante, ad hyemandum cum exercitu Saxoniam intravit, poſitisque caſtris juxta Viſaram fluv. locum Caſtrorum Heriſtellium vocari juſſit.* Annales Francorum Pithœani: *A.* 798. *Carlus cum exercitu hyemavit Hariſtallio Saxonico.* Et auctor Vitæ Caroli M. *Novembrio menſe mediante, ad hybernandum cum exercitu Saxoniam intravit, poſitisque caſtris apud Viſoram fluvium, locum caſtrorum Heriſtelli vocari juſſit.* Gobelin. Perſona Cosmod. æt. VI. cap. 38. A. D. 795. *Carolus reverſus caſtra poſuit in M. Nov. circa Weſeram fluv. Et inde locus ille à caſtris metatis ibidem Herſtelle usque in hodiernum diem nuncupatur.* à quo quidem diſſentit Meibomius in Notis, *Ego*, inquit, *non tam de caſtris ibi locatis, quàm de Palatio quodam Francico denominatum puto, cui fortaſſis ſitu loci & amoenitate ſimile fuit.* Rectè omnino; duo ſcilicet ſunt Heriſtallia, Francicum & Saxonicum. Heriſtallium Francicum ad Moſam prope Leodicum ſitum fuit Palatium Regium, patria Pippini Majoris domus Franciæ, unde Heriſtallius cognominatus. Plura ibi Diplomata ſcripta recenſentur Lib. IV. Jo. Mabilloni de Re Diplomat. c. 66. Ad hujus quaſi æmulationem Hariſtallium Saxonicum nomen accepit à Carolo M. nec abnuo tamen, quia Francicum illud à caſtris metatis ab initio denominatum: Niſi malis abinde dictum utrumque, quod ſit Domini hoſpitium, ſeu Regium, *Heriſtall, des Herrns oder Königs abtritt*, & palatium. De Saxonico Heriſtallo ejusque delineatione vid. Monumenta Paderborn. pag. 213. ibi enim prima Epiſcopatus illius ſedes fuit.

Cæterum Heriſtalli ſive caſtrorum metatorum rationem Carolinam ita deſcribit Fragm. de Bell. Saracen. v. 1343.

Sin huten zwenzig tuſent man;
There ſite iſt ſo getan,
Thaz ſie ſih niemer ne ſceithent;
Sie haven ſih in viere geteilet.
Unde haven ſih geveſtet.
Oſtert und werſtert
Sundert unde northert.
Sie haven ſih ſo geordinet
Mit then allerbeſten waffen,
Ther Keiſer ſlafe other wahche.
Sie hotene (lege *huotent*) *al umbe.*
Iz ne wirt niemer thiu ſtunde,
Sie ne haven warnunge.
So welhe tharunde thrungen,
Then were reite ther dot;
Wande ſie thurh nebeine werltliche not
Theme Keiſere untwichen.

Herſtuol, thronus. Willeram. in Cant. Cant. cap. IV. pag. 70. *Thie Keyſere, ande thie Cuninga, ande andero wereltfureſton thie nu ſizzent in themo herſtuole.* [Noſt. ed. p. 30. *Die Keiſere, unte die Cuninga, unte andere uuerltuurſton die nu ſizzent in demo herſtuole.*] vid. Fr. Jun. ib.

Notk. Pſal. CVI. 32. *Die ſizzenten an demo herſtuole loben in.* In cathedra ſeniorum laudant eum.

Herrnwerte güter, opp. *herrenloſen*, caducis. Vetus Bannregiſtrum: *Die vorgeſchriben güter ſint in yedem Banne inſunderheit hernnwert worden* ſub anno Dom. MCCCCLX.

HERA, cilicium, Gl. Lipſ. Vide ſupr. *Haar.*

HERA, huc, *her.* Otfrid. IV. 26, 57. *Hera böret*, Huc audite: *böret her*, hodie. Sic & Notk.

Notk. Pſal. LXXX. 11. *Hare boren alle zuo.* Hinc Normannicum *Haro*, inclamatio concivium ad capiendum facinoroſum, q. d. *Herbey, heran, allon.* & *jus de Haro*, jurisdictio criminalis, V. Du Fresn. Gloſſ. in *Haro.* & ſupra *Haren.*

Nubera, hucusque, Otfrid. XII. 12, 107.

Hugi thoh nu bera meiſt.

[Scherzius vertit. Licet cogites, (mentem intendas) maxime.]

Herafart, acceſſus, *berkunft*, Otfrid. V. 4, 81. Angelus ad mulieres.

Ih uueiz iua herafart,
ir ſuechet unſan heilant.
Novi veſtrum acceſſum,
quæritis noſtrum Salvatorem.

Heraſun, huc. Otfrid. I. 19, 41. II. 12, 124.

Ni ſi ther mennisgen Sun,
ther thanana quam oub heraſun.
Niſi ſit filius hominis,
qui inde venit hucce.

Verſ. 143.

Bi thiu ſo ſant er heraſun
then ſinan einigon Sun.
Ut ideo miſerit hucce
ſuum unicum filium.

conf. I. 19, 41. & paſſim.

Hic. Otfrid. V. 23, 92.

Thaz muat iſt in io tharaſun
ni mugun ſib freuuen heraſun.
Animus eſt illis iſthic
non volunt gaudere hic.

Heraſus, ulterius. Otfrid. III. 10, 39. de Chananæa.

Sie heraſus ni louſe,
ioh after uns ni ruaſe.
Ne horſum (ulterius) currat,
& poſt nos ne clamet.

Hera uz, huc foras, hodie *heraus.* Otfrid. IV. 23, 5.

Heraf, deſuper, Otfrid. V. 8, 55.

Uuio er uuard ob heraf uns,
ioh nu buit in uns.
Quomodo factus eſt deſuper nobis,
& nunc manet in nobis.

[In MSC. legitur: *Uuio er uuard oub hera funs.* vertendum igitur: *Quomodo fuerit huc promtus.* Scherz. Not. ad h. l.]

Hera in, hinnein, *thun hera in*, infundere, Otfrid. II. 14, 54. Samaritana ad Chriſtum:

Ni habes, quad ſi, fromin
fazzes uuiht zi thiu hera in.
Non habes, dixit illa, mi optime (Domine)
vaſis quicquam ad infundendum.

Herot inti tharaſun, huc illuc, Otfr. II. 7, 37.

[*Hera unta dara*, alio. Gloſſ. Monſ. p. 364.

HERAPAZER, mediocris. p. 355.

Herapazari, mediocritatis, parvitatis. p. 377.

Herapazri, mediocritate. p. 380.

Herapaziro, mediocriter. p. 385.]

HERBIST, autumnus. *Herbiſt manod*, September. Notk. in Pſ. LXXX. 4. de ſolennitate neomeniæ: *Daz uobent nob uuertlicho Judei: Sie habent ana an dero eriſtun luna herbiſtmanodis, der zeichenhaft tulttago iſt, ſament in, unde blaſent ſiben taga.* i. hoc exercent adhuc carnaliter Judæi, incipiunt in prima luna Septembris menſis, qui inſignis dies ſolennitatis eſt, inter ipſos, & tubâ canunt ſeptem dies. Eginhardus: *Herbiſtimonat*, november. Lambec. L. II. Bibl. Cæſ. c. 5. p. 264. Lex Baiwar. T. VII. c. 19, 4. de eo qui abortum fecerit mulieri: *Deinde ipſe & poſteri ſui, per ſingulos annos, id eſt, autumnos ſingulos, ſolidum ſolvant uſque in ſeptimam propinquitatem, de patre in filios:* At nondum ita Taciti ævo, qui cap. XXVI. de M. G. ait: *Annum quoque ipſum non in totidem digerunt ſpecies: hiems & ver & æſtas, intellectum ac vocabula habent: autumni perinde nomen ac bona ignorantur.* V. Manodo.

HERBURGIUM. V. *Chereb.*

HERD, HERDE, grex. *Herdniſſe* idem.

Herdan, paſcere, *weiden*, Willeram.

Herdu, vellus, Notk. Pſal. LXXI. 6.

HERDV, *Erde*, terra, Tatian. c. 65, 5.

[*Herde*, vel *molto*, ſolo. Gloſſ. Monſ. p. 357.

HERTHVS, & *Hertus.* Suevorum & Borealium Germanorum Dea, perinde & eorum Anglorum, qui cum Saxonibus Britanniam noſtram applicantes nomen noſtratibus reliquerunt. Cultum & immanitatem refert Tacitus in Germ. Morib. *Reudigni deinde & Aviones, & Angli, & Varini — in commune Hertum* i. e. *terram matrem colunt, eamque intervenire rebus hominum, invehi populis arbitrantur. Eſt in inſula Oceani Caſtum nemus, dicatum in eo vehiculum, veſte contectum, attingere uni ſacerdoti conceſſum. Is adeſſe penetrali Deam intelligit, vectamque bobus fœminis, multa cum veneratione proſequitur. Læti tunc dies, feſta loca, quæcunque adventu hoſpitio dignantur. Non bella ineunt, non arma ſumunt, clauſum omne ferrum, pax & quies tunc tantum nota, tunc tantum amata, donec idem ſacerdos ſatiatam converſatione mortalium Deam templo reddat, mox vehiculum & veſtes, & ſi credere velis, numen ipſum, ſecreto lacu abluitur. Servi miniſtrant, quos ſtatim idem lacus haurit. Arcanus hinc terror, ſanctaque ignorantia, quid ſit illud, quod tantum perituri vident.* Porrigitur Germania, Taciti ævo, ad mare Balticum; ipſumque hoc mare Oceanus videtur, inſulam exhibens, *Caſto* luco & penetrali *Herti* Deæ inſignem. Mallem vero Deæ nomen *Hertham* ſcribi, quam *Herthum*, etiam ſine aſpiratione incœptiva. Nam Saxones noſtri, & nos hodie *Earth*, pro terra à Græco ἔρα: *hearth*, dicimus pro focali.

De *Hertho* Dea in noſtrarum antiquitatum latibulis nihil reperio, ni ingentia illa ſaxa, quæ in planicie Salisburienſi conſpiciuntur, *Herthi* templum indicare arbitremur. Cum enim terra orbis ſit, & in aëre pendens; hæc ipſa rudera orbicularis templi veſtigium referunt, ſaxis aliis ita aliis impoſitis, ut pendere quædam magis videantur, quam ſuffulciri: atque inde *Stoneheng*,

Digitized by Google

heng, i. e. Saxa penſilia appellari. Hac templi ſpecie Terram coluere veteres: Magnam eam matrem nominantes, quod ut cœlum DEOS, ſic ipſa DEOS pariter & homines, & cætera animalia procreaſſet, rerumque omnium cuſtos eſſet & origo, ut Lucretius Lib. 2.

Quare magna Deum mater, materque ferarum,
Et noſtri genitrix hæc dicta eſt corporis una.

E plurimis enim terræ facultatibus, plurium ſibi effinxit Ethnica ſtultitia numinum appellationes; quibus interdum illas facultates, interdum terram ipſam adumbrabant. Cybelis, Ideæ, Opis, Rheæ, Maiæ, Cereris, Iſidis, Heræ, Hecatis, Proſerpinæ, aliorumque infernalium, quæ unâ (licet ignotis nobis vocabulis) populi Boreales ante alia coluere. Ea enim terræ fructibus præeſſe opinati ſunt, virtutemque vegetativam, hyeme in latibula terræ receptam, conſervare, vere & æſtate in mortalium uſque reddere fœcundiſſimam. Vim etiam gignendi & procreandi penes illa eſſe: largitaque hanc ex abundanti aquilonem incolentibus, cultum viciſſim abundantius vendicare. Hinc in infernalium honorem temporis ſpatia, non per dies & annos (ut cæteræ gentes) ſed per noctes & hyemes, boreales populi numerabant; juxta illud Taciti, *Nox diem ducit*. Et hinc nocturna illa ſacrificia, calentesque humano ſanguine hecatombes; Inferis gratæ ob ſævitiam, terræ propter effuſi cruoris fœcunditatem; unde Ovidius:

Luxuriat Phrygio ſanguine pinguis humus.

Dis tunt aber alle prieſter niht,
Swa man der einen reinen ſiht,
Des ſtimme kunt uns Gotes wort,
Er iſt ein ganzer himelhort.

Id. l. c. §. 45.

Niht entvelſche Gotes wort
Got ſchreib dieſelben ebermde vur ſinen hohſten himelhort.

[Goldaſt. in Replicatione pro imperio. pag. 284. *Sin kemerere ſtilt im ſinen himel hort.* Camerarius ipſius (DEI) furatur ipſi theſaurum cœleſtem. Gothi gentiles in antiquis inſcriptionibus ſepulchralibus hac quondam formula uſi ſunt. *Hirdi Guden trygg*, *hirdi Guden Thegn*, *hirdi Guden kan*, DEUS cuſtodiat fidelem, DEus cuſtodiat gladium vel equitem, DEus cuſtodiat ſibi notum. Ubi per *Guden* Deaſtrum *Odin* intellexerant. Staden. Explic. voc. Bibl. Germ. p. 320.]

Unhort, inerti: Kero. *Drato unhort dera kerniſſa ſinera deonoſtes*, nimis inerti devotionis ſuæ ſervitio. c. 18.

Hor-

Digitized by Google

HOR.

Horden, cuſtodire. ASax. *Hord*, *Horder*, *hortreden*, cuſtodia, gazophylacium. Gothis *Haurda* oſtium, Vid. Fr. Junii Gloſſ. Goth. pag. 191.

Bohort, munimentum, vid. ſupra in B.

Hort, rupes in verſione Lutheri Pſal. XVIII. 2. Eſ. XXX. 29.

Hort, Belgis, pulſus, pulſatio, offenſa, Vid. *Kilian. h.*

[*Hurt*, clypeus. Tyrol. Paræner. ad fil. §. 30. *Da hurt gegen hurte dringet*, ubi clypeus cum clypeo colliditur. Significat & pulſus, ut apud Goldaſt. in Paræner. p. 378. *Von hurt die Schilt gaben ſchal*, ex alliſione clypei tinniebant. Derivatur *hurt* ab *hurten*, quod Galli retinuerunt. Vet. Gl. Franco-Lat. *Hurter*, allidere, impingere, congredi cum impetu. Staden. Explic. Voc. Germ. Bibl. p. 321.

Horta, *hurta*, alliſionem, colliſionem antiquis ſignificare certum eſt. Scherz. Not. ad Otfrid. p. 272.]

HOSC, HOSCZ, ſubſannatio. *Hoſcovi*, illuſiones. *Beboſcodon*, ſubſannaverunt: Gloſſæ Lipſ. ubi Somnerus: *Huic affine noſtrum Hiſſe & Hiſſing; ſed & Hiſſing ſtock, quod Lat. ludibrium, à Sax. abiſcean, ſubſannare.*

HOSE, *Hoſen*, *Haſen*, Braccæ.

Geiler. Narr. Sch. fol. 28. b. *Die VI. Schell iſt zieren die Füſs und Schenkel. Sich die Hoſen an, wie ſie geteilt ſeint, wie ein Schachbret, wie von kleinen blezlin ſie zuſammen geſtucket ſeint, alſo das ſie me koſten zu machen, denn das tuch wert iſt. Das kumpt alles us Welſchen land und Franckreich.*

HOSE, HOSEN, caligæ.

[*Hoſun*, caligas. Gloſſ. Monſ. p. 365.

Hoſaneſtila, corrigia, caligæ. p. 319.]

Fragm. de B. Hiſp. Caroli M. ℣. 1875. de Rolando ad expeditionem ſeſe præparante:

Zwo boſen er aneleite,
thie waren gantraitet
Von golde unde von perlen,
thie liubten ſam thie ſterne.
Thaz ethele geſtainene
untvorbte wafen nehaine.

Duas caligas induebat,
quæ erant totæ præparatæ
De auro & margaritis
quæ lucebant ſicut ſtellæ.
Precioſi lapides
exhorreſcebant arma nec ulla.

[Striker. de Expedit. Caroli Hiſp. c. 5. Sect. 4. p. 44. rem eandem his verbis refert.

Czwo boſen lait er an di bain
Da was vil mannig edelſtain, &c.

Notat autem ad eundem locum ſequentia Scherzius.

Hoſen, tegumentum tibiarum fuiſſe tum hic locus probat, tum aliunde manifeſtum eſt; denotat igitur *tibialia*, item *ocreas*. Monach. S. Galli de Geſtis Caroli M. Lib. II. Cumque ad obſequium Domini cuncti *boſas* ſuas vellent extrahere, ille prohibuit, advocataque Regina oſtendit *ocreas* diſruptas. Twinger. in Vocab. Latino-

HOS.

Germ. MSC. Ocrea, *lederboſe*, oder *Stifel*, oder *Kniuueling*. Gloſſ. Anglo-Sax. Bed. Caliga vel ocrea, *Hoſe*. Hinc Gallorum *bouſeau*, *beuſe*. Matth. Paris ad an. 1247. Calceamentis militaribus, quæ vulgariter *beuſes* dicuntur, ſeculariter, imo potius prodigaliter calceati & calcarati. Conf. Du Freſne in Gloſſar. voc. *Oſa*, ubi notat, etiam dici *Hoſſa*, *Hoſa*, *Oſſa*, *Houcia*, pro tibiali, crurali, caliga. Vox hæc pro tibiali ſupereſt apud nos in compoſito *Hoſenſtriker*, pro quo alii *Strumpfſtriker* dicunt. Ocreæ hæ ex varia erant compoſitæ materia; etiam ferro. Quod ultimum liquet ex iis quæ infra in Strikero occurrunt ubi dicitur:

Des uuart er auf dem baine
Geſtochen durch den halsperch
Do beſchermte in ein ander uuerch
Sin iſen hoſe diu drunter uuas.

Hæc Scherzius.]

Regula S. Benedicti c. 55. *Das Baingewand*, *Hoſen und Socken*, *indumenta pedum*, *pedules & calligas*. Et mox: *Et pedules &c. hokan und &c.*

Hoſengeſchuch, MS. Collectanea è Vadiano: *XX. Ritter in Hoſengeſchuch* i. mit xx. ſweren pferden, oder die zv ſollen harniſch reiten. Acta Lindav. pag. 488.

Quibus illuſtratur quod Du Freſne habet: *Calcia*, *tibiale crurum tegimen ita dictum*, *quod interdum calceis conjungeretur*, *& unà calcearetur & indueretur. noſtris Chauce vel chauſſe*, &c.

Cluver. L. I. G. A. c. 16. & ſupra *Briken*, *Bruche*.

Hoſen, tibialia & braccæ connexæ, more veteri, quem retinuerunt in Turingia & Miſnia [& Suevia] ruſtica gens: imprimis in Ducatu Altenburgico.

Ad Rhenum ſimiliter dicuntur *Hoſenſtricker*, non qui braccas, ſed tibialia cum calceamentis conficiunt, aliàs *Strumpfſtriker*.

HOT, *Hut*, galea. Fragm. B. Hiſp. ℣. 3052.

Noh thie ringe nob ther hot,
thez wafen ie thurh wot.

Nec thorax nec galea!
arma hæc undique prævalebant. penitrabant.

[*Hout*, cydarim. Gloſſ. Monſ. p. 321.

Houte, cydari. p. 321.

Houti, mitras. p. ead.]

Conf. inf. *Huot*.

HOVBIT, V. *Haubit*.

HOVCH, houg, hoer, V. *Hob*.

HOUUARTO, ſpecula alta, ita *Sion* exponitur à Notkero Pſal. LXIV. 2. LXXVII. 54.

HOVPH, *Houf*, acervus. Otfrid. II. 1, 43. v. inf. *Huf*.

HOUPTEN, adhærere. Chron. Königsh. c. V. 109. *So houpte men gleih an ſie*, man hielte ſich gleich an ſie: ab *Heben*.

HOW, *Heu*, fœnum. V. *Heuti*.

[*Houvi ſeganſa*, falcem fœnariam. Gl. Monſ. p. 383.]

Haman, cicada: Gl. MS. ASax. i. *Heuman*.

Hoiſtalfel, locuſta, Notk. Pſal. CIV. 35.

HOU.

[*Hoviſtafto*, locuſta. Gloſſ. Monſ. p. 335.]

HOUUAN, concidere. Gl. Monſ. p. 331.

Houua, ſarculum. p. 331.

Houvn, raſtrum. p. 384. *Houvn*, vel *iſarngrapun*, ſarculum. p. 326.

Houvono, vel *gapalono*, tridentium. p. 326.

Hovuiſal, albuginem. p. 385.]

HRAEBN, corax: Gl. MS. ASax.

Hraebnes foot, quinquifolium: Gl. MS. ASax. Hiſp. Cingo de Rama.

HRACHO, ſublingium. Raban. de part. corp.

HRAECLI, amiculo: Gloſſ. MS. ASax. h. e. *Röcklin.*

HRAEN, undae, fluſtra: Gl. MS. ASax.

HRAMSA, *Aſtula*: Gloſſ. MS. ASax. i. littus, ora.

Hramſa crop acitelum, Gl. MS. ASax.

HRANNE, vox Salica. Lex Salica tit. II. 1. *porcellus de branne prima aut mediana.* i. de fœtura, *wurff.* vide ſupra v. *Chala.* Wendelinus *Gloſſ. Sal. h. v.* exponit *Gregem* proprie porcorum: & quidem à *Rennen*, currere. eoque trahit Gall. *Ran*, & *Ranger.* Quaſi verò porci ita ordine & gregatim paſcantur, ùt cæteræ pecudes, *vide §.* 1. *Inſt. de L. Aquil.* ubi ratio dubitandi de ſuibus fuit, an inter pecudes veniant. Deinde *Rang* & *ranger* à currendo & diſcurrendo more ſuum plurimum differt. Denique gregis ſignificatio huc planè non quadrat; quo enim quæſo judicio dixeris, lactantes porcellos conſtituere peculiarem gregem. Voſſius de V. Serm. Lat. II. 9. interpretatur coloſtrum, i. lac primum poſt partum. Sed quomodo colaſtrum medianum & tertium dici poſſet. Conf. ſupra voc. *Chala.*

HRAGRA, ardea, Gl. MS. ASax. i. *Reiger.*

HREIN, mundus, purus. *Hreinan*, mundum, caſtum. c. 7, 64. *Hreino*, caſtè. c. 64. *Hreinida*, munditias. c. 35. *Hreinnan*, caſtigare. cap. 4. *Hreinii minnoon*, caſtitatem amare. c. 4. *Hreiniu*, munda. c. 35. *Hreiniſto lib*, caſtiſſimam vitam. Prol. p. 16. Kero.

Reinen ſi, purgent ſe. Idem c. 13,

Reynen, mundare, Willeram. in Cant. Cant. paſſim. Tatian. c. 167, 2. *Ir birut nu reine thurub thas uuort*, jam vos mundi eſtis propter ſermonem.

Otfrid. I. 1, 12,

Ougtun iro kleini
in thes tibtonnes reini.
Oſtenderunt ſuas ſubtilitates
in meditationis puritate.

Id. IV. 9, 27. de cœnaculo in quo Chriſtus ultimum Paſcha celebravit.

Mit reinidu alſo ſin fram
ſo geſtin ſulichen gisam.
Munditiis tam maxime (multis)
quam hoſpitibus talibus decebat.

Hinc *Rheni* nomen videtur Fr. Junio ad Willeram. p. 17. & in Gloſſ. Goth. p. 200. quod Germani puritatem thori Rheno explorarint, unde ἀλεγχίγαμος dictus.

HRE.

[HRECHIVM, exules. Gloſſ. Monſ. p. 409. *Hrechouuas*, *iuuora*, exulaverit. p. 406.

HREDIRO. *Feor brediro reitun*, quadrigæ. p. 405.

HREO, funeri. p. 405. *hreuue*, funeri. pag. 406.]

HREOD, carectum: Gl. MS. ASax. *Riet.* V. in R.

HREVE, venter. Iſidor. cont. Jud. 5, 3. *Fona hreue aer Lucifere ih dhih chibar*, ex utero ante luciferum genui te.

Otfrid. I. 4, 71. de Johanne Baptiſta:

Fon reue thera muater
ſo iſt er io giuuihter.
Ab utero matris
erit jam conſecratus.

Adde c. 5, 118. c. 6, 16.

[Tatian. 2, 6. *Fon reva ſinero muoter*, ex utero matris ſuæ. Vox hæc, quæ primo uterum ſolum denotavit, nunc Suecis Danisque partem corporis averſam, utero ventrique oppoſitam ſignificat. Palthen. Not. ad Tat. p. 288.]

Glòſſæ Lipſii, *Ref*, venter: & *Revis*, ventris: & *Reve*, ventre. ibi Somnerus: Alvus & Vterus Sax. *bryſe*, aliàs *Hrif.* Hinc Diaphragma, quod dividit & ſeparat ventrem & inteſtina à pulmone & corde, nobis *Midriffe*, Belgis *Middel ryffe.* hæc Somn.

Reueuunt, ventre læſus. L. Alem. c. 65, 25. *Si in interiora membra transpunctus fuerit, quod reuvunt dicunt, cum XII. ſolidis componat.* hodie *Weidewunt.* Weide, ingeweide.

[HRIM, ſeries Gloſſ. Monſ. p. 408.

HRINGA, Proceres. Rhaban. Maur. Gloſſ. apud Diecmannum Spec. Gloſſ. Lat. Theot. p. 157. qui ſequentia addit:

„ *Ring* proprie eſt annulus, corona, circulus. Gloſſ. Boxhorn. *Hringa*, fibula. Rhaban. noſter. *Entibringa*, *ſertaque.* Cum Proceres ad „ conſilium congregati non raro ſoleant in cir- „ culo vel corona ſedere, hinc vſurpatur *Hrin-* „ *ga* pro conſeſſu & concilio Procerum. Otfr. „ III. 17, 5. Thar mitten in then *ring*: ibi in „ mediam *coronam.* Lambec. *Bibl. Caeſ. Vindob. II.* „ 379. vbi dicitur: *Tranſito Danouio*, (Danu- „ bio) *cum exercitu ſuo peruenit ad locum, vbi Re-* „ *ges Auarorum cum Principibus ſuis ſedere conſueti* „ *erant, quem noſtra lingua* Hringe *nominant*, haec „ addit: Hringe *ſiue* Ring *vocabulum eſt mere Ger-* „ *manicum*, & *ſignificat hic locum rotundum ſiue or-* „ *biculatum in meditullio caſtrorum, vel munimenti*, „ *vel conſeſſus alicuius ſitum, quem bonoris & ſecuri-* „ *tatis cauſa Rex cum Optimatibus ſuis obtinet.* V. „ Spelmann. *Gl. p.* 301. 302. 487. *ſin.* Dufr. *Gl.* „ *H.* 801. 802. Schminck. *ad Eginhart. p.* 67. *b.* „ Eadem notione Sax. locus iſte conuentus Pro- „ cerum *Ring* dictus eſt in Chron. Brunſ. XLIX. „ 44. LII. 117. LVII. 21. LVIII. 21. Hinc „ phraſis Germ. *in den Ring bringen*, apud Mer- „ ckel. in *Relat. Germ. de obſid. Magdeb.* ed. 1596. „ *lit. R. 2. b.* Nec aliter vox *Ring*, *Actor. Lin-* „ *dau. p.* 122. 123. apud Dietherr. *Contin. Theſ.* „

„ Pract.

Digitized by Google

„ *Prall. Beſold. p.* 519. *a.* accipienda eſt, quod „ vtique illic monendum fuerat, ne quis de „ *annulo*, quem Dietherrus ibi tractat, inepte „ interpretaretur. Gothice quoque *Ring* eſt „ circulus, iudicium, Ver. *I. p.* 207. *b.* Ab „ hac ipſa voce, praepoſito *ka*, ſed eliſa, vt „ in pluribus aliis, vocali, eſt Sax. *Kring*, or„ bis, circulus, *Kringel*, ſpira. Inde quoque „ Gall. *rang*, Hunger. *Vind. ling. Germ. lit. Q.* 8. „ quod itidem placet Menagio *Or. L. Gall. p.* „ 614. nec non *barangue*, ſi Ottium audimus „ *Franco-Gall. p.* 151. Latinis etiam *circulus* eſt „ coetus hominum, V. Giphan. *Obſ. L. L. p.* „ 31. Conf. inf. *Ring*.

HRINGANTEN, *uuidar uuirmanten*, conluctantem. Gloſſ. Monſ. p. 407. Hodie *ringen* luctari notat.

HRIPUN, proſtituam. p. 410.]

HRISIL, radius: Gl. MS. ASax.

HRIVVVN, pœnitentia. hodie *rewe*. *Hriboes*, pœnitebis. *Hriboes*, pœniteat: Kero.

[In Kerone hæc reperio: *ze riuuun dih zualeitit*, ad pœnitentiam te adducit. Prol. p. 18. *offanlibbera dera kenubtſamuntati briuuee*, publica ſatisfactione pœniteat. c. 43. *after tatim ni hrivoer* (Goldaſt. legit *brivoes*) poſt factum non pœnitebis. c. 3.

Tatian. XIII. 2. de Johanne Baptiſta. *Predigonti toufi inti riuua*, prædicans baptiſmum & pœnitentiam.]

Riuon, pœnitere. Otfrid. ult. 24, 119.

Riunta, pœnitens. Otfrid. I. 16, 15. [Legendum hoc loco *kumta*, ut è MSC. docet Scherz. in Not.] Lamentans, III. 10, 13.

Mit mihilon riuuuon.
Cum multis lamentationibus.

Rauuon, Notk. Pſalm. III. 6. *Ih ſchlief, unde ſchlaf rauuota mir dar ana.* Ego dormivi & ſoporatus ſum. Id. Pſalm. IV. 9. *Daz ih ſchlafe unde rauuee in fride.* In pace in idipſum dormiam & requieſcam. [Hodie *ruben*.]

Ruun, Otfrid. IV. 34, 41. [Scherz. vertit *dolebant*, in Not.]

Ruuue, iſt nach der ſchulde gut, pœnitentia poſt culpam bona, Winsbek. ad fil. §. 43.

Riuuetin, Otfrid. IV. 30, 5.

Ni uuarun in then liutin
thie ſulih riuuetin.
Nec fuerunt inter homines hos
qui de hoc condolerent.

Mit ruouuon trahene, pœnitentiæ lacrymis, Willeram. p. 90. [n. e. p. 39. *mit ruiuuon zaheren*.]

Biriuuetut, commiſerati, Otfrid. V. 20, 154.

Oba ih in Karkare uuas
ir biriuuetut thaz.
Cum in carcere eſſem
vos commiſerati eſtis.

Riuuui, moleſtia, adverſitas. Otfrid. III. 10, 59.

Ginado in therera riuuui
thinera muadun thiuuui.

Miſerere in hac calamitate
tuæ fatigatæ ancillæ.

Id. IV. 18. 7.

UUolt er in then riuun
thaz enti biſcouuon.
Volebat in hac adverſitate
finem conſpicere.

Vorreuuet, compungimini, quaſi berouwet: Gl. Lipſii, ubi Somnerus: *Pœnitere, deplorare, Belgis berouwen. Sax. reowrian & bereowrian.*

Ruberin, i. pœnitentes appellatæ Beguinæ, Chron. Senon. ita legendum pro Kuherin, apud du Fresn. in *Gloſſar. v. Begbinæ.*

ASax. *Hreowan*, pœnitere, dolere, triſtari.

Goth. *Hraiwa dubono faguk*, turturum par, Luc. II. 24. q. d. gementes columbæ.

[*Hriuun*, ſera. Gloſſ. Monſ. p. 407.]

HROOC, grallus: Gl. MS. ASax.

HROP, lacuna: Gl. MS. ASax.

HRVKI, dorſo: Kero. c. 7. Iſidor. contra Jud. c. 3. §. 3. *Ih uuendu imu chuningo brucca*, vertam ipſi regum dorſa.

[HRUMO, *uneſanti*, diſtincte. Gloſſ. Monſ. p. 406.]

HRUNGIAE, fibula: Gl. MS. ASax.

[HRUOFTE. Iſidor. c. 6. *In bruofte ſingbemes*, jubilamus.

Hruofte eſt *ruofan*, clamare, exclamare. Eſt ergo *in bruofte ſingben*, exclamando cantare, ſeu potius cantando exclamare, id quod apte ſatis in jubila competit, quæ velut continua rudique vocalium *io* vel *iu* inclamatione conſtant. Palthen. Not. ad h. l. p. 413.]

HRVOM, gloria, *rubm*.

Hruomege, aerdbriches, glorioſi terræ, Iſidor. contr. Judæ. c. 3. 3.

[HRUOZZUN, ſambucis. Gloſſ. Monſ. p. 412.]

HSNIUUITH, ningvit: Gl. MS. ASax. hod. *ſchneyet*.

HUAEG, ſeru: Gl. MS. ASax.

HVAHE, HVHE, HVOH, ludibrium, hohn, ſpott. Otfrid. IV. 30, 6.

Habetun nan zi huabe.
Habuerunt eum pro ludibrio.

Notk. in Orat. Domin. Petit. VI. *der uuirt ze huohe ſinen ſunden*, fit ludibrium peccatis ſuis. Id. Pſalm. II. 4. *Huob tue*, ludibrium faciat.

Huoben, ludibrio habere, Notk. Pſal. XXIV. 3. *Noh mine fienda huoen min.* Neque irrideant me inimici mei. Pſalm. XXXVII. 18. *Nie ne huoen min mine fienda.* ne quando inſultent in me inimici mei. Pſalm. LXXIX. 7. *Unſere fienda huonon unſer.* Inimici noſtri ſubſannaverunt nobis. Adde Pſal. XLVI. 1. 2. 3. Pſal. LXXXIV. 1. [Inde fortaſſe hodiernum *Höhnen*, ſubſannare.] *Kebühot eigen*, ſubſannarunt. id. Pſalm. XX. 14. & XXXIV. 15.

HVHONDO, inſultare, hohn ſprechen. Notk. Pſalm. XII. 5. *Nie der tiefel hubondo ne chede.* Ne quando dicat inimicus meus.

Digitized by Google

HVA.

HVALB, convexum: Gl. M. ASax. hwalb, gewölbt, hod.

HVAN, huhn, de gallo gallinaceo. Otfrid. IV. 18, 66.

Uuarun tho thie ziti
thaz ther hano krati.
Erant tunc tempora
quod Gallus cantet.

[*Huoniriner*, gallicinus. Gloſſ. Monſ. p. 334.]

HVARRVN, HVARLVST, ſtuprum, adulterium. Otfrid. II. 19, 4. 9.

Thaz man nihein ni huoro.
Ut ne quis adulteret.
Er huorot ſie giuuaro.
Adulterat eam vere.

Id. III. 17. 5.

Eina huarrun brahtun,
ſo ſio in abuh thahtun.
Adulteram adduxerunt,
quo tamen in perverſum cogitarunt.

Huaron, adulterare, Kero. c. 4.

[*Huor*, ſcortum. Gloſſ. Monſ. p. 322. 347. proſtibulum. p. 322. 339. 343.

Huoro, commiſcere. p. 397.

Huorta, concubuit. p. ead.

Huore, inceſtu. p. 380.

Huorara, effœminati. p. 332. effœminatos. p. 347.

Huoraro, effœminatorum. p. 329.

Huorares, ſtupratores. p. 407.

Huorarun, fornicariis. p. 355.

Huoronter, moechatus. p. 409.

Huoriſt, incæſtus. p. 322.

Huorlinc, ſpurius. p. 379.

Huorlincb, mancer. p. 323.

Huorlinn vel *frazares*, procacis. p. 339.

Huoronta, effœminavit. p. 328.

Huorlinaz, adultera. p. 397.

Huorlines, adulterine. p. 385.

Huorluſt, laſciviam. p. 378.

Huorbus, lupanar. p. 339. Gymnaſium. p. 361. theatrum. p. 366.

Huorbuſun, lupanaribus. p. 362.

Spilebus, vel *huorbus*, amphitheatrum. p. 413.]

Huc pertinet Bavaricum *Hurcriff*, pro quo malè legitur *Horcriſt*, Leg. Baiwar. Tit. VII. 3. *Siquis propter libidinem liberæ manum injecerit, aut virgini ſeu uxori alterius, quod Bajuvarii Horcriff vocant, cum ſex ſolidis componant.* Heroldus *Hortchrift* habet. id quod præfert du Freſne *Gloſſar. h. v.* quod hîc non de meretrice, agatur, & *Horten* ſit pulſare. Sed de virgine quidem hîc agitur aut aliena uxore, at cui infertur tactus meretricius, nec violentus, tamen injurioſus & puniendus. Eſt enim compoſitum ex *Hur*, meretrix, & *Griff*, contactus, ſcil. meretricius & injurioſus.

Huarilinaz barto, libidinoſus valdè, de aſino, Otfrid. IV. 5, 16.

Huoruuiniſcefte, ſcortationes. Notker. Pſalm. LXX. 7.

HVA.

Huorluſte, libidines. Notk. Pſalm. XVII. 43. LXXII. 21. *Huarluſt*, libido. Otfrid. III. 17. 124.

Legirhuor, adulterium. Notk. Pſalm. L. 12. *Pihuoren.* vid. inf. Lit. P.

Hurnen, condemnare de crimine ſtupri. Sigismund. Imp. in Lege Caſtrenſi anno 1431. *Hurnen ſol man den, der eine gemeine fraw in dem bere hat.*

HVATEN, vid. ſuprà *Hoodan.*

HVBA, HOVBA, HIVFA, GIVFA, HVFA, HVBE, HOBA, HOBVNNA, modus agri cum ædibus ruſticis. Chron. Sax. vernaculâ linguâ deſcriptum *manſum* interpretatur ipſam agri menſuram quæ mediæ ætatis ſcriptoribus Huba, Hoba ſive Huoba, nobis ein Hufelandes: *Meibom. Vindic. Billing. p.* 38. V. inf. *Manſ.* & ſupr. *Chormede.*

Coccius in Dagob. p. 177. *Ego ſic obſervabam: Hubam non certæ menſuræ terram eſſe, ſed indefinitæ, pro cujuslibet loci commodo aut opportunitate, tantumque ferè agri comprehendere, quantum ruſtico ad rem familiarem tuendam ſatis eſt.*

Speelman: Gloſſ. *Hube, villa Romanis, Manſus Teutonibus, Manerium Francis & Anglis, Manoir à mannor, i. prædium unius alicujus in rure cum idoneis ædibus ad reponendos ejusdem fructus.*

Aventinus Lib. VII. p. 453. *Claſſes ruſticorum prædiorum apud Bojos duæ ſunt. In prima tantum agri, quod quadrigis, in ſecunda quod bigis arari ſolet. Hanc HVBAM atque manſum, illam Curtim, Hofam, priſci Bojorum Jurisperiti vocant, illi à Rudolfo LX. aſſes, alteri XXX. impoſiti ſunt.*

Rotulus Curiæ Dominicalis Wrazhoven Eccleſiæ S. Thomæ Argentor. *Eine Hube das iſt XLII. Acker.* In curia Dominic. Niderhausbergen S. Thomæ Argent. XXX. acker. In curia Dom. Eckboltzheim XL. Acker. ibidem eine Jagehube XI. Acker.

Vorburg. Vol. VIII. p. 243. Ego ſic obſervabam; Hubam non certæ menſuræ terram eſſe; ſed indefinitæ, pro cujusque loci commodo aut opportunitate, tantumque ferè agri comprehendere, quantum ruſtico ad rem familiarem tuendam ſatis eſt. V. ib. plura. [Deſcripſit hæc, ut videtur Vorburg ex Coccio.]

Hubæ Dominicales, Herrnhöfe: villæ quas domini ſibi retinent, dicuntur & Terræ dominicales: Manſi indominicati, quæ colonis ſuis elocarunt, cenſus vel ſervitii gratia. Terræ tenementales, Manſa ſervilia Saxonibus & Normannis: *Speelman. Gloſſ.* Hodie huc referri poſſunt *Dinghöfe*, de quibus ſuprà D. quæ ab aliis malè ad *Hubas ſerviles* referuntur; etſi enim Hubariorum ſingulorum curiæ & hubæ, ſerviles dici poſſint, ſuo modo; tamen Dominicales h. e. quas Domini ſibi retinent, dici nequeunt; quanquam & hubariorum villæ & hubæ, *emphyteuticæ* propriè dicendæ, qua de re in *Diſſert. de Curiis Dominicalibus, §. VI.* quibus contradiſtinguuntur *Kölnhöfe*, h. e. colonorum prædia, *ib. §. XXVII.*

Haupt-

Digitized by Google

HVB.

Haupthube & Stukhube, i. huba dominicalis, & hubæ particulares hubariorum. conf. *Webner. b. v.*

Huber, hubarius, poſſeſſor hubæ, emphyteuta.

Hochhuber, hubarius primarius, *Diſſert. de Cur. Domin. §. XIX.*

Hochhuber in Curia Dominicali Capituli S. Thomæ conſtituitur W. à Magiſtratu Argentor. propter prædia ſita in bannis Schiltigheim & Arlshoven, & præſentatur Capitulo ùt domino directo & cæteris hubariis, ut in omnibus caſibus apud ipſum ſich rats und beſcheids zu erholen haben.

Hubener ùt membra Imperii Communitatibus præponuntur à Ruperto Imp. in confirmatione privilegiorum Landaviæ: *So gebieten wir allen Furſten Geiſtlichen und Weruntlichen, Grauen, Fryen, Herren, Dienſtluten, Lantvogten, Amptluten, Hubenern, Gemeynſchaffden der Stete, Merckte, und Dörffer.* &c.

Hub- vel *Huppfennig*, denarius ſive cenſus de huba, quem poſſeſſor annuatim præſtat domino. Liber Redituum vetus Epiſcopi N. *Item jura ſive cenſus denar. qui dicuntur Huppfennige, ſpectantes ad Curiam in V. ſunt hi: &c. Item notandum eſt, quod ſolventes Huppfennige non tenentur ad mortuaria: alii autem curiæ attinentes vel bona eidem cenſualia poſſidentes tenentur ad mortuaria. Nec licet alicui Curiæ prædictæ vel Curia in S. adſcripto, ad ulterioris conditionis homines cum filio vel filia ſuis, ſine licentia Dom. Epiſcopi per nuptias convolare.* Conf. Diſſert. *de Cur. Dominic. §. XXIV.*

Vide & ſupra *Hobor.*

HVBRECHT, i. erſchatz, laudemium: Rotul. Cur. Domin. Eckbolzheim.

[HUBENBURGI, metropolis: Gloſſæ ex libro veteri à W. Lazio de Migrat. Gent. L. 3. adductæ. Forſan tamen legendum *Haubitburge.* Reineſ. Vocab. MSC. Theot.]

HVBILAN, ubele, malum: Kero. c. 7.

HVBSCHERIN, meritrix: Jus Auguſtan. MS. fol. 60. *Sol keine die heiligen XIV. tage* (vor Oſtern) *in der Stat gan, fürſt man complet gelautet, oder ſol ir die naſe aus dem kopfe geſnitten werden. nun: ſo Herren hie ſint.*

HVE, quis. HVO, quanta, Gl. Lipſii. ubi Somnerus: *Quis, Sax. Hwa, nobis Who: Quanta autem, ùt quanta fecit, Sax. Hu manega, aliàs Hufela.*

Zi hui, quorſum, quò, Otfrid. III. 13, 89. IV. 22, 50. Notk. Eſa. XXXVIII. 12.

HVET, licidus: Gl. MS. ASax.

HVF, acervus. *Huffo crap*, tumulus. *Hufun*, aggeres: Gl. vet.

Huffon, accumulare. *Ghibufotin*, coacervaſſent, Gl. V. Notk. Pſalm. LX. 7. *gebuffoſt imo ſine jar.* conf. ſupra *Gibuffon.*

Huffon, acervatim. Gl. V. v. ſupra *Houph.*

[*Huffun*, aggeſtorium. Gloſſ. Monſ. p. 364.]

Hufphi, clunes vel coxæ, Raban. de part. corp.

Huffo, femur. Gl. V.

HVF.

Gothis *Hup* lumbi, ilia. Marc. I. 6.

[*Unter dero hupfi*, ſub fœmore. Gloſſ. Monſ. p. 340.

Zi den huffin, ad femina. p. 321.]

Hufelon, genæ, wangen, Cant. Cant. I. 10. paſſim. Vid. ſupr. *Hiufilon.*

Huuela, colles, Cant. Cant. c. II, 10. & c. IV, 7.

HVGEN, HOGEN, HVGGEN, HVCTEN, cogitare, recordari, conſiderare, curare: bedencken. Otfrid. de Salvatore ad Nicodemum II. 12, 107.

Hugi thoh nu bera meiſt,
thu theſſes uuiht ſar ni uueiſt.
Recogita modò potiſſimùm,
(quod) de hoc nihil quicquam noveris.

Idem IV. 3, 25.

Bithiu ſe thes ni hogetin.
Quia non curabant.

[Quare id nunc non cogitarunt. ita vertit Scherz. in Not. ad h. l.

Id. Otfrid. I. 7, 2.

Tho ſprach Sancta Maria
thaz ſin zi huge habeta.
Tunc ait Sancta Maria
quod ea ipſius recordaretur.

Cum pro *ſin*, *ſiu* legendum, ut MSSCta habent, alter verſus ita reddendus. Id quod ipſa in mente habebat. Scherz. in Not.

Id. IV. 16. 8.

Feſtes huges follon.
Firmæ recogitationis pleni.

Conſtantia animi, pleni. Scherz. in Not.]

Adde IV. 2, 47. c. 9, 32. V. 4, 78. V. 8, 49. V. 5. antep. II. 13, 27. IV. 8, 51. II. 21, 15. [Verba ultimi loci *then hugu*, proprie & aptiſſime per *mentem* reddi, Scherz. in Not. judicat.]

Kero: *Kehucti*, commemoratio. c. 67. *Kihuctlibbo*, ſollicite. c. 65. *Pihuctida*, ſollicitudinem. c. 21. *Pihuctigeer*, ſollicitus. c. 2. *Inhucti*, conſcientia. c. 7. *Kihucti*, memoria. *Kehuckit*, memor. c. 7. Kero. conf. lit. K. & P.

Notkerus Pſalm. XVIII. 6. *Alſo riſo hugeta er ze ſinero ferte*: Exultavit ùt gigas ad currendam viam ſuam.

In hugte haben, recordari. Notker. Pſalm. XXIV. 7.

Hugu, fides. Otfrid. III. 8, 78. de Petro in mari ambulante:

So imo ther hugu uuankta.
Quum ei fides vacillaret.

Idem IV. 5, 116.

Then hugu uuir giuuizzen
thar baldo anaſizen.
Fidem nos certam
ibi fiducialiter adhibemus.

Intellectus, Otfrid. ad Salom. ℣. 14.

Gihuge, recordor. Conf. Vet.

Hogezo

Hogezo ih, meditabor. Notk. Pſalm. CXVIII. 16.

Hogezunga, meditationes. Notker. Pſalm. CXVIII. 24. 99.

Gihugti, memoria. Otfrid. V. 25, 178. c. 19, 63. vide ſupra lit. G.

Er hugu ſinan, inopinato, ehe er ſichs verſieht. Otfrid. II. 13, 72. [Aliter plane Scherzio viſum, cujus Notas vide.]

Gebugtig tuen, memorem facere. Notk. Pſal. XIX. 14.

Bebugnis, memoria. Aurea Bulla Caroli IV. Imp. c. 3. pr. *zv ewiger bebugnus der ding*, ad perpetuam rei memoriam.

Gebugniſſe, memoria. Charta feudalis Monaſterii Wiſſenburgenſis. an. 1316. *Apt Egidius guter gebugniſſe*, bonæ memoriæ.

Irbogtun, recordati ſunt. Otfrid. II. 11, 109.

Irbugedo, recordatio. Notk. Pſ. XXXVII. 4.

Ubarbugen, negligere. Tatian. c. 37.

Ungebuhte, irrecordabilis. Notker. Pſalm. CI. 12.

Huguluſti, cogitationes jucundæ, gaudia in ſinu. Otfrid. II. 11, 127. IV. 37, 17. IV. ult. 75.

Kibiginnis luſt in lanchon, delectatio carnis in renibus: Notk. Pſalm. VII. 10. Idem Pſalm. CIII. 15. *daz ſin anaſiune gebugelichoe in glizemen*, ut exhilaret faciem in oleo.

Hugeſcrei, exclamatio. Notk. Pſalm. XXX. 20.

Hugeſangon, jubilare. Notk. Pſalm. XCIV. 3.

Dir hugeſangon ih, tibi pſallam. Notk. Pſalm. CVII. 1.

Gothis: *Gabuga*, cogitatio. Luc. I. 51. *Huggan*, cogitare, putare, arbitrari. Matth. V. 17. Joh. XI. 13. Luc. II. 44.

ASax. *Hyge*, mens. *Gehygd*, cogitatio. *Gehygan*, meminiſſe.

Islandis: *Hugur*, animus.

HVICTHE ſoniſta, de furto admiſſarii cum grege h. e. cum VII. aut XII. equabus, L. Sal. t. XLI. 5.

[HUIZAZ. *Cotauueppi huizaz*, byſſum. Rhaban. Gloſſ. *Gut gewebe das weiſs iſt*. Diecman. Spec. Gloſſ. Lat. Theot. p. 56.]

HVKER, höck. Jus Auguſtan. propola.

Gloſſ. MS. ASax. *Hoecæ*, *aeſculus*. Aeſculator, nummularius. Gloſſ. du Freſne. Kilianus: *Hoeker*, *Hucker*, *Sicambr. caupo*, *propola*. *Angl. Houkeſter*. Item: *Hoecker*, *vetus. i. oeker*, *foenus*. V. infr. *Ulloker*.

HULDA, *bulta*, fides, gratia, favor. Otfr. ad Salom. ℣. 69. & L. I. c. 2, 95. ad DEVM:

Dua huldi thino ubar mih.
Fac gratiam tuam ſuper me.

L. II. c. 7, 5.

Mit zubtin ſiermo hulta.
Diſciplinâ ſuæ gratiæ.

[*Hulta*, non eſt ſubſtantivum, ſed verbum imperfecti temporis. Scherz. Not. ad h. l.]

L. I. c. 17, 124. de Magis:

Thaz kind ſie thar betotun,
Job huldi ſino thigitun.
Puerum adorarunt,
Et gratiam ejus ambierunt.

[*Huldi*, gratia. Gloſſ. Monſ. p. 388. 391. favor. 391.

So eſe mir din huldi, per ſalutem tuam. p. 327.

Slemmirdes Chuninges huldi, per ſalutem Pharaonis. p. 320.]

Hulde, gratiam, reconciliationem. Willer. p. 159. n. 67.

Huldi, placarem. Gl. vet.

Kihuldu, placabo. Gl. vet.

Notk. Pſalm. CV. 30. *Unde Finees ſtuont uuider demo unrehte*, *mit diu gehulta er Got*. Et ſtetit Phinees & placavit DEUM.

Biſchoffs huldgewinnen noch ſinen gnaden, de pœna arbitraria. J. Auguſtan.

Thu fundi huldi mit Gote, inveniſti gratiam apud DEUM. Tatian. 3, 4.

Huldigaro, placabilis. Notk. Pſal. LXXXIX. 13.

Gehulter, propitiatus. Notk. Pſalm. XXIV. 18.

Holdemo Gote, DEO propitio, oppon. *unholden herren*. Notk. Pſalm. CV. 42.

Huldi, fidelitas. Otfrid. IV. 12, 18. ad diſcipulos:

Thaz ir mir leiſtit huldi.
Ut mihi fidem præſtaretis.

Unhuldi, infidelitas. Otfrid. IV. 24, 9. Populus ad Pilatum:

Thih ziben unhuldi.
Te arguit infidelitatis:

[Te arguimus infidelitatis: ita vertit Scherz. in Not.]

Unoholdi liute. Notk. Pſalm. LIX. 2.

Holdon, fideles. Otfrid. V. 23, 541.

Thie holdun ſcalka thine.
Fideles ſervos tuos.

Rythm. de Lud. II. ℣. 72. Otfrid. V. 12, 94. III. 20, 145.

Er iſt, *quad*, *Gotes holdo.*
Ipſe eſt, dixit, DEI fidelis.

Holdaz herza, cor fidele. Otfrid. V. 15, 56.

Holdin, adjutores. Gl. Vulcanii. p. 66.

[*Holder*, placatus. Gloſſ. Monſ. p. 340.

Holden, devotum. p. 388.

Holde, amaſia. *Holden*, amicus. Goldaſt. ad Winsb. *Holtin*, amicis. Rhythm. de S. An. §. 49. Reineſ. Vocab. Theot. MSC.]

Anglo-Sax. *Hold*, amicus. *Unbold*, inimicus.

Islandis *Hille*, gratia.

Gothis *Hulths*, propitius. Luc. XVIII. 13.

Unhulthon, diabolum. Joh. VIII. 48.

Dingen, *richten bey ſein ſelbſt Hulde*, dicitur de Marchione Saxon. J. Saxon. Prov. 3. a. 65:

cujus

Digitized by Google

cujus formulæ Gloſſator Teutonicus recenſet quatuor interpretationes. Prima eſt Buchardi Epiſc. Magd. qui interfectus an. 1325. & Ottonis Comitis de Falkenſtein: In Judicio Marchionis ſententias dici *bey dem eyde, den ſie dem Marggrafen zv huld geſworen*, i. juxta juramentum fidelitatis, quod Scabini Marchioni fecerunt. Sed quia hic mos dicendi ſententias per juramentum non in judiciis provincialibus, ſed feudalibus locum habeat, *J. Feud. Sax. c. 3.* & 4. ideò rejicit eam. Altera eſt Volradi de Dunleben & Conradi de Roslaw: *Juxta* juramentum & homagium Marchionis, quod ipſe Regi præſtitit. Sed quia hoc eſſet commune etiam cæteris judicibus, ideò & hanc rejicit. Tertia Henrici de Betesleben & N. de Lenwenden: *bey ſein ſelbſt gewalt*, non regio nomine, ſed jure proprio jurisdictionem exercere. Sed hanc etiam rejicit per Lib. III, J. Prov. 26. & 33. quòd omnes judices, etiam Marchio, judicet *von des Reichs wegen*, nomine Regio. Tandem ipſe ita explicat: Marchio i. e. ejus judex, *dinget bey ſeines Marggrafen hulden, den der Marggraf ſwöret dem Konige fur ſeine Richter, do die andern Richter alle dem Könige ſweren.* Jus Prov. III. 54. Atque ſic erat formula *des Lehnrichters* à Domino in ſua cauſa conſtituti: *Ich bege meines Gnædigen Herren des Marggrafens Mannlehngericht, gebiete recht und verbiete unrecht*, &c. B. Reinhard. *in Bedencken vom Mannlehensgericht.*

Hildebrand, amor ardens.

Paulus Beonridenſis in vita Gregorii VII. *Hiltebrandus enim Teutonicæ vernacula nuncupatione peruſtionem ſignificat cupiditatis terrenæ.*

Menag. v. *Brandon.*

HVLLENT *in ein*, conſpirant, concordant, Chron. Königsh. c. 3, 88.

[*Hulta ſib.* Operuit ſe. Gloſſ. Monſ. p. 319. *verhülte ſich.*

Hullituoh, linteamenta. p. 333.

Hulia, volutabris. p. 409.

Sin huli lachan, chlamydem. p. 406.

HVMILRINNVN, cataractas. Gloſſ. Monſ. p. 346. forſan legendum *himilrinnun.*

HVNAEGSVGAE, liguſtrum: Gloſſ. MS. ASax. *Mundholz.* Italis olivetta. de Liguſtro vid. Plin.

HVND. Notk. Pſal. XXI. 17. *Hunda manige umbehalboton mih.* Canes multi circumdederunt me.

Leutihund, canis ſeucis, ſeuſius, primus curſalis: opponitur Seuci docto, *Tripbunt*, Treibhund: & Seuci qui in ligamine veſtigium tenet, *Spurihunt*, Lex Baiw. t. XIX. §. 1. ſqq. Lex Alem. t. LXXXII. §. 1. Lex Sal. t. VI. §. 1. ubi Seuſius magiſter opponitur Seuſio reliquo aut Veltri porcario. Aliter etiam *Laitihunt*, canis hominem ducens, L. Alam. t. LXXXII. §. 2. *Veltraum*, Lex. Burg. add. 1. c. 10. q. d. der das velt raumt. Veltris, lingua Gallica, canicula agilitate ſua vulpes & cæteras minores beſtiolas facilimè capiens, Monach. Sangall. L. I. c. 22. Du Fresne Gloſſ. Canis Veltris. vocatur

Anglo-Sax. *Langeran* vel *lang-legerean*, LL. Canuti R. de Foreſt. c. 32. it. iisdem *Greihund*, c. 31. *Rambunt*, LL. Kanuti R. de Foreſtis §. 30. V. *Ramen.*

Seuſium, i. *beſſehunt.* Gloſſ. MS. L. Alam. c. 82. Hodie *Hezhunt.* L. Sal. t. VI.

Gaybunt, junior canis, qui nondum cepit leporem, Anglo-Sax. Gloſſ.

Honawarth, canis cuſtos curtis, L. Baiwar. t. XIX. §. 9.

Bibarhunt, L. Baiwar. t. XIX. §. 4. qui ſub terra venatur.

Hapichhunt, accipitrarius, L. Baiwar. t. XIX. §. 6.

Wint, i. veltris leporalis, Gl. MS. L. Alam. c. 82.

Hund tragen, canem portare, Cranz. L. III. Saxon. c. 15. de Ottone M. & rebelle Everhardo: *Auxiliarios quoque illius quodam dedecore notabat, ut in urbem Magdeburgam, poſtea ab Ottone inſignitam, canes deducerent: quod probri genus illâ ætate habebatur.* Otto Friſing. de Geſt. Frid. L. II. c. 28. Vetus conſuetudo pro lege apud Francos & Svevos inolevit, ut ſi quis nobilis, miniſterialis, vel colonus pro hujusmodi exceſſibus (prædæ aut incendii) reus inventus fuerit, antequam morte puniatur, ad confuſionis ſuæ ignominiam, nobilis canem, Miniſterialis Sellam, ruſticus aratri rotam de Comitatu in proximum Comitatum geſtare cogatur. Et addit: Hermannum Palatinum Comitem cum X. complicibus ſuis canes per Teutonicum milliare portaſſe. Conf. Gunther. in Ligurino Lib. V. qui totam rem hiſce verſibus eſt complexus:

Quippe vetus mos eſt, uti ſi quis rege remoto,
Sanguine, vel flamma, vel ſeditionis aperta
Turbine, ſeu crebris regnum vexare rapinis
Audeat: ante gravem quam fuſo ſanguine pœnam
Excipiat, ſi liber erit, de more vetuſto
Impoſitum ſcapulis ad contigui comitatus
Cogatur per rura canem confinia ferre:
Sin alius, ſellam. Cujus diſpendia pœnæ
Ille Palatinæ cuſtos celeberrimus aulæ
Non potuit vitare Comes, cunctisque videndus
Portavit ſcapulis paſſus plus mille latrantem:
Hanc quoque tunc alij ſimili pro crimine pœnam
Suſtinuere decem Comites, totidemque coacti
Fœda tulere canes, generoſo pondera collo.

vid. Dodechin, Trithem. Chron. Hirſaug. an. 1155. Arnold. Chron. Slav. L. VII. c. 1. & ib. Bangert. Goldaſt. de Regn. Bohem. 4. 10. p. 504. & Cruſii peculiarem libellum de hoc argumento. Ratio autem hujus ignominiæ reddi poteſt hæc, quod per canem nobiles neglecti officii ſui admoneantur, quod erat excubare in aula, & regem cuſtodire ac defendere: ni malis, contumaciam aut impudentiam eorum fuiſſe notatam; uti per ſellam, quam plebeji geſtabant, ipſorum ignaviam & vilitatem, tanquam hominum ad ſellularias artes natorum. Addit Pezelius I. 3. Mellif. Hiſtorici p. m. 249. cum Epiſcopus quoque Moguntinus eodem crimine teneretur, ne aut religio violata videretur, aut ipſi impune abiret flagitium, alium pro ipſo canem geſtare coactum.

Quod si vero conjecturis uti licet, derivare ab isthoc more ausim Germanicam illam locutionem, quam adhibere sueverunt, ubi res sinistrum est habitura eventum: *das Ding wirdt den Hund haben.* quod Latine sic poterit reddi: res ad canem redibit, quemadmodum dico: res ad restim redit. Cæterum adnotat Cujacius ad L. 7. ff. ad legem Juliani de vi publica, genus quoddam vinculi, quod collis facinorosorum fuit injectum, dictum fuisse canem, idque quod caninum esset, circa collum vincula gestare. Meminit & Plautus Casina: *DEos quæso, tu ut hodie canem & furcam feras.* it. in Curculione: *Cum catello ut accubes ferreo, ego dico.* Græce etiam dicitur σκύλαξ, juxta Pollucem. Huc facit illud Lucilii:

Cum manicis, catulo, collarique ut fugitivum
Deportem.

Canum custodiâ vallavit salutem suam Masanissa Rex Numidarum, Val. M. L. IX. c. 14. p. 519.

De *Britannicis canibus*, vid. Lansium. Consult. Orat. 2. pro Britannia. p. 666.

Antiqui ob corporis custodiam canes habebant comites: ut *Vulcanus* Æn. 8, 462.

Nec non & gemini custodes limine ab alto
Procedunt, gressumque canes comitantur herilem.

Hom. L. II. v. 11. Odys. duobus albis canibus comitatus *Telemachus:*

Οὐκ οἶος, ἅμα τῷγε δύω κύνες ἀργοὶ ἕποντο.

Vid. Lipsi. Cent. 1. Belg. ep. 44. p. 565. unde Pont. sua A. B. p. 28.

Plauti, canes aurib. flaccidis, V. Taubm. Pl. p. 2.

Canes venatici, Psal. XXII. 17, 21.

Xanthi Samii Philosophi Canis nomen habuit Λύκαινα, i. e. lupa: Planud. V. Æsopi, p. 48.

Romani Regum nomina canibus imponebant, ut nos hodie Turcorum nomina: Glareanus ad Val. M. n. 30. p. 23. ubi Persa nomen Canis. V. Eras. Chil. p. 579. 750.

Canis catenarius. Hes. Erg. 602. Καὶ κύνα καχχαρόδοντα κεμεῖν. μὴ φείδεο σίτου. Μή ποτέσ' ἐμεροόκοιλες ἀνὴρ ἀπὸ-χρήματ' ἔληαι.

Molossus, fulvus Lacon, ab Horatio Epod. VII. pastorib. vindicantur.

Canis precium, Deut. XXIII, 18. ubi Hebræi כלב proprie accipiunt, alii pro cynædo. V. Glass. Rhet. p. 327.

Hunt, nomen probrosum, Fr. de B. Hisp. vers. 2811.

Huntfliega, scinifes. Notk. Ps. LXXVII. 48.

Hunde fliga, cynomyia. Gl. Lipsi. ubi Somnerus: *Hoc Saxonicum Hundesfleog, aliàs Hundlicfleog, i. e. musca canina: ab hund, nobis hound, canis (propriè venaticus à Sax. Huntan, nobis to hunt, venari) & fleog, nobis fly, musca.*

Hundsfut. vid. *Fod.*

[*Hunthoubto*, Cynocephali. Gl. Mons. p. 414.

Hunteſatul, Eruca. pag. ead.]

Verhundeta, Sunamitis, Sulamitis, interpretatur seducta, captiva, Cant. Cant. 6. fi. mortificata, S. Hieron. T. III. p. 205. hodie *Verhunzt*, corruptum.

Canib. projicere, eis assimilare.

[Huc pertinet nota Stiernhilmii in Glossar. Ulphila-Goth. ubi dicit. *Frahunthanais meri an fralet*, captivis prædicare remissionem. Ulphil. Ev. Luc. I. 9. Angl. *to hunt*, venari & captare feras. conf. Hikes. Thes. LL. Septentr. Gramm. Franc. Theot. p. 18. Scherzius Not. ad Willeram. loc. cit.]

Heribunta, præda, Gloss. Junii ad Willer. p. 161.

HUND, centum. Tatian. c. 236. *zuue hunt elinono*, cubitis ducentis.

[Gothice atque AS. *Hund*, centum. Germani nunc *hundert* dicunt. Quemadmodum autem iidem ad centenarium numerum computando ascendentes *achzig*, *neunzig*, dicunt, ita veteres Franci quoque *zehenzug* vel *zehanzo* dixerunt. ut cernere est apud Tatian. 212, 6. & Isidor. 5, 6. Palthen. Not. ad Tat. p. 395.]

Hundafaths, centurio. vid. supra *Faden.*

Notk. Psal. CV. 18. *zweihunt funffzig*, ducentos quinquaginta.

Gothis *Hund*, centum, *fimfhunda*, Luc. VII. 41. *Twaym hundam*, Joh. VI. 7. *thrigahunda*, Marc. XIV. 5.

Item *Taihuntaihund*, centum, Luc. XVI. 6, 7. *Taihuntehund*, Luc. XV. 4. *Tai*, est decem, q. d. decem decies.

Zihenzug, centum, Tatian. c. 212, 6. ASax. *Teontig*, dena decies, centum. *Hundteontig*, centum, ut abundet *hund*. Fr. Jun. Gloss. Goth. p. 205. & 329.

V. Somneri Lex. Saxon. Latin. & supra voc. *Chunna.*

Hunteri, Centurio, Tatian. c. 210.

Hinc videri possit, *Tausent*, mille. Goth. *thusund*. ASax. *thusend*. *Taihun*, decem Goth. Marc. X. 41. ASax. *Tyn*. Sed vide supra *Dusent*. & *Chunna.*

HVNDEN, infra, ultimò, Chron. Königsh. c. 2, 7 *der hunderſte Kunig*, rex ultimus. *Johannes der hunderſte*, Johannes Evangelista. Kœnigsh. Chron. Supplem. p. 430. quia posteriori loco post Joh. Baptistam in Kalendario memoria ejus reperitur.

HVNE, *Hunni*, populus Scythicæ originis. Finibus suis egressi in Illyricum irruerunt sub regibus Attila & Bleda fratribus, unà cum Persis, Saracenis, Isauris: Marcellin. Comes in Chron. contin. Euseb. A. C. 441. Indict. IX. Cyro Cos. pag. 438.

Mart. Polonus: Sub Carolo Crasso Avares suppresserunt, & HVNGARORVM nomen sortiti.

Chron. Königsh. c. 2, 65. sub Gallieno: *Zu diſen ziten was gros unfride in der welte. Von den Tutſchen, Vngern, Engellendern unde allerhande volke, ſtunde eine groſſe geſellſchafft uf, die verbergent und verbrantent Tutſche und Welſche Lande unz gein Rome. Men nennte dieſelbe geſellſchafft die HVNEN. alſo ignote die geburen nennent ein iegliche groſſe geſellſchafft ENGELLENDER.*

[HUNNILIHHERO, tribunali. Gl. Mons. p. 379.]

HVN-

Digitized by Google

HVO.

HVNNO, centurio. v. *Chunna.*

[HVOF, ungula. Gloſſ. Monſ. p. 411.]

HVOH, vid. *Huab.*

[HVOHILI vel *ſuoilimn*, aratiunculas. Gloſſ. Monſ. p. 329.

HVOLIDA. *Drubtin ſuuor Davite in uuarniſſu. endi ni huolida imu.* Juravit Dominus David in veritate, & non fruſtrabitur eum. Iſidor. IX. 1. Verbi hujus originem CL. Stadenius petit à Gothico *bolon* aufferre, eripere, à quo Germani ſuum *überbolen* circumvenire aliquem accepiſſe Stiernhielmio videntur, aut quod commodius eſt, à Francico verbo *belan* occultare, quod communem cum priori radicem habeat *hol* antrum, ſpelunca, quibus locis res furto ablatæ abſcondi ſolent. Conf. Gloſſar. Boxhorn. itemque Jun. in Gloſſar. Goth. v. *bolon.* Ex quibus ſatis commodus hujus loci ſenſus enaſcitur, non impoſuiſſe DEum Davidi occultando id ipſi, quod ſe eidem promiſerat manifeſtaturum. Neſcio tamen utrumne ſatius ſit pro *huolida* legere *budolida.* Dicunt enim adhuc Germani *einen hudeln*, illudere alicui, fruſtrari & exagitare aliquem. Palthen. Not. ad h. l. p. 414.

HVOMHALDI vel *Sleffar*, proclivius. Gloſſ. Monſ. p. 409.]

HVOPIT. vid. *Haubit.*

HVOT, mitra: Kero. *Hut, Kugelhut*, Königsh. Chron. c. 5. 152. V. *Kogel.*

Hood, capitium: Gl. MS. ASax.

Huet ſtan, cox: Gl. MS. ASax. *Cozzo*, veſtis ſpecies, Du Fresn.

[*Huotb*, mitra. Gloſſ. Monſ. p. 322. cidarim. p. 329.

Huot, cidarim. p. 345.

Huotin, tiaris. p. 342.]

v. ſupra *Hot.*

HVPPHENNIG, v. *Hube.*

HVR, *heuer*, hujus anni, *heurig*, hornotinum.

Hürendbeis, primitiæ frugum, Keiſerp. Broſ. fol. 76, 6.

HVRE, locatio. *Hueren*, conducere, Angl. *hyre:* Kilian: *Hurlinge, Hurmanner*, coloni, Jus Ditmarſic. t. LXXVIII. Grot. Manud. in Jus Holland. III. 19. Tabor de Jur. Colonar. T. I. p. 941. V. *Geburda.*

Erhürnen, ein ochſende gewetten, Jus Auguſtan.

HVRNEN, V. *Horn.*

HVRSCHEN, V. *Horski.*

HVRST, ſylva, Forſt, Buſch. Vita S. Arbogaſti MS: *Do ſin Ros den Eber horte durch die Hurſten ruſchen.*

Königsh. Chron. IV. 12. *dalp die boume und die Hurſte us, macht ein nuwe lende und ein kornvelt.*

Kilianus: *Horſcht, horſt, virgultum e ſylva humiles tantum frutices proferens, frutetum, frutectum, ſenticetum.*

V. Gloſſ. Speelm. & Du Fresn. v. *Hurſta.*

HVRVUVA, giumo, palatus: Raban. de part. corp.

HVRWE, Königsh. Chron. Obſ. XV. pag. 792. *in der Hurwe ſizen.*

HVS.

HVSE, tabernaculum: Kero. Prol. p. 18. *deſſelbin huſes*, ejus tabernaculi, *in hus daz*, in domum illam, ibid. *Kezimbrota hus ſinaz*, ædificat domum ſuam, ibid. *in des ribbes huſe*, in cujus regni tabernaculo. Prol. p. 17. *in huſe Cotes*, in domo DEI. c. 31.

[*Kazimpri huſes*, ædem templi. Gloſſ. Monſ. p. 405.

Ze Apkutio hus, ad fanum. p. 405.

In pluoſtar huſe, in idolio. p. 402.

Spilehus, huorhus. vid. *Huar.*]

Nach huſe, ad caſam: Kapitul. Carol. T. I. pag. 485.

Hus, domus, familia. Notk. Pſal. XL. 4. *Er ilta geuuunon hus unde huſce, chenun unde eigen unde ander geuuöre*, properabat pervenire domum & domicilium, uxorem & propriam familiam, &c. vide hîc S. Auguſtinum.

Idem Notk. Pſal. XCVII. 3. *Iſraëlis huske*, domui Iſrael. Pſ. CXIII. 19.

Rhyth. de S. Annone ℣. 203.

Bi den cidin dii Cirus unti Darius
geuuunnin Chaldeiſchi Hus.
Temporibus quum Cyrus & Darius
occupabant Chaldaicam domum.

i. e. Domum illuſtrem, Principatum, Monarchiam Babylonicam.

Zv huſe und zu hofe den tag kunden, citationem ad domum inſinuare, Jus Feud. Alem. c. XVI. 2.

Husgenoſſen, domeſtici: conſiliarii: pares curiæ, vaſalli. Fragm. de Bell. Hiſpan. ℣. 999.

An theme rate ſazen
ungetruwe huzgenozen.
In ſenatu ſedebant
infideles conſiliarii.

Jus Feud. Alemann. cap. XX. 6. *Bitt ouch ein Man ſinen Huzgenoſſen an ſin geſpreche zv gon, das ſol der Herre Ime erlouben*, quodſi vaſallus Parem ſuum ad colloquium poſtulat, dominus non prohibeat.

Jus Feud. Sax. c. 7. & 39.

R. de S. Ann. ℣. 689.

Wider nevin unte huſgenoze.
Contra nepotes & domeſticos.

Socii, V. ſupra *Ganerben.* 3. & inf. *Münzer.* Lehman. Chron. Spir. IV. 14.

Jus Auguſtan. MS. *Ain Munzmeiſter ſol XII. Husgenoſſen haben, die richtent* &c.

Hausgenoſſen, Heusler, inquilini, phalburgeri in ſuburbiis, qui non habent ædes proprias, Reſolut. Gravam. Provinc. Elect. Sax. an. 1662. P. II. §. 97. p. 118.

Huslada, tributum, cenſus fundi, vectigal. Otto III. Imp. in Diplomate an. 985. *beneficium cum omni utilitate, excepto quod vulgari lingua vocatur Huslada.* Miræus in Notit. Eccleſ. Belg. c. 72. Aliàs *Huslatum, Huslotum.* Conf. Du Fresn. Gloſſar. h. v.

Huskefelle, ruinæ, rudera ædium collapſarum, parietinæ, Notk. Pſal. CI. 6.

HVT.

Huſwybe, vide *Wibbe.*

HVT, vid. *Huot.*

HVT, folliculus, cutis, haut, Otfr. III. 7, 50.

Hert iſt gerſten kornes hut.

Dura eſt hordeacei grani cutis (folliculus.)

[HVTTA *in churpizgartin*, tugurium in cucumerario. Gloſſ. Monſ. p. 332.

Hutta, mappalia. p. 400.]

HVWEN, bubo, Notk. Pſal. CI. 6. Gallis *Hybou*, Alem. *Groshubu*, H. Jun. Nomencl. c. 9. p. 55.

[*Hvun*, bubonem. Gloſſ. Monſ. p. 321.]

HVZ, foras. Vita Ludovici Pii, §. 19. apud Freher. Tom. I. *Converſâ facie in ſiniſtram partem, indignando quodammodo virtute quantâ potuit dixit bis: Huz, huz, quod ſignificat foràs, foràs.* hodie *uz, aus.*

HVZEN, expoſtulare. Chron. Königsh. c. 5, 75. *ein gros huzen und ſchrigen.*

HWABBAN, redire: Kero c. 4. Goldaſti. ſed legendum *Huuarban.* V. infr.

HWAMBA, venter. Raban. de part. corp. V. W.

HWANNAN, unde: Kero. c. 3.

HWANTA, quare: Kero. c. 2.

HWAR. *So huuarſo*, ubicunque: Kero. c. 7. 63.

HWARABES, redeas: Kero. Prol. p. 16.

Idem: *Huuerbente huuerbant*, revertentes redeunt. c. 67. *Kihuuorban uueſan*, reverti. [*Kiuuerbit uueſan*, converti, habet Kero c. 13.] *Uuarbentom*, revertentibus. [*Uuarbente*, revertentes, legitur in Kerone. c. 55.]

Warb, uuarph, conventus. Adam. Bremenſis c. 229. Commune populorum Concilium à Sueonibus *Warph* à nobis *Thinc* vocatur. Leges Friſonum I. 29. *dis tredda deys aeghſe di Frana oen den werf to bringhen*; tertio die debet eam Judex ſiſtere coram judicio. Et IV. 21. *an da lyoda warue*, in populi conventu.

Hinc *werben, bewerben*, ambire, congregare, ſpeciatim militem. colligere vota.

Werbe, via publica. V. *Guuerf.* & *Werbe.*

HWA.

Tatian. IV. 9. *Maria warb zi irę hus.* Maria reverſa eſt in domum ſuam.

Gothis *Wairban*, ire, Marc. I. 16.

HWAZ, quid: Kero. Prol. p. 15. [ubi vitio typographi extat *huuz.*] p. 17. c. 48.

So hwaz ſo, quidquid: Kero Prol. c. 1. 2.

Min huuazzummez, nequid nimis: Kero. i. e. *Min huuaz ummez.* [Ita in noſtro Kerone legitur. c. 64.] V. *Mez.*

Huuazzi, ſagacitas: [*Huuaſſi*, ſagacitate. Kero. c. 27.] vide *Was.*

Huuazliche, efficaciter: Kero. [*Huuaslichо* legitur in Kerone. Prol. p. 16.]

HVVEIZO, triticum: Kero. [*Kap huueizzi*, erogavit triticum. c. 64. extat in Kerone.]

Weiſte, Gl. vet.

Goth. *Weiteis kaurno*, frumenti granum, Joh. X. 24.

HUUELIH, quis. Kero. c. 4, 7. *So huueliher ſo des alters*, cujuslibet ætatis. c. 63. *huuelihha purdi*, quale onus. c. 54. *huuelihhu*, quæ. c. 6. *huuelihhiu*, qua. c. 3.

[HUUELLI, pertinacia. Gl. Monſ. p. 404.]

HUUEMV, cui, Kero. Prol. p. 17.

HUUENNE. *Min huuenne*, ne quando: Kero. c. 2. p. 20.

HVVEO, quàm, c. 2. p. 21. qualiter. c. 7. *Huueo mer*, quam [quanto] magis. c. 6. Kero. *Huuialihhу*, qualitatem. c. 2. Kero.

HUUEOLRAD, orbita: ASax.

HUUER, quis. Kero Prol. p. 17.

So huuer ſo, quisquis: Kero. Prol. p. 16.

HUUER, lebes: Gl. MS. ASax.

[HUUIL, *Aer huuil uurdi, ih uuas dhar:* antequam tempus fieret, ibi eram. Iſidor. IV. 5. Hodie *Weile*, tempus, temporis ſpatium. Kero horam *uuila* vocat. c. 17. Palthen. in Not. ad h. l. p. 406.]

HYDNAE, de confugione ſtatione: Gl. MS. ASax.

HYEGENT, cæderunt, Chron. Königsh. c. 3. App. §. 22. leg. fortè *Hiebent.*

HYNNILAEC, *aſcolonium*: Gloſſ. MS. ASax. h. e. cepe, allium, ſchalott, V. Gloſſar. Du Fresn. v. *Aſcalonium.*

Digitized by Google

IA.

IG, Y, Germanis ſunt literæ μεταβολαὶ & invicem commutantur.

Itemque V, Runer, Ryner, Ol. Worm. de Lit. Run. p. 2. ſed & E, ir, er.

I, Y, augmentum inceptivum, quo veteres uſi pro quo poſteri *Ge*. Cant. Cant. Francicum cap. V. 2. *Min hoiuet is i fol douves*, caput meum plenum eſt rore. H. Speelm. Gl. in Byrthinſak.

I nob, adhuc, præterea. Fragm. de B. Hiſp. ℣. 1554.

I nob blez er ime uore tragen
thie tiurin mantel harmin.

& ℣. 1560.

Ie nob gaf er ime baz.

I thob, etiamſi, Fragm. de B. Hiſp. ℣. 1664. 1690.

IA, aſſerit, confirmat, extendit. Otfr. III. 23, 65.

Ia ſint, quad er, binoti
zwelif dago ziti?

Nonne ſunt, dixit, certe
duodecim diei horæ?

IV. 23, 5. Pilatus de Chriſto:

Ia hera uz, quad, leitu ih inan iu,
thaz ir irkennet in diu.

Ecce huc foras, dixit, duco eum vobis, ut agnoſcatis in eo, &c.

V. 9, 89. *Ia lampf*, imò agnus DEI, &c.

[Non rectè hunc locum vertit Schilterus, qui potius reddendus *Sane oportebat*. Scherz. in Not. vid. inf. *Lamph.*]

V. 4, 79. 96.

Ja birun uuir in uuara
iu eigene gibura.

Imo ſumus nos revera
veſtri proprii miniſtri.

V. 19. 97.

Odo iauuiht helphan thanne
themo filu reichen manne.

Aut quicquam juverit tunc
multum diviti illi viro.

[*Ia*, etiam. Gloſſ. Monſ. p. 397.

Ia ni, nunquid. Tatian. 40, 6. *Ia ni gibit*, nunquid porrigit.

Ia ſie ni leſent ſon thornun uuinberu. Nunquid colligunt de ſpinis uvas. Id. Tatian. 41. 3.]

Notk. Pſalm. IX. 8. *Ia iſt er iemer.* Dominus in æternum permanet.

IABE *Gote*, formula dubitantis & diffidentis, *Iabe Gote, uuir bringen iu nu ſar uzzir diſmo ſteine uuazzir?* Nunquid de petra hac poſſumus producere aquam? Notk. Pſal. CV. 33. de Moſe percuſſuro petram.

IAH, *man iach*, dicitur, fertur, Tyrol. Scot. pr. V. *Gehan*, fateri.

Iahi, fateatur, Otfr. V. 15, 79. de Petro:

Ther thria ſtunton iahi,
ſo thiko inſtoban uuari.

IAC.

Trina vice fateatur,
quoties inficiatus fuerat.

[*Thaz her jahi ſaman mit Marium.* Ut profiteretur cum Maria. Tatian. 5, 12. de Joſepho Bethlehem cum Maria profecto.]

IACAESSURAE, calciculium, Gloſſ. MS. ASax.

IACH, O, Interjectio, *Iah herro*, ô Domine, Notk. Pſal. CXV. 16.

IACHANT, achates, Fragm. de B. Hiſpan. ℣. 900.

[Hyacinthus juxta Scherz. in Not.]

IAGERE, fœnerator, Gloſſ. Lipſ. tacet hîc Somner. illuſtrat. Notk. Pſal. C. 5. *jagen*, perſequi.

[Hodie mercatoribus *Nachjagende Herren* dicuntur creditores debiti ſolutionem urgentes. *Jagot*, venatur. Gloſſ. Monſ. p. 344.]

JAGILICH, quilibet, Otfrid. II. 23, 49. & paſſim.

[Verba Otfridi loc. cit. ſunt:

Quit jagilih in thrati,
thaz er zeichan dati
In mines namen namati.

Dicet quilibet anxie,
quod ſigna (miracula) fecerit
In mei nominis invocatione.

[Notat autem Scherz. Codices MSCtos non *iagilih*, ſed *io gilih* habere, quod in unam vocem compactum, idem eſt ac *jeglicher.*]

IV. 26, 70. [Pro *jagilih.* h. l. Codices MSC. habent *Uuibilih.* vid. Scherz. Not.]

Jagiuueder, iedweder, Otfr. IV. 9, 21.

Sin jagiuuedar zilota,
joh ſuntun al ſo er ſageta.

Hoc quilibet eorum attendebat,
& invenerunt omne quod dixerat.
Conf. V. 20, 62.

JAMAN, aliquis, *Jemand. Jemene*, aliqui, Notk. Pſal. XXXII. 8.

[Otfr. II. 18, 30.

Thaz mannilih giborge,
ſih zia manne ni belge.

Ut quilibet caveat,
cuiquam homini ne iraſcatur.

Pro *zia manne* Codices MSC. Vind. & Vat. habent *zi iamanne*, quod eſt, *zu jemand*, *gegen jemand.* Scherz. Not. ad h. l.]

Duplex in primis *chaos* eſt, quod hic in oculis gerere Rabanus potuit, Paganum alterum, alterum, quod ita vocare liceat, Chriſtianum. Iſtud inde ab Heſiodi & Homeri temporibus, Graecis maxime & Latinis Poëtis atque Philoſophis innotuit, Virgilio etiam 4. *Aen.* 510. & 6. 265. cantatum, vbi Seru. *D. II.* 990. *b.* illud *elementorum confuſionem* interpretatur: quod etiam Iſo *p.* 786. *a.* habet, cum προσθήκην, *quæ fuit in primordio.* De eo Barth. 40. *Adu.* 3. *p.* 1793. & *ad Claudian. p.* 1271. Petit. 1. *Miſc. Obſ.* 18. *p.* 50. *ſſ.* Pfanner. *Syſtem. Theol. gentil. pur. p.* 162. 163. Spanhem. *ad Ariſtophan. p.* 283. 284. Bornmeiſter. *de error. biſt. gent. in reb. ſacr. p.* 17. Gudius *init. Epiſtolar* **** 2. & 3. (quae etiam apud Menag. *ad Laërt. p.* 143. *ſſ.* leguntur) & qui prae ceteris hoc in argumento erudite curioſus ac induſtrius fuit, Poſnerus quatuor *Diſſert. Philologico-Philoſophicis*, quas *mundum ante mundum, ſiue de* Chao, *orbis primordio*, inſcripſit, Jenæ 1698. 4. editis. Huic Paganorum Chao Mauri Theot. verſio congruens eſt, quod illi nobis vt valde tenebricoſum pingunt. Alterum *Chaos* Chriſtianum vulgatus interpres (vt locum IV. Esdr. V. 8. tranſeam) infelici partu Luc. XVI. 26. excluſit: *Inter nos & vos magnum* chaos *formatum eſt.* Nam χάσμα ibi non *chaos*, ſed *ſecretionem hiatumque* eſſe dudum Rhodigin. 25. *lect. ant.* 16. *p.* 1400. obſeruauit. Certe hic vocis *chaos*, ab Ambroſio licet & Auguſtino retentae, Budaeum vsque adeo puduit, vt corruptam, & pro ea *chasma* legendum eſſe cenſuerit, qui propterea Heinſii ferulam *Exerc. ſacr. p.* 203. *init.* meruit. Duacenſes vero Theologi *Biblior. Gloſſator. V.* 914. illud *chaos* in margine per *hiatus, vorago*, emendare non dubitarunt. Reuius quidem *in Vallam ad h. l. p.* 1393. Vulgatum hic erroris ideo abſoluit, quia Joſ. Scaliger *chaos* ex Graecis Poëtis, Euripidi Ariſtophani & Theocrito, *aërem*, ex Latinis autem Corn. Seuero *chasma* ſignificare refert; ſed eſt, quod verear, vt ordo literatorum ſuos calculos huic abſolutoriae ſit adjecturus. Adde omnio Teelmanni *Comm. in Luc. XVI. p.* 494. *ſſ.* Si itaque Rabanus hoc Vulgati *chaos*, vti ſuſpicor, Theot. reddidit, tanto magis illi in verſione Theot. ſpiſſas tenebras inducere debuit, quod jam ejus aetate *infernus* ipſe, ex

MIH.

„ κακοζηλίᾳ gentilium, quos omnem inferorum „ regionem ſic appellaſſe Barth. *ad Stat. II.* 1133. „ notat, in Eccleſia Rom. *chaos* audiret. Docet „ hoc formula anathematis Pontificii in Diur- „ no Rom. Pontif. pag. 139. quae transgreſſori „ *Apoſtolicae praeceptionis* imponit, *vt in* chaos „ *immerſus cum impiis deficiat.* Idem docent verba „ veteris hymni de Chriſto, Breuiar. Rom. *p.* „ 449. *a.* 456. a. *Perrumpis infernum* chaos. Cete- „ rum Iſo etiam *p.* 777. 778. *chaos* per *confuſionem* „ *noctis*, *profunditatem tenebrarum*, & *p.* 783. *a. per* „ *tenebras* explicat. Quare Hieron. *Oper. III.* „ 308. *Ain*, quod Lat. *fontem* vel *oculum* ſonat „ per *chaos* bis interpretetur, dicere nequeo. „ Etymum vocis *chaos* Hebraicum primus, quod „ ſciam, Steuchus *in Pentateuch. Oper. I.* 99. in „ תהו *inane*, Gen. I. 2. quaeſiuit, operoſe ſimul „ de *chao* ipſo diſſerens. Rittershuſio *ad Gunth.* „ *Ligur. p.* 90. aliud a. כהה *caligauit*, placuit. De „ etymo Graeco, ejusque ſignificatione & con- „ uenientia cum Germ. *Gau*, Friſchius in *Unter-* „ *ſuchung des Grundes und Uhrſachen der Buchſtab-* „ *Verenderungen etl. deutſch. Wörter* (ed. Berol. ſine „ anni mentione, quem tamen eſſe puto 1716.) „ *p.* 44. 45. *agit.*

„ *Mihil*, magnus, in femin. *mihila*, magna. „ Comp. *mihilamot*, magnanimus, eſt n. 308. „ Hæc vox etiam Alem. & Franc. per duplex *h*, „ *mihhil*, aliis vero gentibus, quibus vſitatiſſi- „ ma eſt, per *k*, vel *c*, vel *ch*, ſcribitur. Nam „ G. eſt *mikil*, Isl. *mikle*, magnus, ſcilicet viri- „ bus, ita enim plerumque homines robuſtos „ appellitabant, Arngrim. Jonas *ſpecim. Isl. Hiſt.* „ *p.* 19. A. S. *micel*, *mycel*, *mucel*, Germ. *michel*, V. „ Goldaſt. *ad Paraen. vet. p.* 373. 374. Opit. *ad* „ *Rhythm. de S. A. p.* 19. 20. cujus verba integra „ Wormius *Monum. Dan. L.* 2. *p.* 133. adduxit, „ vel ideo obſervatione digna, quod ex anti- „ quiſſimo Cant. Dan. Conſtantinopolin Septen- „ trionalibus *Mycklegard*, quod eſt ipſum no- „ ſtrum *Mecklenburg*, *Megalopolis*, appellatam nos „ doceant. Jun. *Gl. p.* 255. Stiernh. *Gl. V. G. p.* „ 114. ex quo Opitii poſt Vulcanium error, in „ C. A. verbis commiſſus, emendandus eſt, Rei- „ neſ. *Defenſ. Var. lect. p.* 67. qui ex Bibliis Germ. „ 1476. excuſis aliquot exempla promit, vbi „ magnus per *michel* redditur, quorum extre- „ mum eſt Nehem. III. 1. *der michel Pfaff*, ma- „ gnus ſacerdos. In Chron. Brunſ. idem quo- „ que ſæpius offendas, ut VIII. 70. *ein michel Her*, „ magnus Dominus, *ib.* V. 87. *eyn michel deil*, „ magna pars: XVIII. 28. *eyn michel ſtrit*, ma- „ gna pugna, &c. Aſperiorem illam Goth. per „ *k* pronuntiationem Francis etiam aliquando „ receptam fuiſſe, V. V. L. monſtrant, in qui- „ bus eſt *mikil*, *mikilon*, *mikilo*, *gimikilit* (ita enim, „ & non *oimikilit*, quod Lipſii vitium Somnerus „ *p.* 45. retinuit, legendum eſſe, ſequens vox „ *gimiciloda* oſtendit) *mikile*. Adde Palth. *in Tat.* „ *p.* 284. Quod vero Graecis nos hanc vocem „ debere, & ἀπὸ τῆς μεγάλης traxiſſe, praeter „ Opitium atque Junium Caſaubonus *de ling.* „ *Sax. p.* 194. ſentit, illorum hypotheſi dome-

MIL.

ſticae, paucis hodie in tanta linguarum Se- „ ptentr. luce arridenti, relinquo. Multo pro- „ pius veritati CL. Eccardi *ad Cat. Theot. p.* 168. „ etymum eſt, a *mögen*, valere, potentem aut „ magnum eſſe. „ De altera vocis Theotiſcæ parte *finſtar* vide quæ ſupra lit. F. notata ſunt, ex eod. Diecmanno, cujus verba hactenus retuli- mus è Spec. Gloſſ. Lat. Theot. p. 74. ſq.

MILITOU, rubigo. Gl. Monſ. p. 328. *Militouwe*, idem. p. 343. *Militouue*, aerugini. p. 349.]

MILIVVA, tinea, Tatian. c. 36, 1. [In ead. ſ. [ſcribitur quoque *Miluua*. Germanis hodienum acarus, eine *milbe*, ſive *mulbe* dicitur. Palth. Not. ad Tat. p. 361.

MILLU. *Kenoottanteru millu kangant zuuo*; angariati miliario vadant duo. Kero. c. 7.

Millun, millibus. Gloſſ. Monſ. pag. 336. 383.

Milla, angariam. p. 394.]

MILTI, benignitas, humanitas. Otfr. I. 3, 38.

Thaz lerta n'an ſin milti
thaz er ſulih uuurti.

Hoc docuit ipſum ſua benignitas
ut talis fieret.

Id. III. 10, 29.

Thiu Drubtines milti,
Domini clementia.

Miltniſſo, Iſid. c. 9, 4.

Miltidun, miſericordia, Tatian. c. XXII, 12. [Verba Tatiani hæc ſunt: *Salige ſint thie thar ſint miltherze*, *uuanta ſie folgent miltidun.* Beati, qui ſunt miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur. Id. c. 4. 6. *Sin miltida in cunnu inti cunnu:* miſericordia ejus in progenies & pro- genies.

Vocem *miltida* facile Germani intelligunt, qui- bus *milde* mitis, benignus, & *mildigkeit* benigni- tas eſt. Compoſitum eſt *miltherze*, pro quo AS. dicunt *mild-heort* miſericors, *mildheortneſſe*, mi- ſericordia, *miltſunge*, miſeratio. Palthen. Not. ad Tat. p. 301.]

MIN, ne, nec: minus. hodie hinc *minder*. Ke- ro. Prol. p. 17. c. 10. *Mindenne*, nedum: c. 64. *mihhilu min*, multo minus. cap. 40. *Minnira*, minor. cap. 39. *Minirun*, minora: cap. 3. *Chindun minnirin altere*, minore ætate: c. 39. *Min- ſim*, minime. [*Minſim* corrupte à Goldaſto ſiſtitur, in Kerone enim legitur: *Min ſin keleſan*, minime legantur. c. 10. Ceterum ex eodem Kerone ſe- quentia adde. *Min megi*, minus potuerit. c. 2. conf. Prol. p. 15. c. 18. *Min*, minime. Prol. pag. 17. *Fona minnirin*, de minore. c. 2. *Merorin minniro erſtante*, majori minor ſurgat. c. 63.]

Min, quo minus. Tatian. c. 74, 6.

Otfrid. V. 7, 59. *Nie uuibtes min*, nec minus. & ℣. 23. *ni thes thiu min*, nihilo minus. IV. 2, 63.

Min eowebt, nequicquam: [*Min eouuit*, nec quisquam. c. 33.] *Min huuenne*, ne quando: c. 2. *Min huuaz unmez*, ne quid nimis: c. 64. Kero. Otfrid. V. 4, 122. *due min.*

[Verba

Digitized by Google

[Verba Otfridi ita cum verſione Schilteri ſonant:

Ni due ouh Petrus nu thaz min,
ni er ſih fuage thara zin.
Nec faciat etiam Petrus nunc
quo minus ſe conjungat eo ad illos.

Scherz. vero in Notis hæc addit. *Min* hic idem eſt ac *minus*. Gloſſ. Lipſii: *luccuo min* (lege *luculo min*,) paulo minus: nos *Luttelkemin*. Quæ poſteriora verba cum ſint Lipſii, Belgæ, apparet Belgis etiam eſſe: minus: quod & firmat Kilian. in Etymol. Suecis: *mindre*: minus. Gothis: *minniſt*, minimus, pro quo Sueci *Minſt*. Nos etiam adhuc dicimus *der mindere*, minor, *im minſten nicht*, ne minimum quidem. Unde hos verſus ita reddo:

Nec faciat Petrus nunc minus,
quam ut ſe adjungat illis (diſcipulis.)]

Cap. XI. 9. *ni min*, nec minùs.

Min gelicho, diſſimilis, V. 25, 112.

[Scherz. quidem in Not. *Min gilicho* reddit *mihi ſimilis*. At contextus Schilteri interpretationem probat.]

Uuio min, quanto minus. II. 12, 117.

[*Nio in altere biſt thiu minniſta*, nequaquam minima es. Tatian. 8. 3. Germanice nunc *mindeſte*. Poſitivus eſt *min*, quem hodienum Belgæ & Germani retinent, comparativus *minnira*. Palthen. Not. ad Tat. p. 317.

Minnironne, minui. Tatian. verba Johannis Baptiſtæ ita transfert: *In gilimphit uuahſen, mih zi minnironne;* illum (Jeſum) oportet creſcere, me autem minui. c. 21, 6. Hodie Germanis *mindern* & *vermindern* in ſenſu activo non neutrali, qui eſt hujus loci. Eſt autem verbale hoc à comparativo *minnira*. Palthen. Not. ad Tat. p. 346.]

Min odo wan, vox dubitantis, Numquid. Tatian. c. XIII. 19. Ne forte, c. 27, 2. c. 39. 8. alioquin, c. 33, 1.

Urminnu Kindes, effœta, Otfrid. I. 4, 100. Zacharias de uxore ſua Eliſabeth: *Iſt Kindes urminnu*: eſt effoeta.

[*Urminnes*, extra memoriam, cujus rei memoria non extat. ab *ur* & *minna*, recordatio, memoria. *Urminnes hæfd*, immemorabilis poſſeſſio. Loccen. Lex. J. S. G. Staden. Expl. Voc. Germ. Bibl. p. 830. Inde Scherz. in Not. ad Otfrid. l. c. ita vertit: Non cogitat amplius de liberis ſuſcipiendis.]

MIN, meus. Kero: *Miniu*, mei.

[*Euua mina*, teſtamentum meum. Kero. c. 2. *miniu*, mea. Prol. p. 18. *munde minemu*, ori meo. c. 6. *in zungun mineru*, in lingua mea. c. eod. *Vora minero unchrefti*, præ valetudine. Gloſſ. Monſ. p. 350.]

Otfrid. V. 3, 2. & 4.

In lichamon minan.
In corpus meum.
Minera ſela klibe.
Meæ animæ inhæreat.

Adde c. 25, 60. & 69.

MINECHLENO, digitus minimus, L. Sal. t. de Debilitatib. 32. edit. Herold. MS. Reg. legit: *Meledeno.*

MINNA, caritas, amor, affectus dilectionis. *Minoon*, diligere: *Ze minone*, diligere: *Minnoot* diligit: *Keminnota*, dilexit. c. 28. *Minnon* amare: *Si keminoot*, ametur. c. 2. *minun*, amori: *minnu*, zelo: c. 64. Kero.

[In Kerone hæc inveni: *Minna*, charitas. c. 2. charitatis. Prol. p. 16. dilectionis. p. ead. *minna ni fœrlazzan*, caritatem non derelinquere. c. 4. *fateres keaucke minna*, oſtendat affectum patris. c. 2. *minnu furiſezzan*, amori præponere. c. 4. *eru minnu*, honore & amore. c. 63. *Faſtun minnoon*, jejunium amare. c. 4. *Hreinii minnoon*, caſtitatem amare. c. 4. *fiant minnoon*, inimicos diligere, c. eod. *Cote minnoot*, Deus diligit. c. 5. *minnoont*, diligunt. c. 4. *minnoot*, amans. c. 7. *Ze minnonne nabiſtum*, diligere proximum. c. 4.

Otfrid. I. 4, 15.

Joh reht minnonti,
Iuſtum amantes.

Id. II. 13, 19.

Joh beltit er thia minna
bi ſina drutinna.
Atque ſervat amorem
ſuæ dilectæ.

V. 5, 14.

Ni half ther oder thiu ſin min.
Nec juvabat alterum hic ejus amor.

[*Thiu ſin* in unam vocem ſunt compingenda, & ita locus vertendus: Nec juvabat alter hunc eo minus.

Conf. V. 12. 155. c. 13. 51. c. 20. 99. & Notas ad h. l.]

Notk. Pſal. II. 8. *an diu min minneto biſt.* [Hic locus huc non pertinet, ita autem ſe habet: *an diu min minero biſt*: eatenus me minor es. Sic ipſe Schilter. in Notis eum vertit.]

Idem Pſalm. LXXIX, 17. *Amor (minna luſt) zundot iob bonos (kuote) iob malos (ubele) Du biſt amans (minnehaft) umbe daz, daz dir uuola ſi, daz ne gibet dir niebt amor malus (ubil minna) nube amor bonus (kuot minna.)*

Idem Pſalm. CXIX. *Nob tia minna ne irret caſtus timor.* So ſuln chint iro parentes furhten unde minnon. So ſol chena iro charal furhten unde minnon.

Hinc Francicum *mignons*, *mignards*. Pſal. LXXXVI. *minnare Cotis* amator Dei. Pſ. LXXVII. unde in dinen minneſaminon mandelchoſon ih. und uber deinen liebsluſten treib ihm ein geſpräch.

[Loca ex Notk. Pſ. CXIX. LXXXVI. & LXXVII. minus recte allegantur. Primus Pſalm. CXVIII. 163. ultimus. Pſalm. LXXVI. 13. extat, medius vero à me nondum eſt repertus.]

Unminne, Zwietracht.

Minne, die abgöttin Venus.

der Minne buch, das hohe lied Salomonis. Vogelin. in Cant. Cant. I. 3.

Minlicho, ſuaviſſimè, Cant. Cant. III. 10.

Minneclichо, charitative, Notk. Pſal. XXI. 23.

Digitized by Google

MIN.

Minneſam, affectioſus.

Minneſam, amandus, Hiſt. Lomb. MS. de S. Amando.

Minneſami, dilectio, Notk. Pſalm. LIV. 5.

Minnare erdo, amator terræ Notk. Pſalm. CIII. 27.

Minner, amaſius, Königsh. Chron. c. 3, 96.

[*Minna*, affectionem. Gloſſ. Monſ. p. 376. 403. viſcera. p. 379.

Heizi minno, igne charitatis. p. 391.

Katriuu minna, fidus affectus. p. 410.

Minnibafti, humanitatis. p. 393.

Minnahaften, affabilem. p. 354.

Minnibafto bepinota, benigne exhibuit. pag. 367.

Minnibaftaz, diligens. p. 351.

Minna thinan nabiſtun. Dilige proximum tuum. *Minnot juuara fianta.* Diligite inimicos veſtros. Tatian. c. 32. 1, 2. conf. c. 159. 1. 236. 5.

Neſcio qua de cauſa verbum *minnon* Germanis excidit. Subſtantivum *minna* amorem non ſolum, ſed & ipſam Venerem ſignificat. Palthen. Not. ad Tat. p. 359.]

Meerminne, Siren, Freher. q. d. marina amaſia. vide ſupr. *Mer*, mare.

De *Meluſina*, vide ſupra catalogum Scriptorum German.

[MINNIRGA, detrimentum. Gloſſ. Monſ. p. 356.

MIRANGET, coartor. Gl. Monſ. p. 326.]

MIRAT, Admiratus, Ammiral. *Mirat* von Palvir, Fragm. de B. H. 2321. V. *Du Fresn. Gloſſ. Amiral.*

[MIRTALAHI, *mirteta*. Gloſſ. Monſ. p. 345.

MIRZUOGITETA, ſuperpoſuit. p. 356.]

MIS, MISSI, defectum vel errorem in Compoſitione ſignificat, *Fr. Jun. in Willeram. pag.* 35.

Mislichan, diſplicere, *Willeram. p.* 14. [n. ed. p. 7. quæ legit *Miſſelichen.*]

Goudlichan, placere. *id. p.* 67. [noſt. ed. p. 27. quæ habet *guollichent.*]

Mis, malè, perperam, ùt

Miſſiburi, caſus tragicus, V. Büren. *Misbyrd*, abortus, Gl. MS. AS.

Miſſiduen einen, Otfrid. II. 6, 106.

[*Tho Adam oub binoti*
zi thiu einen miſſidati.
Atque Adam quoque
ad hoc ſolus peccavit.

Scherzius in Not. ita vertit:

Cum itaque Adamus valde
ad id ſolum peccaverit.

Miſſidat, peccatum, paſſim.

Miſſituantero, delinquentium: Kero. c. 2.

[*Miſſitaat*, delictum. Id. c. 7. (Goldaſtus legit *miſſituat*) *Miſſitue*, delinquam. c. 6. *Miſſituat*, deliquerit. c. 46. *miſſitetu*, (Goldaſtus legit *miſſiteta*) deliquit. c. 45.

Miſſitatun, peccaverunt. Gl. Monſ. p. 373.

MIS.

Miſſituot, offendit. p. 368. erraverit. ibid. labitur. p. 386.

Miſſitanen, erratis. p. 377.

Miſſitat, commiſſio. p. 355. offenſio. pag. 359.

Miſſitati, errata. p. 385. admiſſa. p. 389.

Miſſituon, culpam. p. 378.]

J. Arg. L. I. c. 8. *das wette das geſchicht umbe geltſchulde. das iſt des miſſetat der da biclaget wirt. und das dritteil iſt des chlegers. und das ander iſt des richters.* textus Latinus: *Compoſitio quæ fit pro geltſchulda pulſatori eſt illius miſſetat qui pulſatus eſt, judici vero eſt tertia pars illius miſſetat.* Emendatius ita verti poteſt: Compoſitio ſive mulcta fit ob debita. Hæc eſt ob culpam (moram) ejus qui convenitur, cujus tertia pars eſt actoris, reliquum eſt judicis.

Miſſeleben, Rhyth. de Lud. R. ℣. 28. vide *Lebee.*

Miſſifiangen, errare in eligendo, judicando, Otfrid. II. 3, 74.

Thaz ſie zi imo oub giangin
s'in ni miſſifiangin.
Ut & ipſi ad eum (Jeſum) venirent
eum ne amplexuri errent.

Cap. 11, 81.

Thaz uuir ni miſſifiangin.
Ne nos male caperemus.

Miſſifaben, Otfrid. III. 7, 20. vid. ſupra *Faben.*

Miſſifanc, exceſſus. Gl. Jun. *Pi miſſifanc ſin*, propter exceſſum ejus: Fr. Jun. ad Will. p. 36.

Misfadian. vid. ſupra *Fadian.*

Mis einizzen, Otfrid. III. 22, 23. [Legendum: *nimis einnizzen* vide locum ipſum & Notas.]

Miſſigiangen, à recta via aberrare, Otfrid. II. 6, 62.

Ni miſſigiangin uuir ſo fram.
Ne offendiſſemus nos adeo.

Cap. 11, 82.

Thaz uuir ſo ni miſſigiangin.
Ne ita male procederemus.

Cap. 21, 75.

Thaz uuir ni miſſigangen.
Ut nos ne aberremus.

Miſſilutit, diſcrepat, Gl. Jun.

Miſſihabenti ſih ſelbo, Otfrid. III. 7, 30.

Ther ſo iſt zeſſonti
ſih ſelbon misſihabenti.
Qui ſic eſt fluctuans
ſeipſum non cohibens.

[Pro *ther ſo*, legendum, *ther ſé*, atque ita vertend. monente Scherzio in Not.

Lacus eſt fluctibus turbidus,
ſeipſum male habens.]

Misſi hellen, diſcrepare, diſſonare, Otfrid. III. 12, 40.

Nu ſie bi mih ſo zellent,
ſo harto misſihellent.
Cum iſti de me ſic narrent,
ſic vehementer diſſentiant.

Miſ-

Digitized by Google

[*Miſſibellan*, diſſidere. Gloſſ. Monſ. pag. 375. *Miſſibellent*, diſſiliant. p. ead. forte legend. diſſideant.]

Miſſibulli, Otfrid. IV. 29, 91. [Verba Otfrid. ſunt:

Uuiht ni miſi hulli.

Quæ Schilterus vertit:

Ne quid minus retectum.

Verbum in Notis ab *Hülle*, *Hüllen*, derivans. At Scherz. à *miſſibellen*, derivat, ac vertit: *Ut nihil diſcreparet.* Obſervans, hodienum *misbelligkeit*, diſſidium notare.

Miſſimuote, puſillanimitas. Gl. Monſ. p. 373.

Miſſiniozan, abutamur. p. 325.

Miſſiniozet, abutimini. p. 319.

Miſſinioze, abutatur. p. 356.]

Miſſiquedan, perperam dicere, Otfr. III. 18, 25.

Ullas, quadun, miſſiquedan uuir,
oba ther diufal iſt in thir.

Quid? dixerunt, male dicimus nos,
quod diabolus ſit in te.

Miſſeſcaba in, geſchach im übel, Fr. de B. H. ℣. 1690.

[*Miſſiſaxtes*, præpoſterum. Gl. Monſ. p. 380.

Miſſiſpribbit, labitur. p. 355.]

Miſſitruwin, diffidere. Rhythm. de S. Anon. ℣. 794.

[*Miſſitriuvida*, diffidentia. Gloſſ. Monſ. p. 377. hodie *Mistrauen.*]

Miſſiuuentit, obliquus. Gl. vet. Jun. *Miſſewende*, vitia, Tyrol. p. 281.

Notk. Pſ. XXXVIII. 2. *Manige miſſewendara, unde manige laſterara.* conf. inf. *Wenden.*

Miſſiuueiz, deſipit, Gl. Jun.

Miſſiuueruuidu, everſio, Gl. Jun.

Miſſiuuorachta uuorolt, peccaverat mundus. Otfr. I. 3, 98.

[*Miſſazumfton*, diſſonent. Gl. Monſ. p. 409.]

Miſſen, carere, carentiam alicujus rei deprehendere, vox hodienum uſitata.

Miſtun thes kindes, deprehendebant abeſſe puerum, Otfr. I. 22, 40. & 97. Idem II. 5, 36. diabolus ad protoplaſtos:

Quad, guat iob ubil uueſſin,
thes guates thob ni miſſin.

Dixit, bonum & malum ſcituros,
nec tamen bono privatum iri.

Id. V. 7, 19. Fragm. de B. H. ℣. 2537.

Farmiſſit, carebit, Gl. Jun. *Firmiſta*, Otfr. I. 22, 96.

So gahun thin firmiſta.

Quam cum ſubito te non ſenſerim. *So bald ich dich vermiſte.*

Vermiſte, Fragm. de B. H. ℣. 2650. Notk. Pſ. CVIII. 24. *So min die fermiſſon.*

MIS, diverſum, varium.

Miſſilichers, diverſorum: *miſſilichem*, diverſis: Kero.

Miſſalibchem, variis, idem.

[In Kerone ita legitur: *Duruh miſſilibbo cello*, per diverſorum cellas. c. 1. *Miſſilibbe*, diverſos. c. 7. *miſſilicheru unmahtim*, diverſorum infirmitates. c. 39. *liſti miſſilibbo*, artes diverſæ. cap. 66. *duruh miſſilibbo lantſcaffi*, per diverſas provincias. c. 1. *miſſilichhem tum*, in diverſis horis. cap. 18. *miſſalibchem ambahtim kezelite*, variis officiis deputati. c. 48.]

V. Otfrid. III. 12, 19. *Miſſilih gimah*, diverſas opiniones. II. 15, 20. *miſſilichen ſubtin*, variis morbis. c. 19, 46. *liuti miſſilih*, homines varii. III. 15, 80. *miſſilichen uuorton*, variis verbis. V. 25, 159. *miſſemo muate*, diverſæ mentis. c. ult. 115. *In ſunton miſſilih*, in peccatis variis.

Notk. Pſ. XXVIII. fi. Pſ. LIX. 8. Rhythm. de S. Annon. ℣. 286. Notk. ad Symb. S. Athanaſ. ℣. 4.

[*Miſſilichent*, diſcrepant. Gloſſ. Monſ. p. 411.

Mit miſſalibben ſubtin, variis languoribus. Tatian. 22, 2. ASax. *mislic*, vel *miſſenlic*, varius, *mislicneſſe*, vel *miſſenlicneſſe* varietas, apud Somner. Gothice *miſſaleics*, diverſus. Supereſt quidem adhuc Germanis Belgisque eadem vox *miſslich*, ſed alio ſenſu, ut ſcilicet rem, periculoſæ plenam aleæ dubiique eventus denotet. Palthen. Not. ad Tat. p. 348.]

Miſſluaro, auaro, decoloratus, Gloſſ. Jun. *abfärbig.*

Miſuare duch, diſcolor, vermiculatus pannus: Gl. Jun.

Miſcen, *miſcelen*, Notk. Pſ. CI. 9. *Min trincben mit uueinode miſceloda*, potum meum cum fletu miſcebam. Id. Pſ. LXXIV. 9. *Chelih lutteres uuines doh foller miſcellatun*: calix vini meri plenus mixto.

Miskenti, miſcens. Kero. c. 2. p. 21.

Gemiſcelot, miſcellatum. Notk. Pſ. LXXIV. 9.

Miskelunga, confuſio. *ungemiskeloten*, inconfuſæ. Notk. in Symb. Athan. ℣. 34.

Conf. ſupra *Gimis.*

MISOLEN, leproſi, Notk. Pſal. L. 9.

Miſulſucht, lepra. Gloſſ. Vulcan. p. 66.

[*Maſelſucht*, i. e. lepra al. malzer. Weichb. art. 43. Gloſſ. Reineſ. Vocab. Theot. MSC.]

Miſolobtiu, leproſa. Notk. Pſ. LXXIII. 11.

Miſelſuchtig, id. J. F. Alem. c. 63. J. Sax. Prov. L. I. art. 4. & L. III. a. 54. item in Præf. Carminic. J. Prov. Alem. c. 146. Weichbild in fi. habet formulam juramenti Judæorum fol. 108. b. *die Maſelſucht, die Naaman verlies und Jezi ankam*: pro quo in formula juris Prov. Alem. c. 86. habetur: *oder Malatſch muſſeſt werden, als tet Naaman und Jezi.*

V. *Malatſch.*

[*Miſalſubti*, propter duritiem. Gloſſ. Monſ. p. 384.

MISTINUM, ſterquilinium. Gloſſ. Monſ. p. 346.

Miſit rindiro, ſimum boum. p. 400. legendum puto *miſt*, quæ vox hodienum in uſu eſt.]

MIT, cum, ſæpiſſime, item apud: Kero. c. 3. *Mit minnan*, præ amore. Otfr. V. 7, 74.

Per, id. V. 17, 19. *mit mir*, per me.

Mitho, L. Sal. t. 35. vid. ſupra *Foſa Mittinio.* ib.

Mit

Digitized by Google

Mit thiu, eo ipso, *darmit*. Otfrid. IV. 8, 37.

Mit uuiu, quomodo, Otfr. II. 5, 3. III. 22, 64.

Mitun redinu, hoc modo, Otfr. I. 22, 33.

Miti ſtillo, cum ſilentio, ib. ℣. 31.

Miteslöf. vide *Slaffu*.

MITHONT, modò, vix: nihili. hodie *mithin*, Otfrid. I, 20, 12. III. 18, 48. c. 1, 74. c. 14, 122. V. 7, 19. c. 10, 52.

Mithontes, modo. Otfrid. II. ult. 24. V. 13, ult. Notk. Pſal. LXXX. 9.

Mithub, Otfrid. III. 22, 63. [*Mithub*, arbitror idem eſſe ac, vobiſcum, *mit euch*. Plebs Alſatica pro *mit euch*, adhuc hodie dicit *mit uch*. Scherz. Not. ad h. l.]

Mithot, Otfr. II. 22, 30. ubi Freherus emendat *Mithont*, *mox*, *jam*, *modo*. Otfr. III. 14, 77. c. 24, 169. antè.

Notk. Pſal. LIV. 20. *Mittunt*, modò, nuper, Notk. Pſal. CXVIII. 25.

[*Mitdigin*, obſecrationibus. Gl. Monſ. p. 352.

Mitleide, cum execratione. p. 331.

Mitpuozo, ſatisfactione. p. 383.

Mitallo, perfectæ. 391. probatum. 320.

Mitnoti, violenter. p. 344.

Mitvuete, ſtipulatione. p. 337.

Legendum videtur. *Mit digin. Mit leide. Mit puozo. Mit allo.* & ſic porro.]

MITTE medius, *Mitti lodi nabt*, mediâ nocte: c. 8. *Mittilodontera abtodun citi*, mediante octavâ hora. c. 48. Kero.

Mittelode des Diskes, medium lecticæ, Cant. C. 3, 10.

Mittero, medium, Notk. Pſal. XLIV. 13. *In mittero brutt ſamenungo loben ih dih*; in medio Eccleſiæ laudabo te.

Mittemo, in medio, id. Pſ. XLV. 3. *Diu erda iſt mittemo mere.*

Mittelandig mer, mare mediterraneum. Notk. Pſ. LXXI. 8.

[*Mittiverihi*, dimidio. Gloſſ. Monſ. p. 350.

Mitipin, interſum. p. 351.]

Miteuuizin, conſcientia, al. *geuuiſſedo*, quod vide.

Das miteuuizin, conſcientia, conjungitur religioni. Notk. Pſalm. XXXII. 2. Cum quo non confundenda vox *Mitheuuiſte*, Willeram. in C. Cant. pag. 109. *So leiſtet her iu thie genatha ſinero mitheuuiſte.* [p. n. e. 47. *So leiſtet er iu die gnada ſinero miteuiuſte.*] Quod aliàs per *Conſcientiam*, aliàs per *communes epulas*: aliàs per *Præſentiam* explicatur. Fr. Jun. h. Sed verior interpretatio ultima. Freherus ibi: *Mitheuiſte*, conſortium, præſentia, à *mitweſen*, adeſſe. Notk. Pſ. C. 6. *Iro conſortii miteuuiſte.* Pſ. CXVIII. 53. *Mih irdroz dero miteuuiſte*, Conf. inf. *Wiſte.*

Mite, V. *miete.*

Mittingart, mundus. *Chidhinſit zi imo allen mittengart*, ad ſe omnem contrahat mundum, *Iſid.* c. 9. fi. Et c. 5. circa fin. *Dhazs mittingari firleiſſi diubilo drugidha*, ut mundus deſereret malas fraudes dæmonum. Et porrò: *bi mittingardes nara*, propter mundi liberationem. V. *Garde.*

Mittiligartes, mundus. Tatian. c. 16. 1. *Senu Gotes lamp! ſenu ther nimit ſunta mittiligartes*: Ecce agnus Dei! ecce, qui tollit peccata mundi.

[Vox *mitteligartes* eſt compoſita ex *mittili* medium, Vid. Jun. in not. ad Willer. p. 96. & *gart*, quod quem ſignificatum proprie quondam habuerit, nondum liquet. Gothis vox illa domum, hortum (hunc Germani adhuc *einen garten* dicunt) ſepimentum, itemque regionem, teſte Junio in Gloſſar. Vandalis caſtellum, ſive urbem muris circumdatam aut alia ratione munitam denotavit, id quod nomina locorum *Belgard*, *Stargard*, aliaque indubii ſignificatus vocabula teſtantur, de quibus in Gloſſario noſtro Vandalico B. c. D. uberius agemus. Vid. interea doctiſſimi Stiernhielm. Gloſſar. Ulphila-Goth. v. *gard*. A-Saxonibus *geard* aream, terram, quin mundum univerſum ſignificat, quem tamen & *middan-earth* ſ. *middan-geard*, non ſecus ac Gothi *midgungard*, Francique *mittiligard*, aut quod in ſqq. occurrit, *middangard* appellant. Compoſitio autem harum vocum quid ſibi velit difficile eſt ediſſerere, niſi dicas veteres Germanos hoc ipſo ſuam de ſyſtemate hujus univerſi ſententiam, quod nimirum in centro ejusdem terra, quam habitamus, colimus, in regiones deſcribimus, caſtellisque communimus, poſita ſit, declarare voluiſſe, cujus deinde veritatem Copernicus homo Germanus in dubium vocare aggreſſus eſt. Favet conjecturæ noſtræ quod & Romani vocabulo Orbis, & ipſi Franci noſtri *umbiuuerft*, A-Saxones *ymbhurygft* ambitus, circuitus, univerſum hoc appellarunt, quæ omnia poſitum terræ inter tot alia corpora medium ſubinnuere videntur. Palthen. Not. ad Tat. p. 337.]

MIT, mitis, comis, manſuetus.

Kero: *Mitiuuarii*, manſuetudine. c. 66. *Mitiuuareem*, mites. c. 2.

Miedeuuere, manſvetus. Gl. Jun.

Mituuaron, manſvetos. Iſid. c. 6. fi.

Mitheuuare, ſvavis, C. Cant. VI. 3. ubi de ſcriptione annotat Freherus: *Ita interlinearis illa verſio Pſalmorum habet perpetuò.*

Mitſemes naigen, charitativa inclinatio, Aur. Bull. Caroli IV. Imp. c. 23. fi. Reverenz, compliment.

Annotator anonymus ad Willeram. d. l. p. 116. compoſitum putat ex *mit*, cum, & *waren*, ire, ambulare, q. d. commeans, comes h. e. comis. Sed aliud eſt *waren*, aliud *faren*, ire. Fr. Jun. in Willer. p. 112. à *mithan* vel *miden*, vitare, & *uuare*, cautus, prudens: atque ita *mitheuuara* propriè erit *Vitandi prudens*: nihil enim æquè detegit animum lenem ac manſuetum, quàm ſtudium declinandi vitandique offenſas. hæc Junius. Kilianus: *Medwaerigh*, Holl. comis, familiaris. *Medwerdigh*, vet. comis. *Medſaem*, comis.

[*Miterheitemo vuinte*, vento urente. Gl. Monſ. p. 320.

Mitz, i. e. medium. *In mitz der waſſer.* Gen. I. 6.

Digitized by Google

L. 6. zwiſchen den waſſern. Gen. III. 3. *In mitz der Paradiſen.* Reineſ. Vocab. Theot. MSC.]

MITTAG. vid. *Dag.*

[*Mittagigi*, meridiani. Gloſſ. Monſ. p. 357.

Mittitagilihemo, meridiano. p. 349.

Durah mittazlant, per mediterranea. p. 363.

MITTULLI, licitatorium. p. 326.

MITUNTERGRAPANI, ſuffoſſione. p. 338.

MIUZSUHTI, dyſſenteria. p. 391.]

MIZEN, *mezzen*, menſurare, Otfrid. I. 1, 51.

Iz mizit ana baga.

Menſurat ſine hæſitatione.

II. 13, 61.

Ni mizit er imo ſinaz guat,
ſo er uns ſuntigon duat.

Non menſurat illi (Chriſto) dona ſua,
ſicut nobis peccatoribus facit.

vid. *Mez.*

[MIZZUN, culicem. Gloſſ. Monſ. p. 409.

MODELICH, i. e. meiſterlich. *Ind began unſer Landſchaft vry modelich zo deilen unter ſyn maege ind ſyn neven.* apud Gold. Reichs S. P. I. f. 22.]

MODER, *muader*, mater.

Modrenect, mater noctium, nox quæ ſequitur diem XXIV. Decembris, Vigiliæ Natalis Domini, *Vide ſupra in voc. Monod. excerpta Scaligeri.*

[MODO, tarnus, tarmes. Gloſſ. Monſ. p. 414.]

MOGEN, mogi, Otfrid. V. 12, 31.

Theſe mogi machaz. Quod poterit efficere.

[Legendum eſt ex utroque MSCto Vindob. & Vatic. *Theſemo ginachaz.* ut Scherz. in Not. obſervat.]

V. *Mag.*

MOGG, longas tibias habens, culux: Gloſſ. MSS. AS.

MOIE; *moja*, *moye*, virgo, puella, vetus Celticum. Ol. Worm. L. III. Faſt. Run. c. 6. Goth. Verſ. Matth. IX. 24. Islandis *Mey*: Danis *Moe*. Morhov. P. I. de L. Germ. c. ult. p. 137.

MOINA, nequaquam, Gl. Vulcanii. p. 66.

[MOL, ſtelio. Gloſſ. Monſ. p. 322. 352. ſtellio, papilio. p. 412.]

MOLT, pulvis. Fragm. de B. Hiſp. ℣. 1899. *thie molten ufſtieuen*, pulverem excitari.

Rhythm. de S. Annon. ℣. 552.

Dů intloich ſich diu molta.

Tunc excutiebat ſe pulvis (ſepulcralis.)

[Staden. Explic. Voc. Germ. Bibl. pag. 751. hæc Rhythmi verba ita vertit: *Da that ſich die erde auf.* Anglis *Mold*, *mould*, terra. Gothis, *mold*, *mulda*, pulvis. Scherz. Not. ad h. l.

Molto vel *berde*, ſolo. Gloſſ. Monſ. p. 357.]

MOLZER, MVLZER, MOLTA, MVLTVRA, penſitatio domino Molæ debita de frumento, *Mahlgelt*. V. Gloſſar. Du Fresn. v. *Molta.*

Moltzer, mixtura frumenti & tritici. Rotulus Curiæ Dominicæ Wratzhoven Eccleſiæ S. Thomæ Argent. ita: *XI. firtel Multzerkorns, das*

iſt das zweitel Weiſſen und das drittel Rocken. Rotulus Curiæ Domin. in Adrazhofen Capituli Thomani itidem Argent. an. 1544. *Virtel Multzer Korns, das iſt, das zweitel Weiſſens und das drittel Rocken.*

Montelkorn, idem. Liber MS. redituum Argent. *Montelkorn, das ſint zweiteil Weiſſen und das driteil Rocken.*

At Argentorati an. 1676. 14. Junii in Senatu Majori cauſa inter viduam ſutoris ejusque heredem ex una, & inter Eccleſiam S. Thomæ ex altera parte hæc agitata: *Weil das verbum* Moltzerkorn *in dem Beſcheid von den partheien variè verſtanden wird, und der Schaffner zweidrittel Weitzen und ein dritteil Rocken haben will, welches ſo wol den alten documentis, als dem gemeinem verſtande, MOLTZER, zuwider iſt, ſo bitt er* (reus) *zu der parteien entſcheid declarationem ſententiæ. R. bitt zeit.* Erkant: *Soln citati halb Weitzen und halb Rocken anzunehmen ſchuldig ſein.* Liber Salicus Ebersheim. Cap. Judicium Silvarum. *Und ſol man in geben ſehs viertel Kornes. halb ein. halb ander.* Item cap. Curia Domin. in Sigolzheim.

MOMPER, *Monpar*, i. e. *Mundbar*, ut *Semper* i. *Sendbar*: ſignificat propriè oratorem, *Redner*, Procuratorem. Reformatio vetus Civitatis Francofurt. ad Mœnum tit. de Procurat. von Montparn, Anwelden und Furſprechen.

Als aber Montparn und Furſprechen bisher zwey amt geweſt — ſo wollen wir das hinfur die Furſprechen auch montpar mögen ſein. Nempe *Furſprechen* dicti Cauſidici, Advocati, *Montpar*, procuratores, *Redener*, *Anwelde*. Ibidem: *Es mag ein jeglicher burger — oder ein fremder einen fremden furſprechen ſtellen, doch das die rechtſetze durch die geſchwornen redner geſchehen.* Atque in tit. von Montparn eydt fol. 45. idem eſt ac procuratorum juramentum.

Mundbar, advocatus, protector. *Wehner.*

Mundgelt, annua præſtatio debita protectori, Idem voc. *Mundbar.* Qui antea voc. *Monpar*, perperam diverſa hæc facit, & à Gallico *mon pere* ridiculè deducit.

Mundherr, defenſor vel ordinarius, Princeps vel Magiſtratus, vel adſcititius, Protector.

Mundman, *Mundliite*, ſubditi, clientes.

Malman, Scabinus. Carol. M. in Diplomate pro Eccleſia Osnabrugenſi: *Omne regale ſeculare judicium ſuper ſuos ſervos & liddones & liberos Malman & Mundman.* Monum. Paderb. p. 325. In bulla Sigismundi Imp. an. 1431. c. 3. 4. 5. junguntur *Mundlute* Phalburgeris, *Goldaſt. R. Sax. fol.* 106. *ſq.*

Mundbarer fleck, ſo keinen vogt gehabt, ſondern immediatè unter K. Maj. geweſen. i. e. qui in mundiburdium ſpeciale Imperatoris receptus. Quod non intelligens, carpit tamen *Schottel. L. II. de L. Germ.* c. 11. p. 327.

Monpar, actor, exactor cenſuum, debitorum, *Zinſshebere*, ſchultforderer jährlicher Monpar gulden: Jus Francof. ad Mœn. P. I. t. 6. §. fi.

Momper, *Mundbar*, ſpeciatim tutor, curator, qui defendit pupillum & minorem, *unmundigen*,

Digitized by Google

qui per ætatem & judicium ſeſe defendere & pro ſe loqui nequit.

Mundeburd, officium *mundbari*. V. Gl. Dufr. M.

Mundualti, Anwalt, Longob.

Plura vid. in *Munt*.

MONDOH, ſo, tantum. Kero.

MONON, *manen*.

Firmonanti, rejiciens: Otfrid. I. 4, 130. vide Lit. F.

MONSOY, acclamatio militaris, è lingua provinciali. Gall. *Mont-joye*, mons gaudii. Fragm. de B. Hiſp. ℣. 2574.

Thiu ſcare rief: Monsoy, Monsoy.

℣. 2593. *Sie riefen andere warf: Monsoy, Monsoy.*

℣. 2937. *Thiu Criſtene ſcare uberal*
Mit michelere frothe hoben ſi:
Monſoy, Monſoy.

It. ℣. 3343. & 4033.

V. Du Fresn. ad Joinvill. Diſſ. XI. p. 208. & in Gloſſ. v. *Monsgaudii*.

[Strickerus de Expedit. Car. Hiſp. c. 6. Sect. II. p. 55. hoc vocabulum ita profert:

Munſgoy! rieffens überal.

Hæc vox erat olim ſymbolum bellicum, nationis Gallicæ, imo & aliarum, ſed additis verbis quibusdam, per quæ diſtinguebantur inter ſe invicem nationes diverſæ. Galli clamare ſolebant. *Mont-joye S. Denis.* Burgundi, *Montjoye S. André.* Angli, *Montjoye noſtre Dame S. George.* Scherz. Not. ad h. l.]

MONTELKORN, v. ſupra *Molzer*.

MOR, porca, ſcropha, Jo. Geiler. Keiſersp. Brösl. f. 28. *Ein mor macht ferlin.* Alias, *Loos*, ſcropha. i. e. fœta, *Gesner. Hiſt. Quadrup. p.* 873. & 907.

MÖREN, diaboli, Hiſt. Lomb. f. m. 41. de publicano quodam immiſericordè: *Do ſah er ſich vor Gerichte ſton und ſah wie das die Mören ſin ſünde ein ſite uf ein woge leitent.*

MOR, *Moer*, *Moor*, cœnum paluſtre, limus, *Moraſt*, lutum, Kilian. it. Palus, *mœren*, paludes, *Morinorum* inde nomen, i. Galli qui ad inferiorem Scaldim ſederunt. *Mœrgraf*, qui paludibus præeſt, *Alting. Infer. Germ. Notit.* V. & *Maorra*.

[*Moraz*, murina. Rhaban. Maur. Gloſſ. apud Diecmannum, qui Spec. Gloſſ. Lat. Theot. p. 144. utrumque hoc vocabulum latinum & Theotiſcum ſequenti erudita commentatione illuſtrat:

„ *Moraz* Gr. ἀερωματεῖον & ἅλμη redditur in Gl. „ L. Gr. Labb. *p.* 117. *d.* Sed prior vox Graeca „ ad *murrinam*, genus factitiae potionis dulcis, „ pertinere videtur, de qua Brodae. 4. *Miſc.* 20. „ *p.* 521. Iun. 6. *Animadv.* 19. *p.* 451. Kipping. 4. „ *Antiq. Rom.* 3. *p.* 604. 605. Poſterior autem hu„ ius loci eſſe poſſet, modo ea non aquam mu„ riaticam, ſed ipſum mare denotari conſtaret, „ vti apud Homerum a quibusdam explicari „ Stephanus *Theſ. Gr. L. I.* 373. refert. Certe in „ Gl. Gr. L. Labb. *p.* 9. *c.* ἅλμη *muria*, *muries*, *mu*„ *rina*, *ſalſedo*, *ſalſilago eſt.* Cum itaque neutra

vox Graeca illam ſignificationem attingat, „ quam Maurus in lingua Theot. *murinae* impo„ ſuit, pro ea *marina* legendum exiſtimauerim, „ vt *terra* ſubaudiatur. Nam *moraz*, nobis ad„ huc *Moraſt*, terra paludoſa eſt, mari vt plu„ rimum finitima, a quo etiam nomen habet. „ Goth. *Mar*, mare; *Myra*, palus, Ver. *I. p.* „ 169. *b.* A. S. *Mere*, mare: *Merſo*, locus palu„ ſtris, *Moor*, vligo, Benſ. Cambrice *Mor*, ma„ re: *Morſa*, palus: *Tramor*, transmarinus, „ Boxhorn. *Lex. Britann. p.* 46. *c.* 58. *a.* Su. & „ Moſcou. *mior*, *moer*, & *mar*, mare notat, Rud„ beck *Atlant. I.* 351. Sax. *Moor*, terra aquoſa, „ vnde ceſpites bituminoſi effodiuntur, qui „ exſiccati lignorum loco nobis in culinis & „ fornacibus ſunt, V. Schook. *de turffis p.* 16. 17. „ Lat. Barb. inde eadem notione *moram*, *morum*, „ *meram*, facientes etiam *moroſum* pro paludoſo „ dixerunt, Dufr. *Gl. Monſ.* 674. Hinc quoque „ cauſam diſcas, cur famoſo ex Britannia hae„ retico, *Pelagio*, nomen *a pelago* haeſerit. Pa„ trium enim illi nomen *Morgan* erat, quod „ Britannis marigenam, ſiue pelago ortum ſigni„ ficat, Vſſer. *Britann. Eccl. antiq. p.* 207. Adde „ Colomeſ. *Oper. p.* 302. 303. qui promiſſas ibi „ de hoc argumento amoebaeas Carletoni & „ Voſſii epiſtolas *ad Gyrald. Oper.* II. 300. *ſſ.* luci „ dedit. Ab eadem voce eſt Sax. *Marſch*, *Marſch„ land*, maritima regio, iuxta mare, vel flumen „ in Oceanum ſe exonerans, ſita, quae aqua„ rum inundationi, obiectis aggeribus, ſub„ ducta, inſigni fertilitate gaudet. Krantzio II. „ *Saxon. 6. p.* 288. *mers* dicitur: *Paluſtria*, inquit, „ *& aquoſa loca Saxones* mers *appellamus.* Scribit „ itaque *Wilſtermers*, *Crempermers*, *Thietmers*: Quae „ nobiles Holſatiae regiones hodie *Wilſtermarſch*, „ *Crempermarſch*, *Ditmarſchen*, vocantur. Quod „ tamen a mari petitum etymum deſerit, no„ ſtrumque *Moor* a Sax. *moer*, & Germ. *mürbe*, „ quod eſt fractus, ex fractione mollis, contu„ ſus, deſcendere vult CL. Eccardus, V. Mi„ ſcell. Lipſ. VIII. 268. Ab hac ipſa voce Bel„ garum extremi *Morinorum* nomen acceperunt, „ V. Buchanan. *L. I. rer. Scot. p.* 10. Nicolaium „ 6. *Miſc.* 21. *p.* 517. 518. Cluver. 2. *Germ. ant.* „ 28. *p.* 439. *ſſ.* quorum hiſtoriam grandi trium „ Tomorum opere, Tornaci 1639. 1647. & „ 1654. 4. impreſſo, Malbrancquius Ieſuita „ texuit, exorſus illam ab anno ante Chriſtum „ natum 309. & ad ſaeculum XIII Chriſtianum „ proſecutus. Fallit enim Tomi III. titulus, qui „ ad A. 1553. productum ſignificat. Inde quo„ que *Armoricae* vrbes Gallis dictae ſunt, quod „ ad *mor*, id eſt, mare ſitae eſſent. V. Alteſer„ ra 3. *Rer. Aquitan.* 7. *p.* 133. 134. Barth. *ad Guil.* „ *Brit. p.* 78. Bochart. *Oper.* I. 1293. Menag. „ *Orig. L. Gall. p.* 48. *b.* 478. *b.* CL. Eccard. *ad* „ *Leg. Salic. p.* 84. „ Hæc Diecmannus.]

Morloken, capilli lutoſi, cœnoſi. Stainhöw. f. 29. *darnach lieſs ſie im ſein ruches houbt von Morloken zerſtrobelt, burſten*, &c.

[MORACH, ſcarauuda, vel cariota. Gloſſ. Monſ. p. 414.]

MOR-

Digitized by Google

MORGEN, *ein ackerlenge*, Gl. J. Feud. Sax. c. XIII. fi. Portio agri continens perticas quadratas centum quinquaginta. V. *Achre.*

MORGEN, MORKEN, mane: Kero. [*morkane*, mane. habet Kero. c. 48.

Notk. Pſ. LVIII. 17. *in morgo freuue ih mih dinero gnado*, exultabo mane miſericordiam tuam.

[*Vruo in moragen*, primo diluculo. Gl. Monſ. p. 342.

Vruoin morgan, primo mane. pag. 396. hodie *früh morgens.*

Morganes, diluculi. p. 344. 348.

Morganliobt, mane. p. 344.

In morgan tho. apud Otfrid. IV. 3, 33. Schilterus vertit. *In craſtinum.* Sed Scherz. in Not. *Poſtridie tum.*

Id. V. 4, 13.

In morgan uuas in uuara
thero Oſtoron fiara.

Mane erat vere
Paſchatis feſtum.

Scherzius *In morgan* reddendum in Notis monet: *Altero die.*]

MORGENGABE, donum matutinale, 2. F. 29. V. Inſtit. Jur. Publ. I. 9, 7. Cujac. 2. F. 9. Vid. ſupra *Gaba.*

[*Morganlob*, matutini. Kero. c. 8. *morganlobo tult*, matutinorum ſolennitas. cap. 13. *pikinnen morkanlob*, incipiant matutinos. c. 11. *in morkanlobun*, in matutinis. c. 12.]

Morgenrede, ſprache, colloquium, conventus matutinus, extra ordinem, ad Königsh. Chron. p. 813. & 869.

Gothis *Maurgins.* Joh. XVIII. 28.

Morgen, cras.

Mornigen, procraſtinare. Keiſersp. Brösl. f. 75. b. *ſtraff der mornigen*, punibilitas procraſtinandi.

Morgenſtern, genus armorum, inventum an. 1547. Hortled. L. III. de B. G. c. 57, 20.

MORNEN, *Murnen*, lugere, dolere. *Morneute*, lugentes. Otfrid. I. 18, 65.

Nu birun uuir mornente,
mit ſeru biar in lante.

Nunc ſumus nos lugentes
cum dolore hic in terra.

Id. I. 4, 165. de Zacharia Sacerdote:

Thera ſprach mornenti,
thes uuanes uuas ſih freuuenti.

Ob loquelam (perditam) dolens,
ob ſpem erat lætans.

Adde III. 14, 120. c. 20, 230.

[*Foramundun mornun ganeizzte*, advocati mœrore interfecti. Gloſſ. Monſ. p. 405.

Tatian. de Chriſto in horto oliveti. c. 180, 4. *Bigonda ſih truoben, inti mornenti uueſan:* cœpit contriſtari & mœſtum eſſe.

In Gloſſar. Boxhorn. eſt primitivum *morna*, mœſtitia. A. Sax. *murnan* eſt lugere, *murnunge*, luctus. apud Benſon. in Vocab. Angli hodienum *to mourn* lugere, *mourning* luctus, *mournfull* lugubris dicunt. Eodem forte pertinet Germanorum *murren*, fremere, ægritudinem animi muſſitando declarare. Palthen. Not. ad Tat. p. 389.]

Jus Argent. tit. von der E. *Wer ſih morne aztut*, qui conqueſtus fuerit.

Hinc MURBACH, monaſterium Alſatiæ, in Chron. Ebersheim. M. interpretatur *Peregrinantium vivarium.* i. rivus refocillans lugentes & pœnitentes. *Obrecht. Prodrom. pag.* 217.

Copia Dotationis Eberhardi Ducis & Lutphridi pro Monaſterio Maurobacci hodie Murbach.

Ex Copia ad originale facta ſed non adeo correcta.

QUantum intellectus ſenſusque humanus mente poteſt ſagaci penſare atque ſolerti indagatione perpendere, nihil amplius videlicet in hujus ſeculi luce de gaudiis fugitivis lucrare, quam quæ de rebus ſuis, locis venerabilibus in alimoniis pauperum curet impendere, quatenus frigiditatem noſtram, quam omnes generaliter patiantur priusquam ſubitanea transpoſitio eveniat, oportet pro ſalute anime cogitare, ut non inveniat quemquam imparatum, & ſine aliquo reſpectu diſcedat à ſeculo, quia potius dum proprio libertatis jure conſiſtit ex caducis ſubſtantiis in eterna Tabernacula, Vitam querat intrare eternam, ut inter juſtorum conſortium deſiderabilem valeat adipiſci locum, & retributorem ſibi preparet Dominum, ac de fructu Paradiſi mereatur indeficiente foveri, cujus de vivo fonte perfecta fide poſcenti, nec ſubtrahetur poculum, nec minuetur alveus, ſed potius quisquis hauſerit irrigatur dulcedine celitus, atque ſuauis ei flagrat odor Balſami Paradiſi.

Ergo ego in Dei nomine Eberhardus filius Adalberti

quondam Ducis, etſi Viliſſimus Chriſti famulus, dum nemo habetur incognitum, qualiter ante hos annos una cum conſenſu Pontificum ſacerdotum & Germano meo Leutofreudo Duce & Conjuge mea Emeltrude in *re mea propria* in loco qui dicitur *Maurobaccus*, qui nunc vocatur *Viuarius Peregrinorum* in Pago Alſaſenſi in honore Sancti Petri Principis Apoſtolorum, &

Digitized by Google

ſanctæ Dei genitricis Mariæ cæterorumque ſanctorum a novo meo opere igitur mihi vires Deus dedit edificavi, & illis diebus, juxta quod in illo priore teſtamento continetur, de rebus meis aliquid ditavi, nunc autem ſalvator & Redemptor humani generis qui omnes vult ſalvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, non meis meritis exigentibus, ſed pro clementia ſua me in corpore viſitare dignatus eſt, & fallax temporaleque Lumen ſubtraxit ut ad verum, quod ipſe eſt, me etſi indignum perduceret lumen, etiam ſua providentia quamvis me optante in proprio corpore legitimum heredem, qui mihi ſucceſſor exiſteret ſimiliter ſubtraxit. Propterea conſiderans, qua gravor ſarcina peccatorum & reminiſcens bonitatis Dei dicentis: Date eleemoſynam & omnia munda ſunt vobis. De tanta igitur miſeratione & pietate Domini Confiſus, nullum meliorem heredem, quam Eccleſiam Chriſti, & qui propter nomen ipſius militant, vel pauperes fieri decreverunt habere me judicavi. Idcirco ad Monaſterium ſupra memoratum Maurobaccus ſive *Vivarius Peregrinorum*, ubi Venerabilis Vir Romanus Abbas cum *peregrinis Monachis ſuis* in ſervitio DEI conſiſtere videtur Donamus a die preſente donatumque in perpetuum eſſe volumus in *Ducatu Alſacenſi* ſeu in *Pago Troningorum* & in *Pago Alſegangenſi* loca indominicata nuncupantes Heimmone veiller, Chinzicha, Gildoulffo viller, Chütilingas, Deo-Selheim ſeu ad Strazburgam illam viam Hyppenerheim, Hitterheim, Sclatſtat, Perehheim, Wuhereswiller, Otaleswiler, Loffschia, Varanangus, qui dicitur Vilare, Eberharde Lilenſelida Hirzfeld, Flabotesheim, Leimone, Datira cum Baſilica, ubi S. Deſiderius in corpore quieſcit vel quod ad ipſam Eccleſiam adſpicere videtur ſeu quidquid in ipſo fine Dadarinſe & infra preceptum Walaho continetur quem nos de animo, ſeu conſortes ipſius vel de quibuscunque hominibus per venditionis titulum dato pretio comparavimus, vel ad ipſam villam adſpicere videntur, nec non & pereprangiis Baltowiler Wattonewiler cum Baſilicis ad ipſa loca adſpicientibus, vel quicquid ad ipſas Baſilicas adſpicere videtur, iſta omnia cum ceteris domibus edificiis mancipiis, Miniſterialibus, libertis ac atolabis fatinariis, vineis, ſilvis, campis, pratis, paſcuis, aquis aquarumque curſibus adjunctis adjacentiis, appendiciis, peculium utriusque ſexus mobilibus & immobilibus quicquid in jam dicta loca ex ſucceſſione parentum meorum mihi legibus obuenit, vel in parte contra Germanum meum Leudofrendum recepi, vel poſtea per quodlibet attractum Deo auxiliante augmentaui, ut dixi, quantum in ipſa loca vel appenditiis ad preſens poſſideo, totum & ad integrum ad jam dictum Monaſterium in alimoniis vel ſubſtantiam Monachorum ibidem habitantium, ſeu ſucceſſorum eorum vel ſuſceptione pauperum Chriſto auxiliante a Die preſenti dono atque transfundo & de jure meo in jure & Dominium commune ipſius Monaſterii vel Rectorum ipſius trado perpetualiter ad poſſidendum, ſimiliter infra ipſum Ducatum vel ſupra memoratos pagos excepto quod ad alias Caſas Dei cum Subſcriptione manu propria per donationes noſtros delegavimus, & quod adhuc ad ipſam vel ad alios Caſas Dei, vel quod Deo ſacrate relicte noſtre Hemeltrude per donationem firmamus vel in quatuor loca his nominibus Maurowiler cum appenditiis ſuis in Luterbach, quod a Malo in beneficiatum habuimus ſeu quod ſervus noſter Bertoinus per beneficium noſtrum viſus eſt habere, hoc eſt in figo Delomonte & in Althaim, ſeu quod Haimerico in Hilonewiler beneficiatum habui, vel de Mancipio noſtro Scopulicolas, quos ingenitio noſtro habuimus plus minus numero 40. In reliquo vero quod ſupereſt ubicunque intra ipſos pagos noſtra eſt poſſeſſio, vel ad Vaſſos noſtros beneficiatum habuimus, ſicut illa loca ſuperius nominata a die preſente cum ceteris Domibus edificiis, Mancipiis, Miniſterialibus, libertis, atolabis, vineis ſylvis, Campis pratis paſcuis, aquis aquarumque decurſibus adjunctis adjacentiis, appendentiis, peculium utriusque ſexus mobilibus & immobilibus, ut diximus, quidquid ex ſucceſſione parentum meorum legibus mihi obvenit, vel in parte contra germanum meum Leutfredum recepi & ex quolibet attractu Deo auxiliante adquiſivi principaliter de jure meo in jure & Dominium Commune jam dicti Monaſterii vel Rectores ipſius omnia & in omnibus, niſi quod ſuperius exceptavimus totum & ad integrum trado atque transfundo ad poſſidendum, ut ab hac die ſupra memorata

Digitized by Google

pars Monaſterii vel Rectores ipſius ſeu ſucceſſores eorum habendi, tenendi, poſſidendi, vel quicquid de predictis rebus pro opportunitate ipſius Monaſterii facere decreverint, liberum in omnibus patiantur arbitrium. Preſentem vero donationem nequaquam vilite geſtis municipalibus alligare curavimus, & omnino decernimus, ne alioquin in eam ob hunc caſum quisquam valeat repetere. Quod ſi aliqua inſtrumenta de ipſis villis vel etiam alias res de nomine noſtro in adverſitatem predicti Monaſterii quolibet ordine comprehenſas aut anterius poſteriusve pronotatas, excepto quod ſeperius exeptatum eſſe diximus vel per ſubſcriptionem manus mee proprie ad Caſas Dei ante delegavi forte & ſive vel L. ad preſens ſimiliter facio, quod nos extra jam dictas nec fecimus, nec facere rogavimus à quocunque preter iſtum, quem firmiſſimum volumus eſſe, quolibet tempore fuerint oſtenſa nullum ſortiantur effectum, ac vacua & inanes apareant, auctorem vero criminis atque folſarium nec inultum ſuo tempore patiatur judiciaria ſevera poteſtas. Si quis vero, quod futurum eſſe non credimus, ſi ergo ipſe, aut aliquis heredum aut proheredum meorum, aut ulla oppoſita perſona, vel etiam quis libet homo preſentem paginam, vel que acta mea, que Ego devoto animo pro eterna retributione feci & firmare rogaſt infligere conaverit vel tentare aut minuere preſumpſerit, is primitus iram omnipotentis Dei & omnium ſanctorum vel angelorum ejus offenſionem ſed & cuncte Eccleſie Catholice excommunicationem & ab omni populo Chriſtiano ſe extraneum & penam illam quam Dathan & Abiron aperta terra deglutivit viventesque eos infernus abſorbuit vel damnationem, quam Judas Iſcariothis, qui Xpm tradidit, & ſuſpenſus crepuit medius, ſic diffiſa viſcera ejus igne eterno perennitus intereant, vel ſodomorum interitu, qui ſolphureo igne flammante conſumpti ſunt, & diem judicii experiendum, damnandorum que omnium iniquorum conſummandum ſe exhorreſcat. Et itaque ſi Deum timere noluerint judicantes Principibus, cum..... auri .... libras Centum, argenti talentas centum ſimiliter coactos exolvat, & quod repetit non vindicet, & hec facta mea omni tempore firma & inviolata permaneant cum

ſtipulatione ſubnixa. Actum Habendo Caſtro ſive Romascomonte Monoſterio publice Anno octavo Regnante Domino noſtro Theorico Rege.

Annus octavus Regni Theodorici eſt. an. C. 727.

In nomine DEI ſummi & Salvatoris N. J. C.

LVDOVICUS divinâ repropitiante clementia Imp. Aug. Quia noſtrum eſt cuncta loca regni noſtri ad laudem & ad gloriam DEI conſtructa defendere, & ſtabilire, & in tranquilitatem pacis reſtituere, Præcipimus, ut Abbatiam in parte Voſagi à quondam Principe nobili Viro Maſone, unde etiam nomen traxit, quæ vocatur Vallis Maſonis, fratre videlicet Ducis Ludfridi Adelberti & Eberhardi, qui Morbach conſtruxit in honore pretioſi Martiris atque pontificis Leudegarii fundatam nulla deinceps hominum perſona preſumat deſtruere, vel inquietare neque ulla freda haribanna opera reviſoria, ſtipendia, ſive aliquas exactiones de familia, vel de poſſeſſionibus ejusdem Eccleſiæ indeficientis requirat, vel extorqueat, neque aliquid ex omnibus illis, quæ prefato loco donata ſunt, vel donanda erant, audeat aufferre vel diminuere, ſed omnia libere & inconcuſſè ibidem DEO famulantibus in perpetuum deſerviant: ſiquis autem de bonis Eccleſiæ ejusdem ſibi quicquam velit attrahere, falſa cauſarum affirmatione omnino non liceat, niſi in preſentia Primatum Regni, ne locus falſâ occaſione deprimatur, advocatus verò, quos neſcimus, quales futuri ſint, ex parte DEI & noſtra imperamus, & nullos ſubadvocatos, Exactores, nullosque legatos in eodem loco, vel in cunctis appenditiis ejus ponant, vel habeant, ſed ipſe advocatus, cui nos vel ſucceſſores noſtri bannum ſuper Abbatiam eandem dabimus, illius Eccleſiæ locis benignè provideat, & ſemel in anno puplicum placitum apud villam quæ vocatur Gowenheim ubi ſedes eſt judiciaria totius Abbatiæ, teneat, cum illis tamen, qui quod juſtum eſt, ſervant & diligant, Et ibi omnibus injuriam paſſis ſecundum idoneos ejusdem populi judices cæterorumque conſenſum juſtitiam faciat, nec aliquis de tota familia dives ſeu pau-

Digitized by Google

per terra ſua & jure ſuo privetur, niſi in prædicto loco communi cunctorum ſapientum judicio. Et in ipſa die puplici placiti Abbatiſſa, Advocato & ſuis ſervitium honeſtè exhibeat, & det: ad ipſum quidem locum, ubi congregatio eſt propter inquietationem devitandam cauſa placitandi non veniat, niſi per Abbatiſſam vocetur, & quidquid vel ubicunque ipſe advocatus in Abbatia placitando acquiſierit, abbatiſſa duas partes accipiat, ille tertiam. Clerici verò & illi laici, qui genere & morum honeſtate familiæ præſunt, & Eccleſiæ præſunt ad nullum ſervitium ſervile cogantur, vel in corpore vel in rebus eorum, ſed abbatiſſæ fideliter ac devotè famulentur quos & ipſa non ut ſervos, ſed ut mater filios tractare debet, ut autem ſucceſſores noſtri Reges vel Imperatores curam ejusdem Eccleſiæ habeant conſtituimus, ut quotiescunque Rex vel Imp. Romanus Baſileam veniat, quælibet Hoba vel Manſus ad ſervitium ejus duodecim nummos perſolvat; quæcunque ergo potens perſona, advocatus, ſive alius quisque hæc decreta noſtra infregerit, ira DEI, & omnium Sanctorum & tremendi judicii, & noſtra contremiſcat, Et aut fines regni exeat, aut XXX. libras auri optimi ad fiſcum Regis, reſtituto prius Eccleſiæ damno, perſolvat: hæc autem ſunt nomina villarum & locorum, in quibus præfata Eccleſia habet proprietates, & poſſeſſiones extra vallem, quæ vallis tenens bannum & munia protenditur à Gouuenheim usque ad ſummitatem montis Grazonis, Brunnhobetum, Giletuillre, domna Maria, Suerza, Benſingum Rotbach Balderichesdorff, Spechbach, Rollingum Morſchuillere, Zullenesheim, Vrſpach, Stennenbrunnum, Bouchbach, Richenesheim, Mulenhuſum, Eniſigesheim, Vffholz, Herlichesheim, Ongresheim, Sigoltzheim, Lagenheim, Sigenesheim. Symeon Diaconus ad vicem Frideguſi Archicancellarii recognovi data XI. Kal. Julias anno Chriſto propotio X. Imperii Domini Ludovici piiſſimi Auguſti, Indictione I. actum Franconofurt palatio fœliciter Amen.

LUtholdus DEI gratia Epiſcopus Baſeelenſis vniuerſis Chriſti fidelibus preſentes litteras intuentibus notitiam rei geſtæ litigantibus coram nobis iudicio preſidentibus venerabili Dominâ Mechtilde abbatiſſa Maſonis vallis ex parte una & nobili Viro Alberto de phereto eiusdem loci advocato ex altera ſuper diverſis damnis & iniuriis ipſi abbatiſſæ & Eccleſiæ ſuæ ab eodem illatis. abbatiſſa quoddam in medium protulit inſtrumentum cujus tenor talis eſt: *Lutoldus Dei gratia* Baſileenſis Epiſcopus Vniverſis Chriſti fidelibus preſens ſcriptum inſpecturis notitiam Subſcriptorum Cum inter uenerabilem Dominam Mechtildem Abbatiſſam Vallis Maſſonis & Eccleſiam ſuam ex parte una & nobilem Virum Albertum pheretenſem aduocatum ibidem ex altera diſſenſio uerteretur partibus coram nobis conſtitutis recognouit idem Albertus duas partes omnium emendarum & vtilitatum ex iudicio & iuſtitia in eiusdem loci diſtrictu prouenientium ad ipſam abbatiſſam & Eccleſiam ſuam ſaluâ ſibi tantum tertiâ libere pertinere Recognouit etiam quod omnes officiales ipſius Eccleſie debent eſſe immunes à qualibet exactione & ſeruitio aduocato aut Epiſcopo exhibendis & quod nulla exactio debet fieri ab Epiſcopo & aduocato in eodem loco niſi prius ab abbatiſſâ petita licentia quam ipſa nec debebit nec poterit denegare & cuiuslibet exactionis decima pars de Jure ſpectat ad abbatiſſam & eam percipere debet antequam inter Epiſcopum & aduocatum reſiduum diuidatur Recognouit etiam quod Abbatiſſa in homines qui dicuntur hubary Eccleſiæ liberam habet poteſtatem faciendi exactiones tamen competenter moderandas & quod ipſe ſingulis annis ſemel in villa gewenheim generale placitum debet celebrare ut ibidem tam jura Eccleſie quam Epiſcopi & aduocati coram eo publice ab hominibus recitentur & hæc omnia promiſit bonnâ fide abbatiſſæ & Eccleſiæ donec aduocati fungetur officio ibidem ſe inuiolabiliter ſeruaturum & in premiſſorum memoriam preſentem paginam ad petitionem partis vtriusque conſcriptam tam meo quam Domini Bertholdi Pheretenſis Canonici noſtri ſigillis fecimus communiri. teſtes huius rei ſunt henricus Prepoſitus, Wilhelmus Decanus Hugo Cantor Conradus Camerarius Henricus ſecundus Camerarius Joannes de Batolstorff Lutoldus Vlricus de Baden Canonicus Baſileenſis Magiſter Conradus Scholaſticus Argentinenſis Burckardus Capellanus Arnoldus plebanus de Blezheim, Hugo monachus Petrus

Digitized by Google

trus aduocatus, Otto Scalcitus. frater ſuus, Petrus Marſchalius Albertus de Argantina Henricus Pincerna Chraſto Joannes der Chindoy, Rudolphus de Rheno milites & alii quam plures Clerici & Laici, actum Baſilee Anno Domini milleſimo ducenteſimo quadrageſimo primo octauo Kalend. Septembris prolato vero inſtrumento publice perlecto & expoſito tandem poſt multas altercationes Albertus iuramento corporaliter preſtito promitit quod abbatiſſe deinceps omnia Jura ſeu conſuetudines in eodem inſtrumento contentas inuiolabiliter obſeruabit & ſi caſu ſcienter uel ignoranter contra aliquem uel aliquos de articulis in eodem contentis uenire preſumpſerit ſi communitus infra quatuor ſeptimanas poſt commonitionem proximas Abbatiſſæ non ſatisfecerit à nobis uel ſucceſſoribus ſeu Judicibus noſtris nulla alia admonitione uel citatione premiſſa ex tunc præter perjurii reatum excommunicabitur Et omnis diſtrictus ejus Eccleſiaſtico ſupponetur interdicto & ad quemcunque locum declinauerit ſeu uenerit ea die ſiue diebus quibus ibi fuerit ceſſabitur a diuinis preſertim cum Idem ſeipſum obligauerit ad has pœnas, preſentes autem litteras de Conſenſu partium conſcriptas, pro eo quod ipſe Albertus confeſſus eſt in Jure ſigillum proprium ſe non habere nos ad robur & memoriam promiſſorum & ad petitionem ipſius noſtro Capituli noſtri nec non Bertholdi grand Wallenſii Eccle propoſiti ſigillii fecimus communiri, teſtes hujus rei ſunt Henricus Propoſitus Wilhelmus Decanus Hugo Cantor Bertoldus grand Wallenſis Eccleſie Canonicus Prepoſitus Lotholdus Joannes de Ratoltstorff Canonici Baſilienſis Magiſter Exkirfridus Henricii plebanus de Mulhuſen Henricus plebanus de Gowenheim Arnoldus plebanus de Blozheim Conradus de Rottelen Petrus aduocatus Baſileenſis dictus Scalarius Hugo monachus Henricus de Valle Mazonis Albertus de Argentina Henricus Pincerna Petrus Marſchalcus Joannes der Chindoy Hugo de Ildetha Chraſto de Guebweiller & alii quam plures Clerici & Milites Actum Baſileæ Anno Domini Milleſimo ducentiſſimo quadragaſimo quarto decimo tertio Kalend. Maji Signé Et ſellé.

Collationné ſur ſon original eſtant en parchemin & fait rendu par le Notaire Royale au Conſ. ſouuerain d'Alſace ſoubſigné le quinze Septembr. mil ſix cens quatreuingt Vn.

Rogier Notaire Royal avec un Cachet en cire Rouge.

[MORPELI, moros. Gloſſ. Monſ. p. 343.
MORSALI, mortariolum. p. 321.
Morſara, mortariola. p. 338. hodie *Mörſer.*]

MORD, MORT, MORDRUM, cædes, Otfrid. I. 20, 48. de infanticidio Bethlehemitico:

Iz ni habent livola,
nob iz ni leſent ſcribara;
Thaz jungera uuorolti
ſulih mord uuurti.

Nec habent id libri,
nec legunt ſcriptores (Hiſtorici)
Quod juvenis orbis
talem necem expertus.

[Scherz. in Not. duos poſteriores verſus ita vertit:

Quod junioribus (i.e. hanc cædem ſequentibus) ſeculis
ſimilis cædes contigerit.]

Regino de Diſcipl. Eccl. II. c. 5. §. 6. unde ejiciendæ & emendandæ voces *Mortridum, Morchidum*, V. St. Baluz. ad Regin. p. 586.

Lex Lomb. Lib. I. t. 9, 15. t. 36. c. 1. Lex Aleman. c. 49. & c. 76. *Siquis fecerit morttotun.* ubi Gl. i. *mort.* Hodie *Mordthat.*

Murdrum, Regiam Majeſt. Lib. IV. c. 5, 3. quod nullo vidente vel ſciente clàm perpetratur. Sic & *Murtre* in teſtamento Philippi Auguſti R. Franciæ an. 1190. differt à ſimplici homicidio, apud Dn. Leibniz. J. G. Diplom. p. 3. *meuchelmord.* V. & Königsh. Chron. cap. 5. §. 111.

[Hinc *farmurdren*, quod vide ſupra lit. F.]
Gothis *Maurthr*, Marc. XV. 7.
ASax. *Morthor.*

MOSEN, maculæ, *Flecken*, *Maſern.* Geiler. Narrenſchif. fol. 10. & paſſim.

MOSEN, *mauſen*, *rauben.*

Moſedo, *Mosdo*, exſpoliatio, L. Salic. t. 17. c. 1. ſqq. XX. ſi. XXXVIII. 5, 6. LVIII.

MOSER, *möchten, muſten, betten mögen.* Fragm. de B. H. ℣. 2093.

Thie uogele under theme himele
Moſer tot nither uallen
von theme unmaren ſcalle.

MOT, proſtibulum, *Motkaſſe*, lupanar, Kilianus. Fr. Jun. ad Willeram. p. 202. Chron. Sax. vet. f. 1008.

MOT, animus. vide *Muat.*

[*Mot*, i. e. ſermo, proverbium, colloquium. *Folkmot*, populi conventus ſ. placitum. LL. Alvredi R. c. 42. *Mot* Gallis, Hiſpan. Diction. *palabro vocablo*, à Græco μῦθος quod etiam ſignificat ſeditionem. Reineſ. Vocab. Theot. MSC.

MOUR-

MOURPAUM, caprificus. Gloss. Monf. p. 319.

MOULO, viſcerum, carnium, internorum. p. 363.]

MOYE, v. moie.

MUAD, laſſitudo.

Muad, quies, tranquillitas, quam laſſi deſiderant. Otfrid. I. 20, 57. de matribus infantum ab Herode interfectorum: *Muad ſie thar nie woltun.* i. e. ſie wolten ſich nicht zu frieden geben, noch tröſten laſſen.

[*Muad* in nullo Codice MSCto h. l. reperitur, ſed ejus loco *Quad*, ut Scherz. in Notis obſervat.]

MUADER, MUADE, müde, laſſus, Otfrid. II. 14, 13.

de Chriſto:

Tho giſaz er muader.
Tunc conſedit fatigatus.

Muadee, laſſeſcat: Kero. c. 7. *Ih muota mih ruofendo*, laboravi clamans. Notk. Pſalm. LXVIII. 4. *Harte mote in ther ſweiz*, Fragm. de B. H. ℣. 1111. & 1638. [*Muot*, cruciat, *macht mir vil müde, verdruſs.* Scherz. Not. ad h. l.]

Muotbe, fatigatus, Willeram. in C. Cant. p. 51. 132. 103. [In noſt. ed. p. 22. legitur *muode.* p. 57. *muodeſt.* p. 45. *muodeta.*]

Muadax muat pibebit ſlaf: feſſam mentem detinet ſopor, Hymn. XV. Fr. Jun.

Möbten quieſcere, Fragm. de B. H. ℣. 1294. *mobte möten von grozen arbeiten.* 2773. *Begonde muobten.*

Immuodende, infatigabiliter, Notk. Pſalm. XVII. 35. [hodie *unermüdet.*]

Ze MUASE, ad menſas: Kero. c. 63. *Zi muaſe giſaz*, accubuit, zu tiſche ſaz, Otfrid. IV. 9, 34. V. *Mias.* & mox *Muaſes.*

MUAS, MUAZ, MUOS, cibus, eſca. Kero: *Muaz*, pulmentarium, c. 39. *muaſo*, ciborum. c. 49. *muaſes* cibi, c. 24. *fona muaſe*, de cibo. cap. 49. Otfrid. I. 24, 13.

So uuer ſo oub muas eigi,
gebe themo ni eigi.
Quicunque etiam eſcas habet,
det ei qui non habet.

Id. IV. 2, 14. de diſcipulis ultimam cœnam juſſu Chriſti parantibus:

Tho z'emo abande ſar
garetun ſie ſin muas thar.
Tunc ad veſperam illico
paraverunt ejus cœnam ibi.

Cap. 10, 5.

Thes muaſes gerota ih bithiu,
thaz ih iz azi mit iu.
Hunc cibum deſideravi propterea,
ut comederem eum vobiſcum.

Cap. 11, 21.

Er ſtuant ir themo muaſe
tho zi themo abande.

Surgebat à cœna
tunc veſperi.

Muos, eſca, cibi, Gl. Lipſ. qui adjicit: *Nos pro olere.* Somnerus: *Huic, ſono ſaltem, affine, Sax. myſe, & meſe, pro menſa: üs etiam mete pro cibo: nobis hodie meſſe pro ferculo.* Sic nos hodie *Tiſch & Koſt* communtantur, *bey einem in die koſt oder zu tiſch geben.*

[Tatian. c. 13, 11. de Johanne Bapt. *Sin muos uuas heuuiskrekio*, eſca ejus erat locuſtæ.

In Gloſſis Boxh. occurrit, *muas*, alimonia. Germani in ſenſu ſpeciali eam vocem retinent, pro legumine, aut pulmento, ciboque adeo ſecundario quocunque, ein *mues, ein gemüſe, zugemüſe.* Palthen. Not. ad Tat. p. 329.]

Abantmuaſe. vide *Abant.*

Dagamuaſe, prandium, Otfrid. II. 14, 192.

Iman thes bathun thar,
thie jungoron then meiſtar,
Thaz er thar giſazi
zi dagamuaſe, inti azi.

Interea rogabant tunc
diſcipuli magiſtrum,
Ut iſthuc ſederet
ad prandium & ederet.

Adde. V. 13, 66. conf. *Imbis.*

Mustheil, penus, cibaria domeſtica, J. Sax. ad viduam nobilem pertinentia.

MUAT, mens. *Muatu*, animos: Kero. c. 2. [*Muat*, mentem. Idem Kero. Prol. pag. 16. *muate ſinemu*, animo ſuo. c. 7. *ebanemu muate*, æquo animo. c. 31. *in muatum*, in mentibus, c. 2. *mit cuatu muatu*, bono animo: *mit ubilo muatu*, malo animo. c. 5.] Generis neutr. *thaz muat*, Otfrid. III. 20, 147. III. 1, 63.

Gloſſ. Lipſ. *muodis, mentis:* qui addit. *nos Moet.*

[*Muoth*, anima. Gloſſ. Monſ. p. 329.

Muota, animas. p. 365.

Klauu moto, ſuſpecto animo. p. 404.

Moto varfallanemo, mente conſternata. Rhaban. Maur Gloſſar. *der muth verfallen. Mot*, Sax. *Moot*, Germ. *Muth*, animus. Diecmann. Spec. Gloſſ. Lat. Theot. p. 87. ſeq.]

Muat, voluntas. Otfrid. II. 2, 58.

Verba Joh. I. 13. ita transfert:

Ni quamun ſie fon bluate
noh fon fleiſclichemo muate
Non venerunt ex ſanguine
nec ex carnali voluntate.

Adde IV. 4, 106.

Spiritus, Otfrid. II. 16, 2.

Salig birut ir arme
in thiu iu thaz muat iz uuolle.
Beati eſtis vos pauperes
quatenus vobis ſpiritus hoc vult.

[*Mu-*

Digitized by Google

MUA.

[*Muoth*, ſpiritum. Gloſſ. Monſ. p. 351. *Muotes*, ſpiritus. p. 339. 353.]
Conſcientia, Otfrid. III. 20, 147.

Gibeizit mir thaz minaz muat,
thaz er iſt foraſago guat.
Jubet me hoc mea conſcientia,
quod ipſe eſt Propheta bonus.

Muat, mens, differt ab anima: Notk. Pſal. XLII. 5. ad animam ſuam loquitur David: quare triſtis es, *ſid Gotes pilde dir ana iſt, ih meino uuisse unde fermuneſt, diu oub muot, mens, gebeizzen ſint*, i. e. poſtquam Dei imago in te eſt, intelligo rationem & intellectum, quæ etiam mens appellantur.

Intduat ſih ther muat, aperit ſe animus, Otfrid. III. 18, 11.

Muotfich. vide *Siech.*

Muat, Adj. mutig, alacris, animoſus. Otfrid. I. 1, 145. de Francis:

Si ſint faſt muate,
zi managemo guate.
Sunt valde alacres,
ad bonum varii generis.

Conf. eund. ad Ludov. R. v. 91. & L. II. 10. ult.

Faſtmuate, firmi animi vir, Otfrid. IV. 29, 9. de vere credentibus.

Sie ſint alang io zi guate,
iob harto faſtmuate.
Sie ſint al einmuate
zi allemo anaguate.
Hi ſunt integri ad bonum,
& valde firmi animi.
Sunt omnes unanimes
ad quævis optima.

Ungimuati, Otfrid. I. 8, 21.

Jo uuas imo ungimuati
thuruh ſino guati.
Eratque ipſi (Joſepho) moleſtia
propter ejus bonitatem.

[Quid ſi redderem. *Joſeph war unmuthig*, h. e. triſtis.]

Muatdati, animoſum facinus, Otfrid. IV. 12, 91. de Juda Iſcariota:

Ni uuas thar, ther firſtuanti
uuaz er mit thiu meinti,
Oub thia muatdati,
thebeino mezzo irknati.
Non erat hic qui intellexiſſet,
quid ipſe per hoc ſignificaret,
Aut qui hoc animoſum facinus
ullo modo percepiſſet.

Muatuuillon, voluntas, in bonam partem. Otfrid. IV. 1, 80. ad Chriſtum:

Ih biar giſcribe follon,
then thinan muatuuillon.
Hic ſcribo ego plenarie
animi tui voluntatem.

MUA.

Idem I. 22, 32. II. 12, 82. III. 13, 5. cap. 18, 84.
In malam partem, Otfrid. V. 19, 12. de judicio extremo:

Quement thara oub thanne
thie uuenegun alle,
Thie biar gidatun follon
then iro muatuuillon.
Venient eo etiam tunc
miſeri omnes,
Qui hic fecerunt plene,
ſui animi libidinem.

Gimuato, bene animatus, gratioſus, clemens. Otfrid. ad Salomon. Epiſc. pr. I. 25, 31. & ult. c. 15, 23. V. 24, 103.
Animoſus, Otfrid. I. 11, 95.

Nob man io ſo gimuati,
ther erzelle ira guati.
Nec quisquam eſt tam animoſus,
qui enarret ejus (Mariæ) gratiam.

Gimuato, conſtanter, animoſe, Otfrid. V. 8, 31. III. 24, 69.
N'iſt mir iz gimuati, non eſt mihi in animo, Otfrid. IV. 11, 46. vide ſupra lit. G.
Zimuate, Otfrid. IV. 5, 117.

Thar duent ſe uns io zi muate
ſitu filu guate.
Hic revocant nobis etiam in mentem
mores multum bonos.

Mammunti gimuati, humanitas gratioſa, Otfr. I. 25. fi.
In muat lazen, Otfrid. II. 19. pen.

Sie lazent in io then in muat
ſo uuer ſo in liobes filu duat.
Sinunt ſibi hunc in animum,
quicunque iis cari multum facit.

In muat quam, Otfrid. III. 24, 85. in mentem venit.
Aramuati, V. A.
Heizmuati, iracundia, Otfrid. I. 20, 4. Gloſſæ Lipſii: *Heimodi, & heitmodi, furor.* ubi Somnerus: *Quod quis, tanquam impos animi, furore actus, facit, in the hotmood factum dicimus, uti etiam in the mad mood: hot autem, ut ſupra in batongon, à Sax. Hat veniens, ferventem ſignat; moode, Sax. mode, Teut. moed, mentem, animum. Fuor autem Sax. Hat. heortnyſſe, quaſi cordis fervor: animoſitas, modmeſſe.* v. *Hatongon.* & *Heiz.*
Mezmuati, humilis. Notk. Pſalm. XXIX. 9.
Otmuati, humilitas. Otfrid. IV. 11, 36.

Thiu ſin boha guati
lerte ſie otmuati.
Hæc ejus ſumma bonitas
docebat eos humilitatem.

vide inf. *Od.*
Ubarmuati, Otfrid. II. 3, 96.

Fon herzen iz io intfuarti,
thiu unſer ubarmuati.

Digitized by Google

MUA.

De cordibus id eduxit
noſtram ferocitatem. (incredulitatem.)

Ubermuatoſen, Notk. Pſalm. X. 2. *Unz der argo ſo ubermuoteſot* : dum ſuperbit impius. Pſal. LIV. 13. *Der mih bazzet ſprache der fone mir ubermuetelicho*: is qui oderat, ſuper me magna locutus fuiſſet. conf. inf. Lit. U.

Widermuati, adverſitas, injuriæ, Otfrid. II. 16, 60.

Salig thie in noti
thultent arabeiti,
Then man b'iro guati,
duit ofto uuidarmuati.

Beati qui ſollicite
tolerant perſecutionem,
Quibus pro ipſorum beneficiis
fiunt ſæpe moleſtiæ.

Adde V. 7, 52. c. 23, 283.

Notk. Pſalm. XIX. 4. *Gehubtig tue es unſih allero uuidermuote;* memores faciat nos omnium injuriarum. Pſal. LIV. 17. *Uzzer dien uuidermuoten.* vide inf. Lit. W.

MUATER, mater: *dera muater chrefteo*, matris virtutum. Kero. c. 64.

MUAZ. vide inf. *Muſs.*

MUAZE, vacantia, ſpatium, *Friſt*, *Muſſe*, hodie: otium. Otfrid. III. 25, 23. Pontifices & Phariſæi de Chriſto:

Irgeit iz zi anguſti
oba mes duen thie friſti,
Thaz er in themo muaze,
then liutin ſih giſuaze.
Progredietur res ad anguſtias (incitas)
ſi nos concedimus tempus,
Ut in tali ſpatio,
hominibus ſe inſinuet.

Muazzo, *Muazzot*, vacat. Prol. p. 15. *Muazzoen*, vacent: c. 48. vacant. c. eod. Kero. Gl. Fr. Jun.

Muazzotirot, vacat, eædem.

[*Muozu*, otii. Gloſſ. Monſ. p. 341.

Muoza, licentiam. p. 360.

Muozigi, vacuitatis. p. 357.

Muozigero ſlaffi, lenti torporis. p. 385.]

Ih hauo mih gemuozegat uuereldlichero ſorgan, [n. ed. *Ih habo mich gemuozeget.*] cœpi vacare à terreris curis, Willeram. ad C. Cant. p. 90. n. 38. ubi malè Annotator dubitat: *An à verbo mæzzigen, moderari; an verò hinc verbum mœtſen abſcindere, amputare, ſecare, quod Ital. mozzare, dicitur?* Eſt enim verbum radicale, *muozen*, vacare. Idem Willeram. p. 166. [n. 69. *Darzuo ne mag ich mich gemuozegan*,] *harzuo ne magh ich mich gemuozegan:* non poſſum huic rei vacare, nolo hoc aggredi.

Unmuazza, occupatio: *Unmuazhaft*, profanum: Gl. Jun.

Keunmuazon, occupari, Kero. [*Keummuazon* habet Kero. c. 48. vide ſupra Lit. K.]

Unmuozzecheit, occupatio, operatio. Notk. Pſalm. LXX. 15. *Die in iro unmuozzecheit uuerbinte*, qui in ſuis operibus verſantur, non-otia ſectantes.

MUC.

Conf. *Muos.*

Caſſeneuve in Originib. linguæ Francicæ τὸ *Amuſer*, ab hac voce Alemannica aut Francica deducit, & exponit, *occuper à une action oiſeuſe & de peu d'importance.* Sed quod hanc noſtram à Græca, Muſa & Muſica vult derivare, longius petitum, nam eadem ratione talem barbariem & Romanis poſſim imputare, qui liberalium artium ſedes *ludos* vocarunt. Conf. & Menag. *Etymol. Gallic. v. Muſer.*

[MUCCA, culex. Gloſſ. Monſ. p. 400. hodie mücke.

Muccun, culicem. p. 389.

Muccaneze, conopeo. p. 359.

Lancpeinna mukka, conſequentia. p. 409.]

MUEN, vexare, quaſſare. Notk. Pſalm. XCIII. 5. *Muobton mite dine erbe*, vexaverunt hæreditatem tuam. Idem Pſalm. CV. 30. *ſtillota die muobi* de Phineas: ceſſavit vexatio. & ℣. 32. *dar uuard Moyſes kemuohet*, vexatus eſt Moſes.

Muen, Otfrid. V. 23, 305. de miſeria hominum hujus vitæ:

Ni ſie ſih io muen,
mit managemo uueuuen.
Quin ſe angant,
variis tormentis.

℣. 334. de beatis in vita æterna:

Thio fruma then thar bluent,
thie ſih zi thiu biar muent.
Bona eis ibi florent,
qui eo hîc laborant.

vide & *Muohen.* & *Muven.*

MUGELAR, thaz mere ſahs, enſis Genulini, ut videtur, Fragm. de B. H. ℣. 931. V. inf. v. *Namen.*

MUGUN, valent, Otfrid. II. 1, 96.

Sint thie man al firdan
ni mugun iz bifaban.
Sunt homines omnes perditi
non poſſunt eam amplecti.

[Scherzius ita h. l. transfert:
Siquidem homines omnimodo mali
non poterant id (lucem) amplecti.]

Adde III. 5. 1. [ubi *Mugun*, debemus, Schilterus transfert: Scherzius vero in Notis *poſſumus.*] IV. 5. 113. [Hic Schilterus *mugun* reddit *poſſumus:* Scherzius in Notis, *debemus.*] vid. *Magen.*

[MULA, vel *Snabul*, roſtrum. Gloſſ. Monſ. p. 412.]

MULE, mola. Vide ænigma de mola h. e. de Eccleſia V. & N. T. Tyrolis Regis Paræneticum. p. 277.

Zumüller, in Stat. Auguſtan. MSS. *den zumüller iſt niemand nichts ſchuldig, der ſol der muller ſelb beſtiften.* Ad Rhenum vocant den *Mularzt.* [In Suevia hodienum *Zumüller* vocatur ille ſervorum in molendino, cujus in opere primæ partes ſunt.]

MULEN, conterere. Notk. Pſal. XLIV. 8. *mulinde fleisliche*, conterens carnales.

Ih gemulet uuerde, tribulor: Notk. Pſalm. LXIII. 2.

Fer-

Fermület herza, contritum cor, Notk. Pſalm. XXXIX. 8.

Dero ſundigon zene fermuletoſt tu. Dentes peccatorum contriviſti. Id. Pſalm. III. 8.

conf. ſupra *Farmulita.*

[*Multit*, ſarriet, Gloſſ. Monſ. p. 334.]

MULFIHE.

Lib. MS. chartae. Ordinationum Argentin. Lit. L. pr. *Item von eim Mulfibe das do ſtirbet in der ſtat zu Stroſsburg, one libes erben, lot das vſs wert, oder der under das gebört dem Schultheiſen zu Stroſsburg in ſinen Seckel &c.* & poſtea in eodem: *Item wann ein perſone in der Stat geſtirbet, und etwas gutes binder ime laſſet, es ſi luſel oder vile, weiſs das keinen Erben, ſo ſol ein Schultheiſs ſich des gutes unterziben und verſchriben &c.*

MULTI, *lien*, mülz, Gl. MSS. AS.

MUMMART, Mummel, quo pueri terrentur. Cæſar. Heiſterb. L. 7. c. 46. de puella triennali à lupo rapta: *Mummart momordit me.*

MUMMONTI, V. *Mammen.*

MUNCH, Geſchlechte der Munche virerley, 1. Cloſter-lüte. 2. Einſidel. 3. Sabaraitæ. 4. Umloffer. Vid. Reg. S. Benedict. c. 1.

[*Municho fioreo uueſan chunni chund iſt.* Monachorum quatuor eſſe genera manifeſtum eſt. *Eriſta ſamanungono daz iſt muniſtrilib.* Primum cœnobitarum, hoc eſt Monaſteriale. —— *Andraz chunni iſt einchoranero, daz iſt ualdlichero.* Secundum genus eſt Anachoritarum, id eſt, Heremitarum: —— *Dritta Kewiſſo municho uuirſiſta chunni iſt libbiſarro.* Tertium vero monachorum deterrimum genus eſt Sarabaitarum. —— *Fiorda kewiſſo chunni iſt municho daz iſt kenemmin ſuuiharro.* Quartum vero genus eſt monachorum, quod nominatur gyrovagum. Kero. cap. 1.]

MUND, os. Kero. c. 2. 3. 6. *munde minemo*, ori meo. c. 6. *er herzin indi munde*, ex corde & ore. c. 4. vide inf. *Munt.*

MUNDAT, MUNITAT, MUNITATE, immunitas, locus vel diſtrictus exemtus à jurisdictione civili ordinaria, *die Freyheit, in Stifftern* &c. Unde opponitur Comitatui: Chron. Lauresham. p. 65. in deſcriptione limitum Michlenſtetenſium, in fine: *Ex qua ad quercum inter Graſchaphf & Munital.* leg. *Munitat.* Freherus in Gloſſar. allegat Rudolphi Regis arbitramentum inter Abbatem & Conſulatum Wiſſenburgenſem: *Queſtiones etiam, quas ab his, qui extra civitatem, in locis tamen ad Emunitatem, quæ vulgò dicitur Munitate, ſpectantibus habitant, ante Cameram prænotati Abbatis deduci contigerit.* De qua immunitate Wiſſenburgenſi vide Wehner. *Obſ. v. Mundaten.* ubi etiam de Bambergenſi & Ruffacenſi. hanc poſteriorem cum diſtrictu ſuo vulgò *Mundat*, dici, ipſe vero quaſi *Munus datum* interpretatur. Magis adhuc abludit B. Rhenanus Lib. 3. Rer. Germ. pag. 286. tradens *Mandat* dictum quaſi *nobilium clientum* (Manne) *locum*; nam *Tadt* Alemannis Francisque tractum ſive territorium vocatum. Atque ſi hoc poſterius probatum eſſet, inde origo nominis *Cadet* derivari poſſit, quaſi *capdat* i. caput ſeu dominus territorii ſeparatus à Regimine univerſali Pro-

vinciæ. Codex MS. Ruffacenſis: *Hic notantur redditus & poſſeſſiones Epiſcopi A. in diſtrictu Rubiacenſi qui vulgariter dicitur die Mundat.* Mundatum Epiſcopatus Arg. eſt vel Superius vel Inferius, *Obrecht. Pr. Alſat.* c. 12. p. 291. Conf. Wimpheling. de Epiſc. Arg. pag. 10. Guilmann. de Epiſc. Arg. p. 89. Vorburg. Vol. 8. p. 230.

MUNIG, munus, ſpeciatim Panis benedictus in SS. Cœna. Vid. du Fresn. Gloſſar. v. Don. & Munus.

Kilianus: *Murnighen, monighen, communicare, participare, conferre. Et: Sacra adminiſtrare. Et Communionem ſacram tradere.*

Bimunigen, adjurare per ſacra. *Sis bimunigot, biſuoram*, ſis adjuratus, obſecratus, Otfrid. IV. 19, 93. [Scherzius in not. reddit: *Sis admonitus.* Hodie dicimus: *ermahnt.* Anglo-Sax. *Munegunge*, admonitio. *Munigend*, monens. v. Benſon. Vocab. Anglo-Sax.]

MUNISTRES, Monaſterii. Kero. c. 1. *uuirdiger iſt muniſtres*, dignus eſt monaſterio. c. 2. p. 20. *in muniſtre*, in monaſterio. Prol. p. 16. c. 2. p. 20. 21. *Muniſtrilib*, monaſtetiale. c. 1.

Carolus Calv. Imp. Kapitulari an. 876. §. 8. *Ut Epiſcopi in civitatibus ſuis proximum Eccleſiæ clauſtrum inſtituant, in quo ipſi cum clero ſecundum canonicam regulam DEO militent. Muniſter*, monaſteria, Rhyth. de S. Annon. ℣. 621. Itaque Monaſteria fuerunt habitacula & reſidentia Epiſcopi & Cleri ſui, h. e. ad Eccleſiam Cathedralem pertinuerunt. Crantzius 3. Metropol. 32. de Eccleſia Mindenſi ait: *Vocat Annalis eccleſiam ſuam Monaſterium. Unde ſatis apparet, primodia hujus ſicut & cæterarum Eccleſiarum, fuiſſe regularia ſub ordine divorum vel Benedicti vel Auguſtini.* Atque hactenus differunt Monaſteria & Clauſtra. Monaſterium, Munſter, Domkirche: Clauſtrum, Collegiatkirche. Chron. Königsh. c. 1. §. 49. *einen Tempel, das iſt eine Kirche oder ein Münſter.* quo in ſignificatu idem c. 2. §. 140. *Vom Munſter Achen.* Sic & in primævis articulis Civitatis Argentoratenſis præter Monaſterium ſive Eccleſiam Cathedralem, reliquæ Eccleſiæ vocantur, Clauſtra, Stifft.

Conf. Barth. Schobing. ad Vadian. L. 1. de Colleg. p. 90.

[MUNIHLIHEN, ſingularem. Gl. Monſ. p. 375. *Munihtuomes*, ſingulariter.]

MUNK, munaf, holzbok. Jo. Keiſersp. Brosl. fol. 49.

MUNT, os, vide ſupra *Mund.* Deinde eloquium, eloquentia civilis, unde *Mundbar*, orator, *monoper*, de quo ſupra.

Tertio notat defenſionem, protectionem. Otfrid. ad R. Ludov. ℣. 63.

Von Gott er muazi haben munt,
iob uueſan lange giſunt.
A Deo obtineat protectionem,
& ſit diu incolumis.

Munto imo, defendit eum, Otfrid. III. 1, 67. de affectu matris erga filium:

Suntar ſi imo munto,
the'iz jaman thoh ni uuunto.

Digitized by Google

Imo ea ipsum defendit,
ut ne quis eum lædat.

V. 23, 58.

Thaz uuir thaz mammunti
in thinera munti
Niazen uns in muate.

Ut his deliciis
in tua protectione
Fruamur ex animo.

Repetuntur hæc verba ℣. 262. & 346.

Muntman, defensor. Notk. Ps. XL. 10. homo pacis meæ in quo sperabam, reddit: *Judas min muntmann, ze demo ih mih ferfab.* V. Du Fresn. Gl. in Oscul. pacis.

Muntman haben, civibus Augustanis olim prohibitum. J. Aug. MS..

Mundbora, suffragator. *Mundbyrd*, suffragium: Gl. MSS. ASax.

[*Mundportun*, patroni. Gloss. Mons. p. 394.]

Amunt, liber à tutela, Gloss. Du Fr. h. voc.

Muntigan, eloqui, prædicare, memorare. Tatian. c. 4, 8. *zi gimuntigonne sinero miltida*, ad memorandam ejus clementiam.

Mundware, mitis. Tatian. c. 22, 9. *Salige sint mundware*, beati sunt mites.

[*Munduuare*, proprie veraces, s. oris veridici, si à *mund* & *uuar* vox composita existimetur. Putat autem in not. MSS. Junius non à *war* quod verum notat, sed *uuare*, quod idem sit ac cautus, prudens, originem ejus petendam, ut adeo homo oris sui curam agens i. e. ex eo prodeuntia verba prudenter temperans eadem significetur. Ceterum amplectenda nobis videtur emendatio hujus loci in Cod. Jun. manu recentiori facta, *mitiuuare* cum vox ea Keroni mitem & Interpreti Isidori nostri mansuetum denotet. Vid. Jun. ipsum in not. ad Willer. p. 158. An autem composita illa sit à *mithan* vitare, & *uuare* prudens, ut idem sit ac vitandi prudens, id, præterquam quod de eo vocabuli *uuare* significatu dubium supereſt, longius nobis videtur petitum. Putaverim compositionem factam à *mit* cum, & *war* quod hominem olim denotavit, uti probat compositum *warwolf* λυκάνθρωπος, itemque ASax. *wer* quod virum, *uuara* quod communiter incolas & cohabitantes denotat, teste Somnero, ut adeo *mituuare* idem sit quod humanus, *der mit den leuten ist*, uti adhuc loquuntur Germani, quando hominem cum omnibus comiter atque benigne conversantem exprimunt. Palthen. Not. ad Tat. p. 350.

Juvabit hic inserere epistolam Christ. Arnoldi ad Ge. Richterum, quantumvis prolixam, quippe quæ tum vocabulum *Mund*, tum alias antiquitates huc pertinentes egregie illustrat. Reperitur ea in Epistolis Richterianis p. 496. sqq. & post quædam, ita se habet:

„ Quia studio doctrinæ ac literarum, in ipsâ senectute (quam Tibi placidam ac lenem precor) pariter atque insimul delectaris; ea Tecum communicare sustineo, quæ mihi, commentariolum in *Valerii Catonis Diras* tandem aliquando typis paranti, in mentum novissime venerunt, de FREA, & LIBERA PUELLA, cujus haud infrequens in *Legibus Longobardicis* mentio occurrit, quas *Nic. Boherius* J. U. Interpres, *Capitulare Divi ac Sacratissimi Caroli Magni, Imperatoris & Franciæ Regis*, A. C. 1512. inscripserat. Quare nugarum mearum aliquid accipe, qui amici intemperiem ferre jam didicisti.

Rex Limprandus Legem hanc Longobardicam, *Lib. II. tit.* 46. tulit de *frea*, his verbis: *Si quis* fream *alienam, sine voluntate mundoaldi ejus, movere de casa, ubi ipsa habitat, præsumserit, &c.* Idem & *tit.* 52. hunc in modum infit: *Continet autem anterius edictum de* frea *sua, qui eam male tractaverit, amittat mundium ipsius &c.* In legum veterum Glossario *Lindenbrogius* hæc habet: *Frea, id est, mundo.* Vel, prout est in Glossis Papiæ: *Frea est mundo.* Sed quid hoc? quærit *Henr. Spelmannus in Archæologo:* Opinro, inquit, pupilla; utpote quæ in mundio est, seu tutela, & sub alterius potestate. Videtur sane, illud *mundo* esse Germanicum nostrum *mündig*; hinc etiam tutor à nobis vocatur *Vormund*, qui *præest* personæ, quæ *mundo* sive *mündig* appellatur. Verum id discriminis Te non celabo, quod *Bignonius in Not. ad Marculfi Formulas* profert: *Longobardicis Legibus feminarum tutor Mundoaldus & Mundius dicitur.* Hic diserte, Bignonius vocat feminarum tutorem; ita ut *Mundoaldus* vel *Mundius*, de utriusque sexus (ceu voces illæ, *Vormund*, & *mündig* apud nos hodie in usu sunt) tutore accipi fortasse non queat? De *Legibus Longobardicis* verum id quidem esse largiar; ita tamen, ut veteri linguæ Teutonicæ observatio illa, de latiore significatu vocis *Mund*, & quæ inde formatur, *mündig*, nihil deroget: Nam *Mund* sive *Mundius* in genere, ut ajunt, *tutorem* sonat; & *Mundium* nihil aliud est, quam *tutela.* Sic apud Longobardos mulieres etiam nuptæ *erant in mundio* alicujus, ut Romæ *in* perpetua *tutela;* ceu Vir ille celeberrimus, *Jo. de Laët*, sua manu ad Capitulare, à Boherio editum, id annotavit. *Richardus Verstegan* in eleganti libello suo, cui titulus est, *a Restitution of decayed intelligence in Antiquities*, Saxonicum nomen *Edmund c. VIII.* hoc quidem exposuit modo, cujus hæc sunt verba, ex Anglico translata idiomate: Ab *Ed, rectius Ead* (i. e. Juramentum) & *Mund; quod in vetere linguâ nostra est Muth* (i. e. Os) *sed antecessores nostros usurpasse reperio Muth pro Mouth. Sic igitur usurpabant Mund, ceu id in Belgio adhuc ubique locorum receptum atque usitatum est.* At vero totius antiquitatis peritissimus *Jo. de Laët*, in margine illius libri Anglicani (quem ego ex Ejusdem Bibliotheca haud ingratus possideo) ad verba ista: *Mund, quod in vetere linguâ nostra est Muth*, hanc notam appinxit: *Muth quidem inveni, sed Mund nequaquam; Mund veteribus est patronus, & tutor.* Hæc ille. Nimirum *Edmundus* significat *juramenti tutorem*, sive custodem; neque *os juramenti.* Quapropter *Mundius*, itemque *Mund*, aut *Vormund* in genere tutorem denotat. *Marculfus lib. II. Form. tit.* 24. Hæc duo concinnavit: *Sub mundeburde, vel defensione.* Nam

mun-

Digitized by Google

mundeburdium ipſi *tutela*, ſive *tuitio & defenſio*, ut loquitur Greg. Turonenſis, aut *munimen* eſt. Nunc porro LIBERAM PUELLAM videamus; de hâc præclarè, ut ſolet, *Voſſius lib. II. de Vitiis Sermonis, cap.* 7. inter alia: *Frea* in legibus Longobardis dicitur *puella* ingenua, vel *libera* in *mundio*, ſive ſub *tutela*. Ac *mulier* quoque Saxonibus *freo*; nempe non quælibet nupta, ſed *libera*. A *freo* autem Saxon. *libera*, Germanis *Frau*. Itaque proprie *dominam* notat. *Jo. Loccenius in Lexico Juris Sueo-Gothici* commemorat Suecicum, *Husfroea*, Weſt-Gothicum *Husfrea* & Islandicum *Husfreji*, quæ & *uxorem* ſignificat. Cæterum *Fulfrea* vel *Fulfreal*, in Gloſſis exponitur, *ſive ingenua, ſive libera*. Nempe ſic dicitur (ait ibidem Voſſius) qui, quæve, *plena* fruitur *libertate*; ex eo, quod *plenus* Saxonibus *foll*, uti Anglis *full*: & *liber* Germanis *frey*, Anglis *free*. Vox illa, *Fulfreal* extat in Legg. Longobardicis *lib. I. tit.* 25. *l.* 6. quæ Rhotaris eſt: *Si mulier libera fulfreal ſupra furtum comprehenſa fuerit*. Sententia eſt, ſi furata ſit *mulier plenæ libertatis*, qualem dicimus *Fulfrealem*. Item *lib. II. tit.* 12. *l.* 1. legere eſt: *Liberam uxorem, id eſt, fulfreal*. Etiam *tit.* 14. *l.* 17. hæc habentur de liberto: *Libertus homo, qui fulfreal factus eſt*. Hæc, ante Voſſium, obſervarunt *Jo. Martinus Lydius in Gloſſis Latino-Barbaris p.* 58. ſub finem Operum Nicolai de Clemangiis; & *Henr. Spelmannus in Archæologo*, ſive *Gloſſario*, *fol.* 301. Expreſſe autem, *libera puella*, vocatur *lib. I. tit.* 45. ubi de nuptiis: *Si quis ſponſaverit liberam puellam* &c. Item tit. ſequente: *Si quis liberam puellam abſque conſilio, vel voluntate parentum adduxerit ad uxorem*, &c. Super hæc puellæ *liberæ*, perinde ac (alio nomine) *freæ*, competebat *mundium*, ſive tutela, *lib. I. tit.* 2. ex hac lege: *Omnes vero regales cauſæ, quæ ad manum Regis pertinent, unde compoſitio expectatur, aut culpa quæritur, dupliciter ſecundum antiquam conſuetudinem componantur; excepto* mundio *de* libera, *aut morte, aut aliis, quæ ſimiles ſunt*. Nec vero quicquam *freæ*, ſive *liberæ* puellæ de libertate ſua decedebat, licet in mundio eſſe, hoc eſt, ſub tutela prudentum, & conſilio vivere juberetur; quæ ſumma bonarum libertas erat. Ideo & nulli Longobardæ mulieri, ſine mundio vivere, concedebatur, ut ê *lib. I. tit.* 51. apparet; ubi non prout Lindenbrogius edidit, *Lotharius*, qui præcedentis tituli legem ultimam ſanxit; ſed, (ut habet vetus Boherii codex) Rex Rotharis: *Nulli mulieri liberæ ſub regni noſtri ditione, lege Longobardorum viventi, licet in ſuæ poteſtatis arbitrio, i. ſine mundio vivere*, &c. Hac ipſa etiam de cauſa puellarum *monaſteria* quaſi *in mundio* eſſe cenſebantur; cum regulariter viverent: *Monaſteria virorum* (inquit Pipinus) & *puellarum, tanquam in mundio eſſe noſcuntur; vel in mundio Epiſcopi ſui, ſeu reliquorum hominum. Et diſtringat unusquisque, in cujus mundio ſunt, ut regulariter vivant*. Adde, quod puella, in jure Longobardico, interdum dicebatur *libera* vel *â marito*; & ſic viduæ *Lib. I. tit.* 45. jungebatur: *Si quis puellam liberam, aut viduam ſponſatam habuerit*, &c. Nec non titulo ſequente: *Si puella libera, aut vidua, ſine voluntate parentum, ad maritum ambulaverit*, &c. Vel quoque *â ſervitute libera* cenſebatur; *& ſic lib. II. tit.* 51. â ſervo diſcernebatur: *Si puella libera ſervum alienum foris provinciam ſecuta fuerit*, &c. Simile huic Legi ſtatutum Danicum, de nobilibus puellis, in *Receſſu Regis Chriſtiani III. Art.* 36. nuper inveni, cujus rubrica, ſive lemma eſt: *Om fry Quinde tager wfry Mand*. Id eſt: *De liberâ muliere, quæ in conjugio acceperit ſervum*. Idem titulus, ſed inverſus, *num.* 51. legitur de ſervo Longobardico: *Si Servus liberam puellam, vel mulierem in conjugio acceperit*. Sed hîc obiter monemus, in jure Danico *wfry Mand ignobilem* potius, quam *ſervum*, denotare; nam *Chriſtianus Oſterſoen in Gloſſario Juridico Danico Frymand, liberum hominem* exponit per *Adelsmand, Nobilem*; & *fry Quinde, liberam puellam* pluribus deſcribit in *Adelige Fruer*. In eodem Articulo de tali conjugio Rex diſtincte loquitur, quod quidem cum ignobili, ſed vel ſuorum conſenſu, vel ſine eo contractum fuerit: Si prius evenerit, amiſſa liberæ mulieris hæreditas ad cognatos tranſit; ſin poſterius, ita Rex ſtatuit: *End skeer det met moeſter Venners Raad, da skal hun hauffe mact, at ſelge det inden Aaar oc Dag, til fryt Folck*. Id eſt: *Etſi cum conſilio maxime cognatorum fiat, poteſtatem habeat vendendi eam* (hæreditatem) *intra anni dierumque ſpatium* (liberæ, i. e.) *nobili cuidam familiæ. Fryt Folck*, alio nomine appellatur *Adels Folck*, in *Receſſ. Frid. II. Art.* 12. Sic Belgæ ferè *liberum*, aut *nobile* quidpiam vocant, quod præſtans, quod eximium, & bonum eſt: *Een vry Man*, item, *een nobel Man*, vir bonus, & eximius. Ita Poetis dicitur *nobile vinum*, nec non Germanis *Edelgeſtein*, gemma, q. d. *lapis nobilis*, i. e. pretioſus & inſignis. Quid, quod in Danico jure, velut in Longobardico, libera, ſive nobilis puella ſuum *Voerge*, id eſt, Mundoaldum, tutoremve, habere dicitur? *de ere under Voergemaal, quæ eſt in mundio*; ceu nos docet *Oſterſ. in Gloſſario*.

Hinc ducor ad ſuſpicandum, atque ex eâ puellarum, mulierumve, libertate conjecto libertatem ſexus melioris: Ut hic ſimilis & compar illarum fieret, *liber* etiam *adoleſcens*, aut *liber homo* nominabatur. Ita non ſolùm Chremes, adoleſcens Terentianus, in *Eun. a. IV. ſ.* 7. Pamphilam ne tangat, his prohibet verbis: *Scibis: principio eam eſſe dico liberam*. Verum & Parmeno Eunuchum cum *libero adoleſcente* comparat *a. III. ſ.* 2. in literis, in palæſtra, in muſicis: *Quæ liberum ſcire æquum eſt adoleſcentem*. Similiter Belgis liber atque ingenuus adoleſcens â libertate dicitur, *Vryder*, vel *Vryer*; ceu veteribus Germanis *Frank*, hoc eſt, *fry Ank*, adoleſcens, vel juvenis liber. Et libera puella illis vocatur *Vrydſter, Fryſter*, vel etiam antiquitus *Vryerſſe*, Convenit omnino cum voce Perſarum, *Friſtar, Virgo*; prout *Phil. Marnixius Sant. Aldegondius* ê Raphalengii Lexico, quod ex ipſo Pentateucho collegerat, jamdudum commonſtravit. Non poſſum, quin ex eruditiſſimo *Loccenii Lexico Jur. Sueo-Goth.* hic nonnulla inſeram de illis, qui in Suecia *Fryborne men*, in Germania *Freygeborne*

Leute audiunt. *Libertini*, ſunt, ait, vel *Ingenui*; illos *Livius Lib. X.* ita deſcribit: *Ingenui, qui ipſi majoresve ipſorum ſervitutem non ſervierant; majores autem usque ab avo repetebant.* Temporibus Appii, & deinceps aliquandiu, apud Romanos *Libertini* dicti, non niſi, qui manumitterentur; ſed *Ingenui*; ex his procreati; ut notat *Suetonius in Claud. c. 24.* Quidam *Fryborne* in Suecico jure (ceu antea in Danico) *liberæ conditionis* homines, quos hodie *Nobiles*, *Frelſe*, aut *Frælſismæn* interpretantur. *Ericus Upſal.* eo reſpexit *lib. VI. Hiſt. Suet.* cui nimirum *Liberti* ſunt *Fryborne*, aut *Frælſismæn*, in his verbis: *Tempore igitur præfato accedunt ad locum Epiſcopi, prælati, milites, liberti,* &c. De Engelberto quodam, in Dalecarlorum regione *Jo. Magnus Lib. XXII. cap. 5.* narrat, quod fuerit *mediocri nobilitate conſpicuus, utpote libertino patre natus.* Idem eſt, ac ſi diceret, *Fryboren.* In Legibus Regis Canuti Anglo-Saxonicis *Freoman* hoc nomine eſt, qui dignus habebatur, ut in centuriam reciperetur. Initium illius *Legis XIX.* ſic interpretatus eſt *Guil. Lambardus*, in Ἀρχαιονομία, ſive de Priſcis Anglorum Legibus: *Præterea autem præcipimus* [thatæle freoman beo on hundrede] *ut liberæ conditionis quisque in centuriam, ac decem virale aliquod collegium ſe conjiciat; ſi modò qui ſe purget, atque ab alio capitis æſtimationem petat, ſe dignum habere cupiverit. Neque enim aliter, annum ætate duodenum progreſſus (ſi forte injuria afficiatur) pari cum* ingenuo *jure fruatur.* In Anglo-Saxonica lingua, in qua legem Rex ille rogavit, longe ſignificantius illud *ingenui jus* exprimitur: *Oththe he ne beo æniges freorihtes wyrthe.* Hoc eſt: *Aut non erit ullo libero jure (Freyrechts) dignus.* Scilicet hac ipſe Lege Rex Canutus Potentiorum famulos coercuit, quos aliàs *liberos* eſſe affirmantes per Leges poterant protegere, quoties injurias & iniquitatem petulantes exercuiſſent. Inde & Anglis hodienum *Freeman* civis eſt, & municeps, ac *liber homo.* Nunc tandem ad jus Longobardicum revertor, ubi *libero* quoque *homini* liberrimæ voluntatis puella in matrimonium dabatur; ſic enim Rex Limprandus *Lib. II. tit. 52.* de frea, à Mundoaldo ſuo male habita ſtatuit: *Inſuper addimus, ut nec ad* liberum hominem *eam ad maritum dare præſumat, absque ejus voluntate; quia pejus tractata eſſe non poteſt, quam ſi illum* virum tollat, *quam ipſa non vult.*

Videtur hæc quidem locutio, *virum tollere*, Latinis auribus idem ſignificare, quod *auferre, removere, repellere*, & matrimonium cum tali vel tali viro *impedire*; ita ut fortaſſe legendum ſit: *Quem ipſe* (mundoaldus ſcilicet, ſive tutor) *non vult.* Vel tali etiam modo: *Quem ipſa* (ſcil. puella libera) *vult*; ita ut redundet negatio? Sed fruſtra: *Tollat* (quod me, fateor, illuſtris Salmaſius docuit) idem eſt, ac ſi ſcriptum pro eo foret: *Sumat.* Sic enim dicimus: *Tolle* librum, pro *ſume*, vel *accipe.* Atque hunc verum Legis illius ſenſum eſſe, poſtea demum variis didici exemplis, quæ cum à Lindenbrogio in veterum Legg. Gloſſario miſſa ſint omnia, velut in digreſſu (quem mihi concedas, oro) libens his inſeram. *Tit. 53. lib. cit.* Legis primæ initium tale eſt: *Si aldius* (i. e. qui antea ſervus, ſic libertatem conſecutus, interprete *Voſſio lib. II. de Vit. Serm. c. 2.* Ut interim veteri domino foret obnoxius) *cujuscunque liberam uxorem tulerit.* Et ſequente *tit. 54. l. 2.* hæc ipſa leguntur: *Si mulier aut puella notum habuerit, quemcunque hominem uxorem habere; & ſuper ipſam introierit, & tulerit maritum non ſuum, ſancimus* &c. Verbum illud *tollere* per *accipere* exponitur, *l. III. t. eod.* qua prohibetur, *ut nec uxor â viro dimiſſa alium accipiat* (i. e. tollat) *virum, vivente viro.* Præterea *lib. I. tit. 40.* ita incipit: *Si vir mulieri violentiam fecerit, & invitam eam tulerit ad uxorem* &c. Et poſt nonnulla, ſub initium Leg. ſecundæ: *Si quis violento nomine tulerit uxorem* &c. Succedit Lex tertia: *Si quis puellam, aut viduam, alteri ſponſatam (illa tamen conſentiente) tulerit* &c. Ubi Gloſſa Nic. Boherii: *Alias deeſt* [*illa tamen conſentiente.*] *Et loco verbi tulerit, eſt, rapuerit.* Id verbi, *rapuerit*, pro, *tulerit* cum ex aliis ejusdem tituli Legibus patet, tum vero ex undecima: *Si quis rapuerit qualemcunque feminam liberam ſecularem,* &c. Denique ne ſcrupulus vel tenuiſſimus reſidere aliquis videatur, locutio iſtæc Longobardica modo ſeſe prodit infinito: *Si quis ſponſaverit puellam liberam, aut mulierem, & poſt ſponſalia facta, & fabulam firmatam, per duos annos ſponſus neglexerit eam tollere* &c. Lib. II. tit. 1. *Et ſi, poſtquam purificata fuerit, eam tollere uxorem neglexerit* &c. *Ibid.* Leg 2. *Et non compellatur ipſe invitus eam tollere.* Leg. 3. *Secundus autem maritus, qui eam tollere diſponit* &c. Leg. 4. Ex his igitur conſtat primò, verbum *tollere* idem eſſe, quod *accipere*, & aliquando *rapere*: Dein id uſurpari tam de viro ducente, quam de nubente femina: Poſtremò dici, *tollere virum*, aut *maritum* nec non, *ad maritum tollere* lib. II. tit. 53. *Si aldia, aut libera, in caſa aliena ad maritum intraverit, & ſervum ad maritum tulerit* &c. Hoc etiam modo, *tollere uxorem*, ut ſuprà; *tollere ad uxorem* Leg. III. *tollere in uxorem.* Leg. 10. tit. eod.

Perlibenter hîc modum aliquem, & finem huic epiſtolæ facerem, niſi ex priſca eruditione nobilis & clarus *Olaus* ille *Wormius Lib. I. Faſt. Danic. cap. 15.* me nunc ad *Fream* iſtam Septentrionalem pertraheret; quæ uxor *Othini*: ſive *Wodani*, hoc eſt, *Martis* credita, inſtar *Veneris* Deæ colebatur: *FRIGA pacem voluptatemque moderabatur; cujus etiam ſimulachrum turpidinem ſexus præ ſe ferebat: Et ob id tantum apud Gothos, quantum VENUS apud Romanos venerabatur: Diemque VENERIS, usque ad noſtra tempora, ſibi retinet conſecratum;* ut ſcribit Archiepiſcopus Upſalienſis, *Olaus Magnus lib. III. Epit. Hiſt. Gent. Septentr. c. 3.* Hæc ipſa igitur Gothorum Venus, *Friga*, *Frigga*, *Frigo*, *Fricco*, vel *Frea*, item *Frea*, aliàs *Fria*, noſtratibus (ſcribit *Wormius* de Danis ſuis loc. cit.) *Freya* dicta eſt: Quod *proprium* jam in *appellativum* degeneravit, *qualibet matre familias hunc ſibi vendicantis honoris titulum*; ut Islandis *Husfreya* ſalutetur, nobis Danis *Husfrue.*

Anti-

Digitized by Google

Antequam verò de his Gothorum ſuperſtitionibus plura ſcribere, & gentilium iſtorum impietates de *Frea* ac *Wodano* explicare inſtituam, hoc breve dicam; non ſolum Græcos, vel Romanos (quod multis probatum ivi exemplis ad *Val. Catonis Diras v. XX.*) verùm & Germanos quoque amaſias, interdum & conjuges ſuas, *Veneres* appellaſſe. Laudaturus Laidem ſuam *Ariſtænetus Epiſt. I.* haud veritus eſt ſcribere: *Διὰ πάντων ἔμψυχος τῆς Ἀφροδίτης εἰκών. Tun' meam Venerem vituperas?* quærit homo Plautinus, *Curc. a. 1. ſ. 3.* De vocabulo *Veneria*, quod eſt à *Venere*, non minus accurate, quam rectè *J. Seldenus Synt. II. de Diis Syris, cap. 7.* cujus verba hic enotabo: *VENERIAM vocabulum eſſe, à VENERE petendum, nemo eſt, qui neget. Inde enim* non infrequens eſt apud priſcos Romanos nomen fœmineum. *Veteribus, quæ excuſæ prodiere, inſcriptionibus non ſemel obvium fit. Et in Arundellianis, ad Thameſis ripam, ædibus viſitur cippus ſepulchralis, ita dicatus:*

D. M.
CLAVDIÆ VENERI
AE. CONJVGI. SANCTISS
IMAE. Q. JVSTEIVS
PROBATVS. SIBI SVIS
QVE. POSTERISQVE
EORVM.

Goldaſtus, ad Winsbekiæ Paræneſin, (quæ inter veteres illius Paræneticos habetur) ſub finem hæc obſervavit: Amicæ ab amantibus *Veneres* dictæ, non *Latinis* modo, ſed *Germanis*. Herzoge Heinrich von Preſſa: *Ich klage dir* Venus *ſendu leit*. Her Rudolff von Rotenburg: *Wolde geluke ſin Der* Vente *min*. Her Heinrich von Morunge: *Ich wene, ſie iſt ein* Venus *here, die ich da minne*. Wolfaram von Eſchilbach: Venus *du Göttinne, lebt ſie noch, ſi muſte bi ir verblichen ſin*. Meiſter Chunrat von Wurzburg: Venus *dú feine dú iſt entſchlaffen, Dú wilent hober minne wielt*. Sic igitur & *Frea*, & *Fru*, ſive *Frau*, ab iſta Gothorum Venere, *Frea*, nomen accepiſſe, omnino credibile eſt; neque hæc inter ſe pugnant, utramque *Fream*, hoc eſt, & Deam & puellam à *freo*, ſive *Frey*, hoc eſt, à *libertate* primam cœpiſſe originem.

Sed dicis forte? Incerta adhuc iſta, & ſcrutanda ſunt, an *Frea* ſive *Freja*, fuerit *Venus*? Pro hac ipſa ſententia (quam non titubanter Olai teſtimonio jam aſſerui) documenta hæc habeo: I. Venus *Martis*, Frea *Wodanis* conjux erat; ſic enim Longobardi filius, P. *Warnefridus lib. I. de Geſt. Longob. cap. 8.* eam vocat: *Fream, uxorem Wodan*. Ab hoc ipſo Wandali, quaſi à Marte, victoriam de Winilis, ibidem poſtularunt. *Gotfridus Viterbienſis in Pantheo*, ſive Chronico univerſali, transpoſitis literis *Feriam*, & Wodanem *Godam* nominans, eandemque Wandalorum fabulam recenſens, hos, ait, *ad Deam, nomine* Feriam, *uxorem* ſcilicet Godam, *tunc acceſſiſſe*. Friggam, *Othini* modo *uxorem*, modo *conjugem*, deſcribit *Saxo Grammaticus, lib. I. Hiſt. Dan. fol. 13.* Idem & ex veteribus annotavit *Henr. Spelmannus in Archæologo, fol. 296.* Fream, alias *Friam*, Saxonum Deam fuiſſe, *uxorem Wodeni*, al. *Goddani*. De hac uberius *Rich. Verſtegan in Reſtit. of dec. intell. chap. III. pagg. 77. 80. & Jo. Loccen. lib. I. Antiq. Sueo-Goth. cap. 3.* II. Dies Veneris Sueo-Gothis, Danis, & Germanis *Fredagh*, *Fridag*, item *Freitag*, ceu Saxonibus *Frige dæg*, ab eadem *Frea*, *Freja*, ſive *Friga* dicitur. Sic Olaus ille: *Friga*, inquit, *diem Veneris usque ad noſtra tempora ſibi retinet conſecratum.* III. Adulterio ſcortationibusque celebris erat, more ipſius Veneris; teſtor Saxononem loco citato, de aureo Othini ſimulacro: *Cujus Conjux Frigga, quo cultior progredi poſſet, aſcitis fabris, aurum ſtatuæ detrahendum curavit. Quibus Othinus ſuſpendio conſumtis, ſtatuam in crepidine collocavit; quam etiam mira artis induſtria ad humanos tactus vocalem reddidit. At nihilominus Frigga cultus ſui nitorem divinis mariti honoribus anteponens*, uni familiarium ſe ſtupro ſubjecit; *cujus ingenio ſimulacrum demolita, aurum publicæ ſuperſtitioni conſecratum, ad privati luxus inſtrumentum convertit. Nec penſi duxit*, impudicitiam ſectari, *quo promtiùs avaritia frueretur. Indigna fœmina, quæ numinis conjugio potiretur.* Hactenus Saxo. IV. Colebatur, ut præſes voluptatum, libidinumque, ſi Olao Magno credimus: *Pacem*, ait, *voluptatemque moderabatur; cujus etiam ſimulachrum turpitudinem ſexus præ ſe ferebat.* Idem innuit *M. Adamus*, in Septentrionalium populorum Hiſtoria, ex Henr. Ranzovii Bibliothecâ olim editâ: *Fricco, pacem voluptatemque largiens mortalibus; cujus etiam ſimulachrum fingunt ingenti Priapo.* Talis fortaſſe pax fuit, qualem Terentianus Thraſo Thaidi conceſſerat. Ab hoc ſpurciſſimo nomine *Frig, Friga, Frigga*, vel *Fricco* deductum iſtud Germanorum vocabulum videtur, *Frech*, petulans, *libidinoſus*; Frecheit, *libido*, petulantia. Quin etiam *Fryd*, *voluptas* indidem venerit, à *Freya* nimirum, nullus dubitavit *M. Brynolphus Suenonius* in Conjectaneis ſuis; ex quibus *Stephanus Jo. Stephanius in lib. I. Hiſt. Dan. Saxonis, fol. 43.* ad iſta petulantiſſima Hartegrepæ, Hadingum juvenem ad Venereas voluptates provocantis, verba [*Dum* Venerem coluiſſe *piget*] de libidinoſo Freyæ, hoc eſt, Veneris cultu, eruditam hanc notam attulit: *Ut libidini ſuæ frontem prætexeret - - ſuaſit illud ſuum πρόσχημα ex intima hominum illorum religione; quibus Divarum haud poſtrema fuit FREYA, Amatorum προξενῆτις*, & illarum voluptatum promaconda: *Quam violare, aut contemnere Skapto, vel Thorballus Sidenſis (nunc enim, uter eſſet, non exactè memini) parum aberat, quin capitali diſcrimine didicit, ut erat periculoſum; qui ad Chriſtianam fidem converſus, parum honorificè de Freya, in carmine hoc ſuo, erat locutus:*

Vil eg um God geya,
Grey thikier mier Freya.

Hoc eſt: De Diis latraturus (vel locuturus) Freyam inſtar caniculæ, vel vulpeculæ judico. *Quæ res continuo ut increbuit, ἀποσυνάγωγος factus*

in

in capitis periculum inciderat: Nisi divinitus accidisset, ut illo ipso anno, quo in eum maximi quique viri conjurarant, Christiana fides in foro universali recepta fuisset. Tanti scilicet Venereas fecére voluptates, ut ipsam quasi Libidinem, prisca formidine sacram, perversa & impia religione colerent. V. Uti veteres de sexu Veneris dubitarunt; sic enim *Macrobii lib. III. Saturn. cap.* 8. locus notatu dignus se habet: *Apud Calvum Aeterianus affirmat legendum,*

Pollentemque Deum Venerem,

non Deam. *Signum etiam ejus est Cypri, barbatum corpore, sed veste* muliebri, *cum sceptro ac statura* virili; *& putant eandem* marem *&* fœminam *esse. Aristophanes eam* Ἀφρόδυλον *appellat. Levinus etiam sic ait*: Venerem igitur almam adorans, sive fœmina sive mas est. Prorsus ita incertum Gothis erat, num Fricco, vel Freya masculini aut fœminini extiterit sexus; licet fœmineo choro (ut verba Ol. *Wormii lib. I. Monum. Dan. cap.* 4. mea faciam) plures illud adscripserint. Hinc *Olaus Magnus*, ex antecessoris sui Jo. Magni, Archiepiscopi Upsal. Historiis asserit, apud veteres Gothos paganos, *tres Deos, prima veneratione observatos* fuisse; quorum *primus* erat potentissimus Thor, *alter* Odhen, *tertius* Friga. Præterea *habitum* hujus *virilem* his excusat verbis. *Pingebatur gladio & arcu cum armis, quod in illis terris uterque sexus semper ad arma promtissimus esset.* Idoli hujus formam expressit *Verstegaus, lib. cit. pag.* 76. hanc insuper expositionem ei subjungens, quam ex Anglico verti: *Hoc idolum repræsentat utrumque sexum, tam viri quam fœminæ, velut Hermaphroditus habuisse dicitur &c. Dextra strictum tenet gladium, & arcum sinistra, bis significans, fœminas, æque ac viros, tempore necessitatis ad pugnandum paratas esse debere.* VI. Vocum aliquot Teutonicarum origines probabilitati non sunt contrariæ: *Freya ergi*, i.e. poesis, quæ Amores ut plurimum tractat; de hac *Wormius in Fastis. Freitag*, aut *Fridag* (de qua voce supra) & *Fryd*, voluptas, & *frien*. Sic enim *Goldastus* ad carmen Winsbekiæ: *Minne*, Dea amoris, Latinis *Venus*, Aboriginibus Germanis *Fria*; cujus nomen remansit in eidem illi sacrata die, *Fritag*, in verboque *Frien*, nubere. Referuntur huc à Bruynolpho & Loccenio, *Froe, semen*, & *Friv, genetrix*. Quibus addatur Germ. *Frucht*, Belg. *Fruyt*, item *Vroed*, frugi; *Vroedwijf*, & *Vroedmoeder*, obstetrix. Hæc itaque *Frea* omnino *Venus* censenda est, de qua Olaus: *Tantum apud Gothos, quantum Venus apud Romanos venerabatur.* Illius vero maritum & *Martem* fuisse, dixi quidem; sed nondum probavi satis. *Odhen, hoc est, fortior* (ait idem Olaus) *bellis præsidet, hominibus in hostes auxilia subministrans.* Et post nonnulla caput integrum, de tribus Diis majoribus Gothorum, his concludit verbis: *Odhen vero armatus sculpitur, uti Mars, simili gentilium superstitione apud Romanos; diemque obtinuit æterna memoria suo nomini consecratum. Et quia vivus tota Europa divinitatis titulum, quod nulli in arte militari cederet, assecutus fuisset; hinc evenisse creditur, ut Gothi (sicut Dio Græcus, Ablabius, & Jornandes testantur) Martem, quem Deum belli putavit antiquitas, apud se dicerent progenitum, prout etiam asserit Poëta:*

Gradivumque patrem, Geticis qui præsidet armis.

Quem Gothi semper asperrima placavere cultura, morte scilicet *captivorum, opinantes, bellorum præsidem aptius humano cruore placari. A quo vicissim omnem belligerandi industriam adeo perfecte didicerunt, ut devictis Europæ & Asiæ potentissimis imperiis, summum fortitudinis gradum reportarint.* Confer *Jornand. de Reb. Get. cap.* 5. Haud aliter de Wodane *M. Adamus*, in Septentrionalium populorum Historia: *Alter Wodan, id est, fortior, bella regit, hominumque ministrat virtutem contra inimicos.* Postea, de simulachro istius, hæc subjungit: *Wodanem vero sculpunt armatum, sicut nostri Martem sculpere solent.* Quare etiam Wandalos, *ad Wodan accedentes, victoriam de Winilis postulasse*, & istum respondisse, se illis *victoriam daturum*, perhibet *P. Warnefridus.* Ethelverdus, citante Camdeno: *Wodan barbari, ut Deum, honorarunt; sacrificiumque obtulerunt pagani, victoriæ causa, sive virtutis.* Idolum Martis Gothici *Ol. Wormius lib. I. Monum. Dan. c.* 4. hunc in modum delineavit: *Hic armatus pingebatur, quippe qui bellis præerat, & cui victorias attribuebant; ac victos & occisos in bello sacrificabant. Columnæ insistens coronam capite gestabat, dextra sacam, seu ensem Saxonicum, sinistra clypeum, pedibus calceatis.* Ita & à *Verstegano, p.* 72. expictus est. Quantum conjectura assequi possum, ducor ad suspicandum, Septentrionis invasorem istum volitantem, Odinum nempe, audaciæ promtæ Gigantem fuisse; quia *Arngrimmus Jonas* hunc ipsum *Asiaticæ immigrationis*, in orbem Arctoum Anno XXIV. ante natum Christum factæ, *antesignanum*, nec non *Asianorum invasionis ducem*, commemorat *lib. I. Crymogææ Rerum Island, cap.* 4. & 5. Certe in Septentrionem is venit, *non secus ac olim Cadmus in Boeotiam*, ut Jonas monuit ibidem. Postea vero quam erro iste in possessionem regionis Sueticæ pedem posuerat, magia diabolica, velut specie quadam divinæ aut cœlestis sapientiæ, apud superstitiosum & credulum populum, admirationem sibi auctoritatemque paraverat; ne ex possessione, in quam tum temporis vacuam involavit, facile dejiceretur. Is enim raptorum pariter ac tyrannorum mos est, ut fictam exambientes divinitatem, Dii suis videri cupiant. *Odinus*, inquit Jonas in Crym. c. 6. *ob insignem magiæ diabolicæ peritiam, qua divinitatem, ut Machomet alter, adfectabat, post obitum in Deorum numerum relatus est.* En Martis rapacis scilicet numen, quod clarius idem indicat Jonas cap. 4. *Odinus iste, omnes veteres incolas magiæ excellentia in sui admirationem rapiens, post fata cœpit in Deorum numero coli; cum prius adhuc superstes, inter alias terras Septentrionaliores etiam Norwegiam, inter Nori posteros, sublata Monarchia, distributam, subegisset; eamque filio Sæmingoo, seu Hemingo addixisset.* Tangit hanc fraudem Saxo. *Cum Othinus quidam*, ait lib. cit.

Eu-

Digitized by Google

Europa tota falso divinitatis titulo censeretur &c. Idem de eodem lib. 6. *Olim enim quidam magicæ artis imbuti, Thor videlicet & Othinus, aliique complures.* Quid, quod præstigiator hicce & Magus, illa tempestate nulli secundus (sic eum appellat *Stephanius in Notis fol.* 50.) vel ad certos siderum positus, vel etiam per Dæmonum προσαγγίσεις, qui à Magis invocati simulachra ingrediebantur, eo quoque fine statuam suam, *mira artis industria* (verba hæc sunt Grammatici) *ad humanos tactus vocalem effecit;* nempe ut futura prædiceret, oracula depromeret, fidemque divinitatis sibi apud imperitum vulgus adstrueret. Nec *statua* tantum, sed & *lacus*, & medius septimanæ *dies*, impia hac religione colebantur: *Odenslund, lacus* prope Upsaliam *Odino* sacer, in singulari apud gentiles istos veneratione fuit, uti referunt *Adamus Bremensis in descriptione Scandinaviæ*, & *Ericus Upsalienſis lib. I. Histor. Sueogoth.* De die, quem Romani alias Mercurio dicarunt, iterum Olaus: *Diem obtinuit, æterna memoria suo nomini consecratum.* A nomine *Wodani*, vel *Vodani*, hodienum dies Mercurii Danis *Vodensdag* dicitur, Anglis à *Wodeno* (inquit Spelmannus) *Wedensday*, Scotis (prout *Jo. Skene* in suo *De verb. signif.* juris nimirum Scotici, *pag.* 74. innuit) *Odenisday*, vel etiam *Wednisday*. Belgæ corrupte (vel contractè potius) *Wœnsdag* dicunt, pro *Wodensdag*; ceu *Bon. Vulcanius* dudum monuit, *Annot. in P. Warnefrid. lib.* I. *pag.* 14. Haud male nomen istud interpretatus est *Bureus*, diem hunc martis, *Oedensdag*, quasi *vastatoris diem* appellatum fuisse, autumans. Similiter *œde* Germanis idem est, quod destructum, vastum, vastatumve; & desertum *Einœde*. Verbo, si possum, edisseram: *Odinus* iste invasor, raptor, & *vastator* erat terrarum Septentrionalium. Hinc in quorundam ex vulgo animis, (teste *Loccenio*, qui de hodiernis Suecorum moribus ibi loquitur) illud adhuc ex veterum superstitione reliquum est, ut, si aliquod *spectrum* forte, cum magno strepitu & susurro, circa vesperam aut noctu *adequitans*, vel *armatum* appareat, *Oden* istac transire dicant. Est præterea ab hoc vastatore Vodano, id est, Marte, vox *Vode*, vel *Voden*, quæ *periculum & perniciem* indicat; quin etiam Islandis *Oden* pro *Diabolo* ipso capitur, ut in imprecandi formulis: *Oden eige dig, Odinus te possideat!* Item, *Far du til Odens, Vade ad Odinum*, sive, in malam rem. Item, *Huada Odens latum? Quid hoc mali est?* Contuli hac de re *Ol. Wormium lib.* 1. *Monum. Dan. cap.* 4. *& lib.* 1. *Fast. Dan. cap.* 15. Germanie vastator, *Drusus*, pene alter Odinus fuit, qui, simili quadam imprecandi formula Holsatis, in memoriam hodieque revocatur; *Dat dy de Drus slag! Drusus te perdat!* Qui nempe gentem Holsatorum fortissimam, frenumque Romanorum diu mordentem, ex omnibus novissimam subegerat. Hactenus de Sueogothorum Marte, Wodano; cujus numen pariter ac nomen *Eliam Schedium Syngram. I. De DIs Germ. cap.* 4. 5. vel 6. ne leviter quidem attigisse, ne dicam ignorasse, mihi maximam admirationem movit. Facerem his literis finem, Eruditissimorum Nobilissime Domine, & clausulam longioribus imponerem; nisi varia vocis istius Gothicæ scriptio Te nonnullam in dubitationem forte videretur adducere. Tot ista pingitur modis: *Oden, Odhen, Odinus, Othinus, Hoden, Woden, Wodan, Voden, Vodan, Godan, Ghodan, Guodan, Guoden, Guode.* Quidni fidem habeamus *Warnefrido lib. I. cap.* 9. ita scribendi: *Wodan sane, quem adjecta litera Godam dixerunt, &c.* Magnus ille literarum heros, *Vossius lib. I. de Idol. cap.* 7. idem affirmat: *Vodan*, inquit, *sive Voden, est idem ac Guoden, sive Guode, pro quo Gode vel God nunc dicimus; & Vodan, Guodan, Godan*, &c. Alio vocatur nomine *Vodanus*, quod ê *Baronii Tom. VIII. Annal. Eccles. ad Ann. Dom.* 612. haud perplexe indicavit *Ant. Dauroultius in Floribus Exempl. cap. I. tit.* 5. *ex.* 3. ibi: *Apud Moguntiam sunt nationes Suevorum, qui Deo suo, VADONO nomine, libabant.* Non mirum, Suevos apud Moguntiam ei libasse; *nec enim subito, sed pedetentim has terras* (Septentrionales scilicet) *intravit Odinus, in Germania prius, & vicinis terris subsistens.* Uti nos docet *Arngr. Jonas in Crymog. cap.* 5. Ad hoc tanta superstitionis diabolicæ vis erat, ut longe lateque diffunderetur; *Ea tempestate*, inquit Saxo, *cum Othinus quidam* Europa tota, falso divinitatis titulo censeretur, *apud Upsalam tamen crebriorem diversandi usum habebat; eamque sive ob incolarum inertiam, sive locorum amœnitatem, singulari quadam habitationis consuetudine dignabatur.* Ab isto igitur *Wodano*, sive *Wadono*, aut *Vadono* vox Germanorum *Wadlich, fortis, sich Wadlich wehren, pugnare fortiter*, deducta mihi videtur; quoniam Olaus pariter Magnus, ac Adamus ille Bremensis, nomen *fortitudinis* esse, Clocis jam sæpe citatis) asserunt. Ille quidem: *Alter* Odhen, *hoc est*, fortior, *bellis præsidet; hominibus in hostes auxilia subministrans.* Hic vero: *Alter* Wodan, *id est*, fortior, *bella regit; hominumque ministrat virtutem, contra inimicos.* Immo saca, vel ensis Saxonicus, *Wadner* (nam placet aliquando in his etiam ludere, si fortè conjector falsus verborum sim) ab isto armorum præside, ac bellorum Deo, *Wadon*, tam congrue & convenienter derivatur; quam vetus illud vocabulum *Degin*, quod majoribus nostris significabat *proprie hominem nobilem, fortitudine ac virtute præstantem, humani generis officio belli domique paratum.* In summa, *hominem bellicosum & heroicum.* Ita gladius *Degen* nuncupatus, quod ejus ministerio in defensione utimur. Plura de hac ipsa voce *Thegan*, seu *Degin*, congessit *Goldastus in Animadv. in Tyrolis, Scotorum Regis, Paræn. ad Fridebrandum Fil.* §. 18.

At vero diversa nominis scriptio admiratione nos afficit? *Hodan, Wodan, Godan, Guodan*, eandem sustinet mutationem, quam alia in aliis patiuntur linguis vocabula: Ebræi dicunt fere וּוֹ, Græci ὃς Angli *Vubo*, Belgæ *vvie*, Germani *Wer*, Latini *qui*, vel *quis*. Notum utique est, VV. sæpius transire in *Gu.* ut *Guilelmus, Guolfgangus, Guido, Gualterius, guardia, guastare*, Ital. pro *vastare*. Quid, quod *Varinus* Veronensis (ait *Jovianus lib.* I.

de Aſpiratione) doctus vir, tamen in hoc â multitudine non diſſentiens nomini ſuo, quod Romanum eſt (â *Varo* enim, ſeu malis *Varrio*, ſit *Varinus*) G præponebat ſemper, & *Guarinum* ſcribebat. Vel tranſit illud VV. in *Qu.* ut Belg. *wie*, Lat. *qui.* Nos Germani uſurpamus, *welcher;* Belgæ, *welck;* Galli, *quelque;* Scoti, *qubilk.*

Cæterum, ne quid diſſimulatione transmittam, accuratiſſime monent Runicæ, Islandicæ, Suecicæ, Finnonicæ, Scandicæ, Danicæ, Anglicæ, Scoticæ, Cambricæ, Belgicæ, aliarumque linguarum, (quas vetus Germanica filias ſuas vocat) *certas* quasdam *literas*, quæ quaſi, *ab initio, cum aſpiratione aliqua* efferuntur, ex conſuetudine illarum gentium, ſigno H. vel VV. in fronte ſtatim notari: Nonnunquam & veteres HVV. ceu geminam aſpirationis notam, in monumentis ſuis junctim poſuiſſe; at per metatheſin hodie VVH. non rectè ſcribi: Quæ nota poſterior H. indicium lectori faciat, ipſum VV. (cumprimis ante vocales poſitum) non noſtro, hoc eſt, Germanorum more, ſed plane ſingulari, & populis illis proprio ſuavius pronunciandum eſſe; ac ſi vel ſola aſpirationis nota ſubaudiretur: Idque ſubtilius, quam vulgo etiam Germani ſolent; *quorum validiora labia voces ipſas, velut ab imo ſtomacho ductas, in aërem excutiunt;* cenſore *Carolo Bovillo Samarobrino*, qui hanc ſibi liberius de nobis judicandi libertatem ſumſit in libello ſuo, *De differentia*, ſive, *vitiis vulgarium linguarum, cap.* 32.

Age vero, poſterioris (quæ ad nomen *Odan*, vel *Vodan*, aut *Wodan* maximè facit) obſervationis regulam primò, & exempla ejus accipe. *Alexander Gill in Logonomia Anglica cap.* 4. hoc me tirocinio imbuit: *W. aſpiratum conſona eſt, quam ſcribunt per* WH. & *tamen aſpiratio præcedit. Illæ namque voces, quæ per* WH. *ſcribuntur, poſſunt, atque etiam, ad exempla majorum, ſcribi debent per* HW. *aut* HU. *Ita enim nihil aliud inde colligi queat, quam quod ex ipſo* WH. *intelligimus, ut* Wil *ſive* Uil, *naſſa;* hwil, *ſive* huil, *rota. Tamen quia noſtra experientia docet,* W. & WH. *veras eſſe, ſimplicesque conſonas, in quarum elatione* U. *ſuggrunnit tantum, non clara vocalis auditur; ideo illud* W. *ante vocales aut diphtongos jus aſſignatum obtinebit; at* WH. *mala tantum conſuetudine valebit in* What, *quid;* Whether, *uter*, & ſimilibus. Quicquid vero ſit, conſuetudo hæc ex antiquiſſimis Anglorum vatis, *Spenceri*, nec non *Fajeri*, *Goldingi*, *Sidneji*, *Tuſſeri*, *Johnſoni*, *Jo. Daviſii Hereffenſis*, *Haringtoni*, aliorumque Poëmatibus ſatis apparet; in quibus ſæpe legitur *vvhii & which*, qui; *vvhat*, quid; *vvhöm*, quem; *vvher*, ubi. Hoc etiamnum ſcribuntur modo, *vvhit*, albus; melius Dani, *huid;* Islandi, *hvytur;* & Anglo-Sax. *hvvite.* Inſignis ille JCt. *Jo. Covvell*, in *Interprete* verborum juris Anglicani, *vvhite bart ſilver*, q. d. *weiſs-birſchen-ſilber*, *candidi-cervi-argentum*, dicit eſſe tributum, vel mulctam ſolutam in abaco aut tabula Foreſtorum albi cervi. Hoc verò argentum â temporibus *Henrici II.* cœpit, quod ipſe Rex impoſuit *Thomæ Della-linde*, quod præclarum telo occupaſſet cervum (ceu puer Hermolaus aprum, de quo *Curtius lib. VIII. cap.* 6.) quem Rex ferire deſtinaverat; teſte *Camdeno in Britannia*, *pag.* 150. *A vvhore*, meretrix, Germ. *Hur. Vvhole* totus, Græc. ὅλος. Belg. *heel.* Island. *Heill.* Græcum quoque eſt εἰλέω, verto, volvo; â quo *Mer. Caſaubonus* Anglicum *a vvheele*, rotam deducit in *Part. I. Commentat. de Quat. Ling. pag.* 265. In Lexico Juris Anglicani *vvharfa*, *vvharfe*, locus eſt (eodem *Covvello* interprete) amplus, latus, planus, ac ſpatioſus, in angulo vel cornu maris, aut fluvii, in quem deponuntur merces, ut exinde in alia loca transportentur. Ad exempla vero majorum (ut loquitur *Gillius)* in Anglo-Saxonica quadam epiſtola Ælfridi Regis Angliæ, ad Wülfſigeum Epiſcopum, unâ cum Gothicis ac Longobardicis Vulcanii Scriptoribus edita, legitur particula, *hwylce*, quomodo. Et in *Lambardi Gloſſario*, de Legibus Regum Angliæ excerpto, exſtat vox illa *Hweige*, ſed ſine Latino (ut in cæteris) gloſſemate; quæ, ni fallor, eadem eſt, quam *Covvell* habet: *Weigh* (*vvaga*) certum pondus eſt caſei, vel lanæ, continens 256. libras. *Jo. Davies in Rudiment. Linguæ Cambro-Britannicæ pag.* 3. obſervat, Demetas (qui ſunt Auſtralis Walliæ, ſive Cambriæ habitatores, ut eos *Lelandus*, atque alii feré omnes appellant; & ipſe *Sylveſter Giraldus*, in ſua Walliæ Topographia, Auſtralem Cambriæ regionem *Demetiam* nuncupat: Quamvis non deſint, ut innuit *Gloſſarium Legum Henrici I.* ex antiquo codice MS. olim S. Auguſtini Dorobornenſis, qui Auſtrales Wallos in *Cornubia* locant; atque ingenti illo maris brachio, quod ab Occidente terram intrans, ad dextram *Cornubiam*, ad lævam *Walliam* abluit, â Borealibus Wallis disjunctos exiſtimant) illos, inquam, Demetas, Anglorum æmulos CH. leviusculè, quaſi tantum VVH. eſſet, ita proferre, ut *whaer* pro *chwaer* dicant; & *wharae*, pro *chwarae*: Cum alias Cambro Britannis revera duplicem ſonet aſpirationem denſam. Quid Anglo Saxones commemorem? Et Pſalterium & Evangelia, hoc ipſo excuſa idiomate ſi inſpiciam, vel ſexcenta inibi occurrunt: *Hwomme*, angulus Pſalm. CXVII. 21. *Hwelp leona*, catulus leonis, Pſalm. XVI. 13. & catellus, Matth. XV. 27. *Hwettan*, exacuere, *wetzen*, Pſalm. LXIII. 3. *Hwy*, quare, Matth. IX. 9. 11. *Hwylc*, quis, Pſalm. CXXXVIII. 5. *Hwon*, paululum, puſillum, ut: *Tha he wes* lytwhon *thanon agan*, hoc eſt, *cum eſſet paululum progreſſus*, Marc. XIV. 35. & I. 19. *Hwenelaſſan*, paulo minus. Pſ. CXVIII. 87. *Hwilwendlic*, Temporarius, Matth. XIII. 21. Vir ille integerrimus, *Fr. Junius*, Lexicon Anglo-Saxonicum, quod ex Bibl. Seldeni manu ſua deſcripſerat, dono mihi dedit; in quo reperi, *hwitha*, *hwiotha*, aura, inde noſtrum, *Wetter*; *hwet*, virtus, valor: *Of thæm hwæteſtan mannan Germaniæ*, de nobiliſſimis totius Germaniæ viris; unde potius vox illa, *wadlich.* Hos imitantur Sueci, dicentes: *Hwarfoere*, quare; *hwart man wil*, qualibet; *hwarigenom*, quaqua; *hwilken thera*, quisnam. Quæ didici ex *Jo. Wo-*

limbus

Digitized by Google

limbus Syllabo Linguæ Latino-Suecicæ. Hwan, & *hwarh*, quodlibet; *hwarken dera*, neutrum horum, *Loccenius in Lexico Sueogoth.* Quid de Cambro-Britannis dicam? *Jo. Davies in Dictionario* hæc ſuppeditat: *Hwy*, illi, *hwynt*, illæ; *hwyedig*, prolongatus; *hwyad*, anas; *hwyl*; velum & valetudo, & iter; *hwylus*, proſper; *hwyllhwynt*, ventus proſper; *hwylio*, dirigere; *hwyr*, ſerus, veſpertinus, tardus; *hwyrfrydig*, tardanimis; *hwynyn*, (nota) idem quod *boenyn*, pilus majuſculus, ſeta. In aliis Septentrionalibus linguis pro HVV. uſurpatur etiam HV. vel HU. Sic Islandi ajunt: *Hvort*, quo; *hvadan*, unde; *hvor*, quis; *hvoer*, thermæ; *hvernen*, quomodo; *hvar*, ubi; *hvaſs*, auctus; quæ equidem doctiſſimo Juveni, *Thorchillo Jonæ*, Arngr. F. amico meo ſingulari me debere, libenter fateor. Compoſita *hver er*, quisquis; *hver ed*, quicquid; *huor ſem helſt*, quicunque, *hvereyrn*, unusquisque; & *hvor tueggie*, uterque &c. exhibet *Runolphus Jonas in Rudim. Grammat. Island. cap.* 7. Prædii *Hwammar* meminit *Arngr. Jonas in Specim. Hiſtor. Islandiæ. Sect.* 54. Et inter Norwegiæ nobiles haud ultimi, Thorſteni candidi, *Hinn Hwitte*, in ſinu Wodna fiord; *in Spec. Chorogr. Isl. Sect.* 7. In lingua Danica, & Cimbrica præſertim, *hvevs*, crabronem, *Webs*, ſcribendum cenſuit *Jac. Matthiæ Arhuſienſis, lib.* 1. *de Literis p.* 103. Ubi de vocum ſimilitudine agit. Hanc vero ſcriptionem æque ac pronuntiationem procul dubio Runis aceeptam ferant, neceſſum eſt; nec fallor, ſi *Runicum* admirandi illius *Wormii Lexicon* evolvo: *Huimleidur*, inviſus, quem omnes faſtidiunt: *Huit menne*, vir candidus. *Huitakriſtur*, ſic appellarunt veteres Chriſtum â probitate & candore, quaſi candidum Chriſtum. *Ad huorla beyed*, fœnum dejicere & diſpergere. *Ericus Schroderus in Lexico Latino-Scandico* ad oculum oſtendit, Venedicæ ſeu Finnonicæ linguæ has voces eſſe: *Huone*, domus, ab habitando, *wobnen*, ſic dicta, *eine Wohnung: Huonen laino*, diverſorium: *Hariotus huone*, auditorium, ſchola; *Huuli*, labrum: *Huora*, adultera: *Huoruus*, adulterium: *Huorintheda*, adulterium committere: *Huicandelemus*, inconſtantia: *Huuta*, clamare: *Stephanus Johannis Stephanius in Nomenclatore Latino-Danico* recenſet ſequentia: *Huiler*, acquieſco; *hueder* & *hueſſer*, acuo, *hueller*, concamero, *gewelben; huinner*, huinnio; *huisker* muſſo; *huiſter ben*, jacto &c. Item, *huis*, cujus, weſſen; *huilck*, quis, *huor*, ubi, Belg. *waer*, Germ. *wo*. Galli ſimillime: *Huile*, oleum; *huiſſier*, ſatelles; *huit*, octo.

Immò vel ſola conſona W. inſtar adſpirationis erit, ſi uſum ſpectes: Græcum eſt ὡς, Belg. *hoe*, Angl. *how*, Dan. *huorleddis*, Germ. *wie*. Ita ὕλη, Sax. *Holt* (more Ebræorum, quorum Tau nomina in fine format.) Belg. *Hout* (nam *l.* ante *t.* more Gallico quaſi eliſum, in *u.* mutatur) Angl. *Wood*, lignum; Germ. *Wald*, ſylva. A Græcis Ἰλιεμος, ſcribitur, pro, *Wilhelmus*; atque ἕνετος, pro, *venetus*; ἑσθίω, unde *veſcor*; ἕσθης unde veſtis; ἦρ, unde, *ver*. Manilius *Heſperum* mutavit in *Veſperem*, hoc verſu: *Accenſo cum ducit Veſpere noctem. Lib. I.* Nam Æoles, denſum ſpiritum non habentes, digamma ſuum adhibuerunt in his vocibus: Fεσπέρα, Fύδωρ, pro, ἑσπέρα, ὕδωρ; Quid, quod Latini retinuerunt digamma Æolicum in medio vocis, ut *ſerFus*, *oFum*, *æFum*, &c. De hoc digamma, præter *Priſcianum ac Feſtum*, & *Maurum Terentianum*, *Quintilianus lib. I. c.* 5. *Adol. Mekerchus lib. de Ling. Græc. vet. pronunt. c.* 33. *Jul. Scaliger lib. I. de Cauſ. Ling. Lat. cap.* 15. *Voſſius lib. I. de Arte Gramm. cap.* 16. Fundum ſuum *Formianum* vocat *Cicero ad Atticum lib. IX.* Digamma, quod nomen ejus ab F. litera initium ſumeret, cujus figuram & ſonum repræſentabat. Hæc quoque cauſa eſt, cur idem Cicero (ſicut annotat Fabius) pro *Fundanio* teſtem Græcum irriſerit, qui primam ejus literam, quod eſſet digamma, â ſolis ſcilicet Æolibus inter Græcos uſurpatum, pronuntiare non poſſet: Nam ex eadem figura F. (Terentiano teſte) qua utebantur Græci pro ſpiritu aſpero, fecerunt Latini V. conſonans, dicentes (ut antea oſtendi) *Venetus*, *Veſcor*, *Veſtis*, *Ver*, *Veſper*. Certum id eſſe, quod ſcilicet F. digamma Æolicum ſonarit olim, ut V. conſonans, probat *Agellius lib. XIV. cap.* 5. Hanc ipſius F. & in vetere Britannorum lingua poteſtatem non ſatis advertens Hiſtoriæ Britannicæ Anglicus interpres, *Ephraimum* quendam, manifeſto errore, ſedi Aſaphenſi præfecit Epiſcopum; quem ſedes illa nunquam vidit. Errori anſam præbuit, quod in Hiſtoriæ Britannicæ MSS. codicibus *Efream*, more Britannico dictus ſit *Abraham* Epiſcopus; ceu & in eadem Hiſtoria appellatur *Abraham* Patriarcha. Quam vocem cum *Evream* legi debere non attenderit, *Effraem* mendosè legit: Cambro-Britanni enim ſimplici litera F. utuntur, ad ſonum V. exprimendum; gemina vero FF. quæ per F. Latinum ſcribuntur, pronuntianturque; ut *ffyd*, fides; *ffynnon*, fons; *ffurf*, forma; *ffenſter*, feneſtra; *perffaith*, perfectus. Hæc â Latinis vocabulis per F. ſcriptis, deducta quis non intelligit? Sic ſcribunt & merè Britannica, ut *ffonn*, baculus; *ffaig*, vice; *ffordd*, via; *ffelaig*, dux, princeps. Quare & nomen illud Epiſcopi, *Efream* (qui anno ſalutis 1232. ut habent Archiva Aſaphenſia, & Hiſtoria Britannica, fatis ceſſit) legi debebat *Ebream*, non *Effream*, & exinde *Effraem*; ut ſic *Ephraimus fingeretur*. In eodem MS. codice Hiſt. Brit. habetur *Eferwic*, pro *Eboraco*; *Efrai*, pro ſermone *Ebræo*; *Elfod*, pro *Elbodio*. Iidem Britanni *Cufydd* dicunt, â Latino, *Cubitus*. Hæc omnia *Jo. Davies in Rudim. Ling. Cambro-Britt. p.* 3. & 5. quæ merito ei accepta refero. Quocunque calamum verto, rurſus digamma eum implicat; dum & *Faliſci* in memoriam veniunt, ab *Haleſo* ita appellati, de quibus *Naſo lib. IV. Faſt.* canit:

Venerat Atridæ fatis agitatus Haleſus,
â quo ſe dictam terra Faliſca *putat.*

Id, quod dicit Ovidius, ex Servianis ſcholiis ad *lib. Æn. VII. v.* 695. adminiculari poteſt: *Hi autem*

autem immutato H. in F. *Faliſci dicti ſunt; ſicut* febris *dicitur, quæ ante* hebris *dicebatur*: Formiæ, *quæ* Hormiæ *fuerunt*; ἀπὸ τῆς ὁρμῆς. *Nam poſteritas in multis nominibus* F. *pro* H. *poſuit*. Hæc Servius. Ita *hariolus*, quaſi *fariolus*, à fando; quæ conjectura *Turnebi* eſt, *lib. XXIV. Adverſ. cap.* 17. Apud Hiſpanos (obſervante *Freinshemio ad Flori lib. I. cap.* 12.) uſitata harum literarum invicem mutatio. Nimirum priſca Luſitanorum (quod is forte ſibi volebat) vocabula, ab F. incipientia, hoc omiſſo, cum adſpiratione ſcribuntur: ut ſi Luſitani dicant, *forno*, *falo*, *ferro*, *fumo*, *fillo* &c. Hiſpani pro his uſurpant, *horno*, *habla*, *hierro*, *humo*, & *hijo*. Addatur illis, quæ antea de ſigno Æolum notavi, *Voſſius lib. I. Gramm. cap.* 29. Calame, πᾶ προφύσις; Usque adhuc de aſpiratione, quam litera VV. & V. maxime æmulantur.

Sed nunc illud in mentem eſt, quod *Fabius lib. I. Inſtit. cap.* 5. de veteribus tradit; hos rariſſimè vocibus, à vocali incipientibus, adſpirationem præmiſiſſe; *Parciſſime ea veteres uſi, etiam in vocalibus; cum* ædos ircosque; *dicebant*. Haud aliter profecto Germani, qui non ſolum H. verum etiam VV. in multis vocabulis omittebant; addebantque poſtea, ut, *Anno*, *Hanno*; *Ulderich*, *Hulderich*; *Ammon*, *Hammon*; *Eul*, ululа; *heulen*, ululare; *Obr*, auris; *hœren*, audire; *Ubr*, Græci Latinique, *Hora*: *Erb*, Romani, *hœres*. *Es*, Dan. & Angl. *it*, Belg. *het*, AngloS. *hit*. *Arm*, brachium, Nubiani errones apud Vulcanium, *Harni*, thorax; Tauricæ Cherſoneſi incolæ, *Jel*, vita, ſanitas; Saxones inferiores, *Hiel*; nos Germani ſuperiores *Heil*; Cambro-Britanni, *Hwyl*. Sic inquam, Islandi, *Olf*; Germani, *Wolf*; Dani, *Ord*; Belgæ, *Woord*; Germ. *Wort*. Et, ut eo redeam, unde in hoc diverticulum exceſſi, ſic Gothi dixerunt *Oden* & *Woden*; hinc legitur *Onsdag* & *Wonsdag* in *Wormii Faſtis*, *lib. I. cap.* 15. Idem & apud Scotos obtinet, ut quartus ſeptimanæ dies, *Odeinsday*, ſive *Wednisday* vocetur.

Poſterioris & regulam & exempla obſervationis nunc habes; ſed nec prior de adſpiratione conſonarum initialium planè prætermittenda eſt, quæ idem commonſtrat, VV. uti H. certas quasdam literas ab initio adſpiratas reddere. *Arngr. Jonas lib. I. Crymog. c.* 3. de Islandorum conſuetudine ſcribendi monet, L. N. R. interduam *adſpiratione* modernos; *veteres rarius*, aut *fortè* nunquam. Bene profecto fecit, quod particula *fortè* uſus, judicium ſuum lenivit; in lingua enim Runica & Anglo-Saxonica, vetuſtiſſimi codices adſpiratas oſtendunt. *Wormius in Lexico Runico* hæc recenſet vocabula, quorum initium eſt L. N. aut R., & quidem adſpirata: *Hlita*, obtemperare. *Hlydne*, obedientia; *Hlyfar*, arma munitiva. *Hlyre*, frater. *At Huifa*, ſtrenuè ſcyphos exhaurire; inde noſtrum *Napf*, & *nüpfen*. *Hnieſig*, *Hnieſigur*, lapſus, genulabatio, item diminutio, exinanitio. *Hnuskan*, agitatio, concuſſio. *Hræ*, cadaver. *Hrak*, res abjecta. *Hreinn*, purus, ſincerus; inde fluv. *Rhein*, adſpiratione transpoſita. *Hröp*, clamor & probrum. *Hryd*, notabilis tempeſtas cum nive, grandine, aut inſigni pluvia; & alia quam plurima. Anglo-Saxonica in Lexico MS. Bibliothecæ Seldeni extant vel ſexcenta: *Hlædre*, ſcala. *Hleda*, ſedile. *Hleowith*, apricitas. *Hleowſtede*, locus apricus. *Hlithe*, quietus, leis. *Hlud*, ſonorus, laut. *Hnæp*, ſcyphus, *ein Napf*. *Hnol*, vertex capitis. *Hnon*, tonſus. *Hræman*, *Hryman*, clamare, flere. *Hreg*, inundatio, Regen. *Hrinan*, ornare. In libello quodam MS. Bibliothecæ Cottoninnæ, qui agit *de ſomniorum diverſitate, ſecundum ordinem Abcharii Danielis Prophetæ*, inter alia obſervavi, *blihtan*, ridere, *bnyte*, nuces. Item in nobili illo Anglorum Grammatico, *Ælfrico*, qui nongentis ab hinc annis Priſcianum ac Donatum inter ſe contulit, adjecta verſione Anglo-Saxonica, has reperi voces: *Hlehter*, riſus; *blænnys*, macies: *blyſt*, auditus; *hors hnægth*, equus hinnit; *oxa blewth*, bos mugit; *blaford*, dominus, herus; *blæfdige*, domina. Evolvi præterea Hymnos & precationes MSS. in eadem Bibliotheca, cum verſione interlineari; ex quibus tum temporis enotavi, de SS. Trinitate, hanc precationis clauſulam: *Thæs wuldor* hlynth *on eallum middaneárthe*. Id eſt: *Cujus gloria reboat in omni mundo*; ad verbum, *in omni media terra*. Evangeliorum interpretatio Gothica orationis Dominicæ *blaif unſarana*, pro pane quotidiano habet. In brevi Gloſſario, de Legibus Regum Angliæ *blothe*, cohors, & *bluctres* annotatur à *Lombardo*. Igitur Islandi, quorum idioma cum Runico Anglo-Saxonicoque cognatione conjunctum eſt, veteres in hoc ſequuntur; dum ſcilicet moderni præterea conſonis L. N. R. (teſtem *Runolfum Jonam in Rudim. Gramm. Island. pag.* 2. & 3. cito.) præponunt H. ut in his vocibus: *Hlaatar*, riſus; *blutur*, res; *blaanar ade*, nix reſolvitur; *eg bloe*, rideo; *bnaus*, ceſpes; *bneppe*, quantum brachiorum amplexu includi poteſt; *bnoettur*, globus; *brooſun*, commendatio; *brutur*, aries. *Arngr. Jonas in Crymog. Lib. I. cap.* 6. & 7. de Islandorum Ariſtocratia perhibet, eos *breppar* appellaſſe provincias, quarum quælibet regulariter ad minimum XX. (nam ſæpe plures) colonos continebat, certo rei familiaris augmento definitos; earundemque magiſtros, ſive præfectos, *Hreppſtiorar* dictos fuiſſe. Idem ille in *Specim. Island. Hiſtor.* Borealis Islandiæ chorographiam exhibens, *Sect.* 6. Thosderum adducit, cognomine *Hræda*, quaſi timorem, vel terrorem; eò quod hunc fortibus auſis aliis incuteret. *Hrolleifus*, homo nequiſſimus, flagitioſus, & tandem ſicarius (à cujus nomine vallis intermontana, in tractu *Slieta-bliid*, poſtmodum *Hrolleiffs-dal* appellata) inſeritur *Sect.* 13. Islandis *blauſt* eſt cavum auris; *ad blauſta til*, aurem adhibere; ut in MSto Cottoniano, de Somniis, *rædende lyſtan*, legentem audire. Belgæ pro eo, *luyſteren*, auſcultare. Quapropter & in nominibus Germanicis, tribus mutis ac liquidæ R. apponitur ſpiritus denſus; ceu indicant nomina illa, in Legibus Longobardicis, *Hlotharius*, *Hlimprandus*, *Hludovicus*,

Digitized by Google

vicus, *Hrotaris*. De his bene monet *Voſſius lib. I. Grammm. c.* 11. plerosque proelo excuſas corrupte edere pro eo *H. Ludovicus*, & *H. Lutharius*; ut aliquoties factum ab editore ſynhodi Pariſienſis de imaginibus. At rectè, inquit, *Hludin* perſcriptum eſt in Capitularibus Caroli M. idemque denotat, quod *Hludovicus*, ſive *Clodovicus*, aut *Clodovæus*; quomodo & *Hlutharius* idem eſt, quod *Lutherus*, ſive *Lotharius*. De hac ipſa veterum adſpiratione agens *Wormius lib. V. Monum. Dan. mon.* 7. duo protulit numismata, in Dania prope Lethram (quam arcem primum à Skjoldo Rege Daniæ exſtructam, poſt à Rolvone Krage ornatam, antiquitates Islandicæ *Hledro* vocant, monente *Stephanio in Notis ad Suenonis*, primi Danicæ gentis hiſtorici, *Opuſcula*, *pag.* 16.) effoſſa; in quorum altero crux viſitur, quam ambit hæc inſcriptio: HLUDWICUS IMP. parte averſa figura templi, circa quam XPISTIANA RELIGIO. Nummus alter pariter in ambitu crucis, HLUDWICUS IMP. ab altera parte majoribus, non ambientibus imaginem aliquam characteribus, VENECIAS. Cambro-Britanni L. & R. adſpiratum, ætate ſuperiore ſcripſerunt; & illud hodieque ſcribunt literis geminatis *Ll.* velut *Rr.* Nos radicalem R. ſemper adſpiramus, ait *Jo. Davies in Rudim. Ling. Cambro-Brit. pag.* 7. Et cum tradat Jo. Aventinus, veteres Germanos L. cum adſpiratione uſurpaſſe; Cambros ſuos excuſat, nullamque Ll. pronunciandi difficultatem eſſe diſputat; cum Hiſpanis inſuper eadem ſit ſcriptura, & ſonus non multum abſimilis, in his, quæ à Latinis *Cl.* vel *Pl.* incipientibus, mutuantur; ut, *llamar*, clamare, Cambr. *llafaru*; item *llorar*, plorare. Idem repetiit de L. *adſpirato*, in figura & poteſtate literarum Britannicarum, quam Dictionario ſuo præfixit.

Haud aliter Anglo-Saxones olim (ut Angli hodie, ac Belgæ,) pro H. uſurparunt VV. in literarum L. & R. adſpiratione. Eques ille Wilburghamenſis *William L'isle*, diverſa linguæ Anglo-Saxonicæ Monumenta, cum verſione Anglica, annis abhinc ſeptingentis ſcripta, in lucem emiſit; ubi in primo monumento, quod *de vet. Teſt.* inſcribitur, ſtatim ſub initium hæc leguntur: *Tha gimeleaſan men, the beora lif adrugon on ealre idelniſſe, and ſiwa geendodon, beora gemynd is forgiten on halgum gewritum.* Id eſt: *Homo ſalutis negligens, qui vitam tranſigit in omnibus vanitatibus, ejus memoria oblivione deleta eſt in Sacra Scriptura.* Illis uſitatum erat *gewrit*, pro quo Angli *writ* dicunt. Et poſt nonnulla, creaturas pulcherrimas à Deo conditas affirmat auctor illius monumenti, ut eſſent viventes in perfectione, *libbende ſiwa wlitiges*. Regis Edelfridi filii (de quibus *Beda lib. III. Hiſt. Eccleſ. cap.* 1.) cum magna nobilium juventute (juxta verſionem Regis Anglo-Saxonum Alfredi) *gemid Scottum*, *gemid Pehtum wracode*, id eſt: *apud Scotos*, *ſive Pictos exulabant*. In Codice Cotton. de Somniis, occurrit *wrohte*, accuſatio. In eodem volumine, *fol. XXXV.* Tonitrua, pro varia temporum ratione, exponuntur; ibi: *Gif hit thundrath on tide feoftan midre nihte, hit getacnath ſumne ſiweg utgangende of wurulde, otbthe* wrace *on middam earthe.* Id eſt: *Si tonitruaverit hora quinta mediæ noctis, id ſignificat aliquem ſonum egredientem de ſeculo, vel* vindicta *in mundo.* In Nov. Teſt. invenio *wrecan*, vindicare: *Wræc me with minne witherwinnan*, Vindica me de adverſario meo. Luc. XVIII. 3. & 5. In Pſalterio Anglo-Saxonico (quod *Jo. Spelmannus*, *Henr. F.* cum quatuor vetuſtiſſimis exemplaribus MSS. contulit, ediditque;) Lego *writhan*, conſtringere, Pſal. XXX. 12. *Se gewrith forgniſeddniſſa beora*, qui alligat contritiones eorum. Pſ. CXLVI. 3. *To gewrithenne cyningas beora*, ad alligandos Reges eorum. Pſ. CXLIX. 8. *He wrath his wunda*, alligavit vulnera ejus. Luc. X. 34. Notandus hic venit interpres vetus Pſalmorum, qui *Excuſſorum filios* reddidit, *wregundra bearn*. Pſ. CXXVI. 5. Legiſſe is autem videtur, *Excuſatorum*, aut, *Excuſantium filii*; quoniam vox, *wregan*, excuſare ſignificat. Pſ. CXL, 4. Anglis adhuc in uſu ſunt ſequentia: *Wracke*, violentia; *wrangling*, litigatio; *wrap*, intrico; *to wraſtle*, luctari; *wrath*, indignatio; *to wreath*, *wreſt*, & *wrinch*, contorquere; *wreake*, vindicta; *wretch*, miſer; *wrie*, limus; *wright*, faber; *to wrinckle*, corrugare; *to wring*, adſtringere; *wrought*, factum, effectum, &c. Poſtremo Belgæ his quotidie utuntur vocabulis: *Wraeke*, vindicta, *Rach*; *wreken*, vindicare, *raecben*; *wryven*, terere, *reiben*; *writſelen*, commovere, *rittelen*; *wroegben*, urgere, *regen*, *rükken*; *wronk*, flexus, ſimultas, dolus. *Rank*; *wroeten*, runcare, *reuten*. Tantum de FREA ſcilicet, & WODANO.

Quid aliud de hoc literarum faſciculo (nam ſuo rem appellabo nomine) judicabis, VIR EXCELLENTISSIME, niſi ut de hac ipſa epiſtola uſurpes, quod alii de re longa, & inexplicabili: Sardi venales! Sed eo nunc tabellario utor, qui bajulo munus ſurripiens, Hamburgum dum proficiſcitur, has ſecum afferre haud recuſat: Quare libertatem ſcribendi (dum charta & tempus ſuperſit) calamo libenter indulgeo. Tradam apicum gerulo, ut amicus amici onus porro perferre diſcat. Limprandus *tit. de Ariolis* 73. hanc tulit Legem: *Simili modo, & qui arborem, quam ruſtici SANCTUM vocant, atque ad fontanas adoraverit* &c. Lindenbrogius in vett. Legg. Codice legit, *ruſtici SANGUINUM vocant*: Sed in lectionibus variis, ac notis, addit: *Ita MS. melioris notæ. In alio ſcripto eodem: ruſtici SANGUINEM vocant. Editio Baſiliens. SANCTIVUM.* Tandem in Gloſſario legendum putat, *quam ruſtici SACRIVUM vocant*; velut *arbores ſacrivas*, in Concil. Antiſſiod. *cap.* 3. *SANCTIVAM* retinet *Schedius Syngr. II. de Diis Germ. cap.* 24. Gloſſa *Boberii* in vetere libro aliam lectionem notat: *Aliàs eſt*, *SCRINIUM vocant*. Quam igitur nunc viam ingrediar? aut quid potius ſequar? Pro SANGUINUM, legere quidem animus erat, SAGMINUM, ex occaſione Ejusdem gloſſæ: *Vid. tex.*

in l. SANCTVM, ff. de rer. divis. Nam ſtatim in *pr. Leg.* 8. *d. tit.* dicitur: *SANCTUM eſt, quod ab injuria hominum defenſum atque munitum eſt.* Dein §. 1. id ipſum exponitur: *SANCTUM autem dicitur â SAGMINIBUS; ſunt autem SAGMINA quædam herbæ, quas legati populi Rom. ferre ſolent, ne quis eos violaret.* Verùm, lectionem hanc doctam magis, quam veram *Cl. Gronovius*, cujus accurato judicio uſus ſum, haud probavit; cum non veriſimile ſit, hunc ritum Romanorum ita Longobardis, doctrinæ politioris expertibus, innotuiſſe, ut *arborem ſagminum* nominarint. Tantum vero abeſt, ut Gloſſa iſta â vetere me abſterreat lectione, ut potius confirmet, SANCTUM omnino legendum eſſe; ceu legit editio Baſilienſis SANCTIVUM, quæ me non parum juvat. *Max. Tyrius* memorat *Diſſert. XXXVIII.* Celtas excelſam quercum coluiſſe, & *Jovis nomine* ſolemniter appellaſſe. Hi nimirum lucos eligebant, in quibus maxima robora, & vetuſtiſſimæ quercus eſſent; *nihil enim Druydæ habebant robore ſacratiùs*, auctore *Plinio Lib. XVI. cap.* 44. Certe ab arboribus, aut ſylvis iſtæ videntur dictæ; quoniam *Prudentius lib. I. adverſus Symm.* eas appellat *ſylvas Dryadas.* Vetus Germanorum vocabulum *Trö*, Danis pariter ac Norwegis uſitatum, velut Anglorum *Tree*, id eſt, arbor, & Anglo-Saxonum *Afel-tre*, arbor pomifera (hinc noſtri hortulani non niſi pomiferas *Alfalter*, corruptè vocant) non leve teſtimonium præbent; quamvis poſtea Græcis ſpecies arborum, *quercus* δρῦς dicta fuerit. In ſuperiore Germania non paucæ oſtenduntur arbores, quas ſuperſtitioſa ruſticorum ſimplicitas vulgò *Druden-bäume*, q. d. *Druidum arbores*, vel lamiarum potius, ac veneficarum eſſe credit: Infelices ac tortuoſæ iſtarum frondes *Druden-büſche* nominat; quæ inveteratam gentilium redolent impietatem. Rurſus mihi *Plinius* eſt repetendus, qui *lib. XII. c.* 1. de vetuſtiſſima ſylvarum, arborumque ſuperſtitione: *Hæc fuere numinum templa, priſcoque ritu ſimplicia rura etiam nunc Deo præcellentem arborem dicant.* Verbo, ſi potis ſum, dicam; Arbores erant SANCTI ruſticorum, quos Rex Carnutus alio nomine *gentium Divos, cujusque generis arbores*, notavit in *Legg. Polit. cap.* 5. Apertè *Concilium Namnetenſe*, *cap.* 20. arbores *Dæmonibus conſecratas* damnat, hoc ritu verborum: *Summo decertare debent ſtudio Epiſcopi, & eorum miniſtri, ut arbores Dæmonibus conſecratæ, quas vulgus colit, & in tanta veneratione habet, ut nec ramum vel ſurculum inde audeat amputare, radicitùs exſcindantur, atque comburantur.* Stolidam iſtanc ſuperſtitionem prodit *Lucanus lib. III.* quæ iſti haud abſimilis:

> - - *Fortes tremuere manus, motique verenda*
> *majeſtate loci, ſi robora ſacra ferirent,*
> *in ſua credebant redituras membra ſecures.*

En, inanis arborum, velut Deorum, timor! *Curtius lib. VIII. cap.* 9. de priſcis Indiæ incolis: *Deos putant, quicquid colere cœperunt; arbores maximè, quas violare capitale eſt.* Mercator quidam Beroviceníis, Vir integerrimus, in India ſimul ac Perſia, per annos ſeptendecim, bene verſatus, ac nuper ex itinere longiſſimo in patriam ſuam reverſus, familiariter mihi narravit, per omnem Indiam, usque ad regnum Chinenſe, prælatas arbores, ſi vaſtis diſponſæ ſint ramis, facile cultorem ſacrificulum invenire; qui in ædicula, cominus exſtructa, degens, arborem multo inungat oleo: Hanc viatores (propter umbras fortaſſe) venerari, ad inſtar Dei; genua huic ponere, & ſacrificulo largiorem ſtipem offerre: Noctu candelas accendi ad arborem, ut peregrinantes hoc viarum ſolatio fruantur: De cætero tantum ſanctis arboribus honorem haberi affirmabat, ut non, niſi vento, folia iſtarum ſtringere fas ſit. Amicus meus ſingularis, *Georg. Gentius*, nuperrimè etiam ex itinere CPtano redux factus, de Perſis retulit, hos in arboribus publicas preces figere, ubi ſterilis & arida tempeſtas fuerit; uti viatores, huc transeuntes, pluvium exorent Jovem: Sacra ſub illis fieri memoravit, æſtivo imprimis tempore; quo nocturna, ob æſtus vehementiam, itinera, usque ad menſem Septembr. inſtituuntur. Inter Amſtelodamum (ceu ferunt) & Ultrajectum integras ſæpe arbores effodiunt agricolæ, diluvio quodam abſorptas; quas hujuscemodi Sanctos gentilium fuiſſe, non levis conjectura eſt; ſi Willebrodi, Ultrajectenſis Epiſcopi, precibus fides habenda ſit: *Is enim* Hollandiæ Apoſtolus â Deo impetravit diluvium, quo omnes iſtæ arbores ſic perirent. *J. Parival*, in Deliciis Hollandiæ, recenter editis, *cap. 3. part. I.* Gallico verborum ſtalagmate fabulam hanc (neſcio an veram) depinxit: *Quelques autres ſoutiennent, que ce deluge arriva du vivant de ſaint Villebrode, Evesque d'Utrecht, le quel ne pouvant retirer par ſes predications, les habitans de l'idolatrie, qui adoroient les dieux payens, auxquels ils avoient dedié & conſacré les dites forests; obtint par ſes prieres de ce grand Dieu jaloux, que ces arbres fuſſent mis par terre, afin qu'ils ne ſerviſſent plus de retraite, & de cachette a ces idolatres nocturnes.* Talis profecto lucus iſte fuit, prope Upſaliam, *Odenslund*, Odino ſacer; atque iſtorum Deorum cenſu *Tanfana* fuiſſe creditur, apud *Tacit. lib. I. Ann. cap.* 51. §. 2. cujus nomen verè derivatur â *Tan*, vel, *Than*, abies, & *Fahna*, vel *Fan*, quæ eſt vox Gotho-Teutonica, *dominum* aut *numen* ſignans. Iſidorus in Gloſſis: *Fones, Dii ſylvatici.* Templum *Tanfanæ* (quod nomen *luci patronum*, vel *dominum* ſonat) fuit in luco inter Amiſiam & Luppiam, in Weſtphalia; ut ejus ſitum deſcribit *Cluverius lib. I. Germ. Antiq. cap.* 11. & 47. Sed nolo falcem immittere in meſſem uberrimam *Loccenii lib. I. Antiq. Sueo-Goth. cap.* 3. Vive & vale, VIR SUMME,

Deus immortalis Te ſervet! „

Lugd. Bat. a. d. XVI. m. Decembr.
A. S. cIↃ IↃC LI.

Hæc Arnoldus.

MUNT,

Digitized by Google

MUNT, palmus. Gloſſ. Monſ. p. 341. *munte*, palmo. p. 335.]

MÜNZE, moneta. Notat & Jus ac locum monetandi, & Nummos. Jus feudale Alamannicum cap. 23. *der us Munzen gut libet.*

Vetus Cod. MS. redituum: *das ſint die leben die da gant von der Munſſen.*

[*Munizon*, cudo. Gloſſ. Monſ. p. 319.
Munizota, cudebat. p. 335.
Munizara, trapezitas. p. 392.
Munizſcrannun, menſas. p. 397.]

Conſtat, rei monetariæ & nummariæ notitiam & uſum ſerius ad Celtas & Germanos perveniſſe. Luculentus teſtis Tacitus de M. G. c. V. diſtinguens inter Germanos proximos Romanis & Interiores ac remotiores, de illis ait: *Proximi ob uſum commerciorum aurum & argentum in pretio habent, formasque quasdam noſtræ pecuniæ agnoſcunt atque eligunt. Pecuniam probant veterem & diu notam, Serratos Bigatosque*, denarios. De his pergit: *Interiores ſimplicius & antiquius permutatione mercium utuntur.*

Prima monetarum materia ærea vel cuprea videtur. Jul. Cæſ. de B. G. Lib. V. de Belgiorum & Britannorum moneta: *Utuntur aut nummo æreo aut annulis ferreis ad certum pondus examinatis, pro nummo.* Claude Bouterove en Recherches de Monoyes de France pag. 70. *Premiere monoye fut fabriquée de cuivre, en ſuite d'or & d'argent: les noms & la taille ſont inconnus. Il eſt à preſumer, qu'elle eſtois reglée ſur le poids de la livre, & qu'elle portoit les mesmes noms que le Romains*, (vel Græci) *qui les ont imitez, ont donné à leur monoye.*

Celtas Gallos uſos coriaceis, ait idem p. 39. Iſidorus: *Pecunia prius de pecudibus & proprietatem habebat & nomen. De corio enim pecudum nummi incidebantur & ſignabantur.* Idem Bouterove p. 72. ſq. *Comme la plus grande richeſſe conſiſtoit en Beſtiaux qui eſtoient echangez contre d'autres marchandiſes, la monoye ayant eſté ſubſtituée en leur place pour ſervir de prix, chaque piece fut marquée de la figure d'un animal comme d'un bœuf, d'une brebis & d'un verrat; & pour eſpargner la peine de peſer qui apportoiet incommodité, on adjouſta des points ou des lettres, qui en monſtroient le poids.* Anno V. C. CCCLXVI. Roma capta à Gallis, hi uſi auro in liberando Capitolio. Livius Lib. V. c. 48. *Inter P. Sulpicium Tribunum militum & Brennum regulum Gallorum colloquio transacta res eſt, & mille pondo auri, pretium Populi Gentibus mox imperaturi, factum. Rei fœdiſſimæ per ſe, adjecta indignitas eſt, pondera ab Gallis allata iniqua.* quæ idem Bouterove d. p. de gravioribus interpretatur: *Cette ſtipulation d'or, & ces poids qui eſtoient dans l'armée, qui ſont appellez faux, à cauſe que la livre Galoiſe eſtoit plus peſante que celle dont les Romains ſe ſervoient alors, font preſumer, que les Gaulois avoient quitté leur monoye de cuir, & eſtabli celle d'or, qu'ils la donnoient & recevoint aus poids, & qu'ils en ont eu l'uſage long-temps avant les Romains.* Conf. ib. p. 155.

Cæterum Gallorum iſtorum priſcorum monetas idem ibidem affert & interpretatur. De quibus ante Pharamundum, Collectio MS. à Peireskio in Bibliotheca Hautina Pariſiis extare dicitur.

De Saxonibus Methodius qui circa A. C. 255. floruit, ſcribit: Saxones ſuo tempore Leonem in numismatibus circumtuliſſe.

Francos, Celtarum transrhenanorum, antequam Galliam ſubegiſſent, & Trevericam monetam ſuæ ditionis feciſſent, credibile non eſſe, rebus etiam tum omnibus inconditis, ait *Joh. Frid. Gronovius de Pecun. Vet. in Add. p. 904.*

Francorum autem veterum Galliæ dominorum Monetas exhibet laudatus Boutrové *d. l. à p.* 172. *ſqq.* Franci Salici, inferioris Germaniæ incolæ, antequam Rhenum tranſirent, conditâ Lege Salicâ, mulctas expreſſerunt per nomina Romana, Solidorum, Denariorum, V. inf. *Thoalaſti.* Sed ut nomine proprio cuderunt monetam ſuam, ita etiam proprio pondere, diverſo à Romanorum, id quod demonſtrat laudatus *Gronov. Lib. III. c. 6.*

Notanda eſt conjectura multum laudati Bouterové pag. 375. *Je croy que les Roys de la premiere Race imiterent cette Politique, que pour le meſme ſujet ils exigeoient leurs tributs en eſpeces d'or qui eſtoient en plus grande abondance, que ne pouvant pas d'abord décrier abſolument les monoyes des Romains qui eſtoient quaſi les ſeules qui avoient cours dans la Gaule, ils les faiſoient fondre pour faire perdre inſenſiblement aux Gaulois la memoire de la domination Romaine, & que pour tenir les Francois dans une plus grande obeiſſance ils les faiſoient convertir en Sols, Demi-Sols, & Tiers de Sols d'or avec leurs effigies. D'ou vient qu'il ſe trouve ſi peu d'eſpeces d'argent de la premiere Race, & que l'evaluation des amandes & autres compoſitions contenuës dans la Loy Salique & autres Loix eſt faite à eſpeces d'or.* DC. Denar. qui faciunt Solidos XV.)

Atque cum duplex ſit ratio erogandæ monetæ, una pondere vel appenſione, altera numeratione, *an der zal*, quorum illud Romanorum *Pondo, nach dem gewicht*, exprimit, de quo ſolidiora protulit idem Gronov. *cap. 6. lib. I.* Germani utraque uſi, magis tamen pondere, unde adhuc vox *Pfund* in re monetaria etiam quando fit annumeratione ſolemus uti; *Pfund Phennig, Pfund Heller, Pfund Sterling, Pfündige Phennige*, &c.

Porrò cum *Pondus* genus ſit, cujus ſpecies *Libra*: itaque & Germani *Pfund* & *Marck* diſtinxerunt. *Gronov. d. Lib. III. c. 6.* Wehn. *O. Pr. v. Goldgülden.* de Marca vide in M. cujus Synonymum Germanis Latinè ſcribentibus, *Talentum.* Hiſtoria Viperti Pegavienſis ann. 1072. *Et ille 4000. talentorum gazis regiis appenderet.* Et mox: *utque 4000. marcarum argenti transmitteret Imperatori.* Sed & Spangenbergius *Geneal. Henneberg. II. 26. p.* 108. refert ex transactione Epiſcopi Herbipolenſis & Popponis Comit. Henneb. de 14. Maji 1240. *Albrecht von Hergults vier talent: und Heinrich genannt Sturmer auch vier talent halben, Lehngut belangend.* Itemque aliud Synonymum *Gewicht*, Gl. Germ. Jur. Prov. Sax. Lib. III. Art. 45. *Ein gewicht goldes*, libra auri. Retinetur hic mos *nach pfunden* numerandi in diverſis Provinciis Germaniæ.

Digitized by Google

Pfund, duplex eſt, *Pfund Heller*, & *Pfund phennig:* Pondus hallerorum nomen ſortitum ex civitate Halla Sueviæ, *Webn. O. Pr. v. Goldgülden.* Spangenb. V. ſ. p. 186. 171. vid. ſupr. H. Hodièque valet unum ſolidum, *ein Gülden.* vel 10. *ſchilling.*

Pfund Pfennige, vel *pfund ſchillingphennige*, pondus denariorum: Ein pfund oder mark XX. ſchilling phennig, *J. Sax. Prov. L. III. Art.* 45. Saxonibus *ein alt Schock*, Sexagena vetus. Gl. G. *ad d. L. III. A.* 40. diſtinguit inter *phundige phennig* & *Gemeine phennig*, quorum ſex groſſum faciunt. Recentior Additio innuit, ſequente tempore valorem nummi minorem redditum.

Schilling, ſolidus. Gronovius d. l. p. 345. recenſens origines illius, quæ nunc quoque in Gallia & Anglia verſatur, monetæ ait: *Hinc hodieque Galli Libram vocant XX. ſolidos, licet tantò minores, & ſolidum in duodecim denariolos dividunt: hinc Britanni viginti Solidos ſive ſchellingos tertiâ parte quàm fuerant, reciſiores, libram Eſterlingorum vel ſterlingorum appellant.* Colerus Deciſ. 144. n. 14. *Solidus in Jure Sax. regulariter & ubique accipitur pro* 12. *nummis antiquis vel* 16. *novis hodiernis, quorum* 12. *groſſum argenteum & XXI. argentei Florenum communem conſtituunt.* Conf. Wehner. & Beſold. *v. Schilling.* & *inf. in S.* Pet. Albini *BergChron. T.* 5. *p.* 45.

Schillingi etiam dicti *Gültenphennig*, non Guldenpf. ut legitur *in Gl. Germ. Jur. Sax. Prov. L. III. A.* 45. non ab auro, ſed à præſtando & numerando *damit die gülten abgerichtet werden.*

Ge. Fabricius L. II. Rer. memor. Sax. p. 287. *A. C.* 1440. ſub Frider. III. Imp. *Res nummaria renovatur & percuſſi nummi cum capite Judei pileati, quorum XX. aureo valent Rhenano. Item Nummuli dicti Lansbergenſes, quorum LX. eundem aureum pretio æquarent.* Vocati vulgò *Judengroſchen.* Groſſi pileati inſcriptio hæc eſt:

W. DEI. GRATIA. TVRINGE. LANG.

ex altera parte ſcriptum: GROSSVS. MARCH. MISNENSIS. & cernitur Effigies viri barbati & pileati ſicut aliàs in inſignibus Saxonicis. In medio Crux eſt continens Leonem, inſigne Marchionatus Misniæ, & ſupra crucem Trabes in clypeo. Autor hujus nummi eſt Wilhelmus III. Dux Sax. Landgr. Thur. & Marchio Misniæ. Frater Friderici Placidi Electoris, qui an. 1445. usque ad ann. 1450. bellum ob diviſionem Provinciarum inter ſe geſſerunt, quo ipſo tempore ſeparatim monetam cudi feciſſe Wilhelmus hic videri poteſt: niſi & alii antea & poſtea aliàs conjunctim, aliàs ſeorſim cudi fecerant. Inde etiam nomen horum *der Wilhelmsgroſchen* ortum. Sanè poſt pacificationem utraque domus conjunctim fieri fecerunt, Erneſti & Fratris Alberti in una, Wilhelmi in altera facie, nominibus expreſſis.

